This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

23333
HN 2W43

Digitized by Google

KF 23333 (9)

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN

PLUTARCHI

MORALIA.

VOL. II. PARS I.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCCXXI.

Digitized by Google

~~Gp 86.240~~
KF 23333 (7')

HARVARD COLLEGE LIBRARY

Bought of

Obadiah Rich

of

London

Rec. 5 Oct 1832

1842
44-29
22

Digitized by Google

L. S.

ANIMADVERSIONIBUS in Plutarchi libros

		Pag.
XIX.	*De Virtutibus Mulierum* - - -	1
XX.	*Quæstiones Romanas* - - - -	21
XXI.	*Quæstiones Græcas* - - - -	59
XXII.	*Parallela Græca et Romana* - -	77
XXIII.	*De Fortuna Romanorum* - - -	91
XXIV.	*De Alexandri M. Fortuna* - -	107
XXV.	*Athenienses bello an doctrina clariores fuerint*	135
XXVI.	*De Iside et Osiride* - - - -	159
XXVII.	*De* EI *apud Delphos* - - -	271

quas paullo ante ejus mortem ad nos transmittendas curaverat Wyttenbachius, subjunximus eas, quæ anno 1772 Lugduni Batavorum in librum *de Sera Numinis Vindicta* prodierunt, ipsius editoris curis secundis auctiores et emendatiores. Animadversiones in reliquos libros, perbreves quidem illæ, nec nisi leviter adumbratæ, una cum variarum lectionum apparatu, et indicibus amplissimis, suo tempore mox prodibunt.

Oxonii d. Junii 8vo. 1821.

Digitized by Google

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE VIRTUTIBUS MULIERUM.

ΓΥΝΑΙΚΩΝ ΑΡΕΤΑΙ] Habet Lampriæ Catalogus Num. CXXIV. Γυναικῶν ἀρεταί· ἐν ἄλλῳ δὲ, Περὶ τοῦ πῶς δεῖ ζῆν γυναῖκα πρὸς ἄνδρα· quod additamentum, ſive ſit varia lectio ejuſdem tituli, ſive titulus alterius libri, nil commune habet cum argumento hujus libri: quod eſt *de fortibus factis mulierum, unde harum virtutes cognoſcuntur.* In Lampriæ Catal. MS. Veneto deſideratur, certe aliud legitur Num. CXXX. ut in vulgato CLVIII. Αἰτίαι γυναικῶν· Quod et verum eſſe poteſt, *Quæſtiones Muliebres*, vel, *de Mulieribus*, prouti ſunt. Plutarchi Αἰτίαι φυσικαὶ, et fuerunt Αἰτίαι βαρβαρικαὶ, Αἰτίαι τῶν Ἀράτου Διοσημείων, Αἰτίαι Ἑλλήνων, Αἰτίαι Ῥωμαϊκαὶ, quæ duo poſtrema eadem eſſe videntur *Quæſtiones Romanæ et Græcæ* nunc etiam ſervatæ: ab hoc quidem libro alienum eſt αἰτίαι. Et falſum eſſe poteſt; ita, ut ἀρεταὶ a librariis mutatum ſit in αἰτίαι. Anonymus De Incredibilibus in Leonis Allatii Excerptis Sophiſtarum Cap. VIII. p. 32. editionis Thomæ Galei p. 88. locum de Chimæra qui eſt p. 248. C. citat his verbis: Περὶ δὲ τῆς Χιμαίρας οὕτω φησὶ Πλούταρχος ἐν τῷ μονοβίβλῳ τῷ περὶ ἀρετῆς γυναικῶν. Titulum Γυναικῶν ἀρεταὶ librarii videntur ſuſcepiſſe ex præfationis eo loco, ubi Plutar-

Digitized by Google

chus profitetur, se hunc librum in Cleæ gratiam scripsisse, cupientis, ut ipse per eum absolveret ea quæ in funere Leontidis differuisset εἰς τὸ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς ἀρετὴν, ad demonstrandum *unam eamdemque esse viri et mulieris virtutem*. Ἀρεταὶ *fortia facta*, Plutarcho alibi non dicuntur, nec aliis scriptoribus ita simpliciter, sed ut simul subaudiantur virtutes, ex quibus facta profecta sunt: veluti apud Thucydidem II. 35. IV. 92. μὴ καταισχύναι τὰς προσηκούσας ἀρετάς· quod item dicitur VII. 69. τὰς πατρικὰς ἀρετὰς, ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι, μὴ ἀφανίζειν. Sic *virtutes* aliquoties dixit Corn. Nepos, ut in Indice Bosiano annotavit J. M. Heusingerus. At frequentius et disertius, *fortiter facta* dicuntur ἀνδραγαθήματα, et Plutarcho et aliis. Similis argumenti fuit liber *Apollonii Stoici*, ὅσαι γυναῖκες ἐφιλοσόφησαν, ἢ καὶ ἄλλως τι ἐπίδοξον διεπράξαντο, quem novimus ex Sopatro apud Photium Biblioth. Cod. p. CLXI. p. 341. ac Tyrium esse suspicamur antiquiorem Plutarcho, qui forte ex illo quædam sumserit. Et Artemonis Magnetis, τῶν κατ' ἀρετὴν γυναιξὶ πεπραγματευμένων, διηγημάτων, notitiam indidem habemus p. 338, 48. de cujus ætate nec ipsi statuimus, nec nobis persuadet Jonsius æqualem Laertii faciens De Script. Hist. Phil. III. 11, 4. Certe ex hoc Plutarchi libro multa descripsit capita Polyænus Strategem. Lib. VIII.

p. 242. E. ὦ Κλέα,] *Cleam* ex hoc uno loco sibi cognitam in Historia Mulierum Philosopharum Num. XIV. posuit Menagius: quamquam et in libro De Iside et Osiride memoratur, quem ei item inscripsit Plutarchus, unde nonnihil de mulieris rebus et conditione colligimus, p. 351. C. 364. E.

242. E. Θουκυδίδη] II. 45. ex Periclis persona in oratione funebri. Simile est Laconicum Apophthegma in Plutarcheis p. 217. F. et 220. D. in quo etiam Thucydidea imitatio apparet, Ὅλως περὶ γυναικείας φύσεως παρὰ τοῖς ἔξω λόγον εἶναι οὐδένα δεῖ. Synesii De Provid. p. 105. D. μίαν γὰρ ἀρετὴν Ὄσιριν ᾤετο γυναικὸς εἶναι, τὸ μήτε τὸ σῶμα αὐτῆς, μήτε τοὔνομα διαβῆναι τὴν αὔλιον.

242. F. ὁ Ῥωμαίων δοκεῖ νόμος—] Lex non jubens, sed

Digitized by Google

poteſtatem faciens mulieres laudandi in funere: qui antea non niſi viris habebatur honos. Memorant Plutarchus in Camillo p. 133. B. Livius V. 50. inſtitutum ætate Camilli: at primo factitari cœpiſſe in Popilia matre Catuli, narrat Cicero De Orat. II. 11. Hæc adhibeantur intelligendo Tayloro Lect. Lyſ. III. p. 683. qui plura de hoc argumento dedit.

242. F. Διὸ καὶ Λεοντίδος τῆς ἀρίστης—] Leontidis alibi non fit mentio. Cæterum hæc non ita cum antecedentibus jungenda ſunt, ac ſi *Romæ* obiiſſet Leontis, et Plutarchus *Romano mori obſequens*, et cum Clea *Romæ* differens, illam laudaſſet hac ſchola, qua demonſtravit unam eamdemque virtutem eſſe viri et mulieris. Hæc omnia Delphis acta videntur, ubi Cleam habitaſſe veriſimile eſt ex Iſid. et Oſir. p. 364. E.

p. 243. A. Εὐριπίδης—] Herc. Fur. 673.

243. A. Νικόμαχος] Hunc et Zeuxidem ſimili in re memorat Plutarchus De Amore Fragm. XXV. 1. et Ælianus Var. Hiſt. XIV. 47. errore vel ſuo vel librarii *Nicoſtratum* dicens, ut recte monet Perizonius. Plura de hoc petantur ex Junii Catal. Artific. p. 134.

243. B. Χαίροντα καὶ τερπόμενον ἐπάγει τῇ πίστει τὸν ἀκροατήν·] Horatii præceptum Art. Poet. 426. *Tu ſeu donaris, ſeu quid donare voles cui, Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum Lætitiæ: clamabit enim, pulcrè, benè, rectè.*

243. C. αἱ ἀρεταὶ—συνεξομοιοῦνται τοῖς ὑποκειμένοις ἤθεσι καὶ κράσεσι σωμάτων—] De hoc argumento fere eſt liber Galeni Tom. V. p. 444. Ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεσθαι τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς· qua in ſententia Hippocratem, Platonem, Ariſtotelem conſenſiſſe oſtendit. Adhibeatur et Cicero Tuſc. I. 33. Porphyrius De Abſtin. III. 8. ubi et hoc animadvertendum καὶ τῶν ἀγαθῶν οὐχ ἡ αὐτὴ ἰσότης, οὐδὲ ὁμοίως Σωκράτης ἀγαθὸς, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Πλάτων. Menagius ad Diog. Laert. VII. 127.

243. D. Εἰρήνη] Hoc unum in cæteris virorum mulierumque nominibus minus eſt aut cognitum aut celebratum. In aliorum Auctorum vel jactura, vel ſilentio, nunc ex uno tenemus Athenæo XIII. p. 593. B: Πτολεμαῖός τε ὁ τὴν ἐν

Digitized by Google

Ἐφέσῳ διέπων φρουρὰν, υἱὸς ἂν τοῦ Φιλαδέλφου βασιλέως, Εἰρήνην εἶχε τὴν ἑταίραν, ἥτις ὑπὸ Θρακῶν, ἐν Ἐφέσῳ ἐπιβουλευομένου τοῦ Πτολεμαίου καὶ καταφυγόντος εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, συγκατέφυγε· καὶ ἀποκτεινάντων αὐτὸν ἐκείνων, ἡ Εἰρήνη ἐχομένη τῶν ῥόπτρων τῶν θυρῶν τοῦ ἱεροῦ ἔῤῥαινε τοῦ αἵματος τοῖς βωμοῖς, ἕως καὶ αὐτὴν κατέσφαξαν.

243. D. ἐκβιάζωσι] Unice verum eſt ἐκβιβάζωσι, quamquam a nullo noſtrorum librorum proditum. Compoſita Verbi βιάζω, in Activa forma non uſurpantur: et ſicubi exſtant, in ſolutæ quidem orationis ſcriptoribus, librariorum negligentiæ imputanda ſunt: veluti in Plutarchi Sympoſ. IV. 1. p. 662. A: αἱ γὰρ ἐκτροπαὶ καὶ μεταβολαὶ τῆς εἰς ὑγείαν εὐθείας ἐκβιάζουσι, quem locum ut ſanum citat H. Steph. Theſ. L. Gr. I. p. 734. E. Item Adverſ. Stoicos p. 1083. C: τοῦ καθεστῶτος εἰς ἕτερον ἐκβιάζουσι. Didymi ap. Stob. S. CI. p. 557. ἐκβιβάζειν τὴν παράληψιν τῶν ὑλικῶν ἀρχῶν τῆς εἰλικρινείας· codex A perperam dat ἐκβιάζειν. Vera forma ἐκβιβάζειν ſervata eſt in Plutarcho Sympoſ. IX. p. 732. A. B. Defect. Orac. p. 426. E. Theſeo p. 9. A. Et Epicteto reſtituendum Differt. I. 18. p. 102.

243. E. α'. ΤΡΩΑΔΕΣ.] Hinc ſumſit et brevius reddidit Polyænus VIII. 25, 2. Plutarchus etiam alibi prodit: Romuli initio p. 17. F. Quæſt. Rom. p. 265. B. Et alii hiſtorica fide de Troadibus ita tradiderunt, de loco diſſentientes: de quibus in primis diligenter retulit Dionyſius Halic. A. R. I. 72. ex recentioribus Heynius ad Virgil. Æn. V. 604. Excurſ. VI.

243. F. ὡς ἠτιζοῦν ἴδρυσις—ἐστί] Vulgata lectio erat, ὡς ἠτιζοῦν ἴδρυσις ἐν τῇ πάσῃ πλάνῃ καὶ ναυτιλίᾳ εὖ τε καὶ καλῶς πράττουσιν ἀνθρώποις ἀμείνων ἐστί—. Xylander bene corrigendum monuit, ὡς ἠτισοῦν ἴδρυσις ἐν γῇ πάσης πλάνης καὶ ναυτιλίας cæt. Equidem adhuc hæreo in εὖ τε καὶ καλῶς, quod non ſatis cum ſenſu loci congruit, qui potius εὐτελῶς, vel οὐ καλῶς poſtulat, *hominibus tenui fortuna utentibus, in re tenui verſantibus*—.

p. 244. A. Ῥωμαίων γυναιξὶν ἔτι νῦν ἔθος ἀσπάζεσθαι μετὰ τοῦ καταφιλεῖν—.] Quæſt. Rom. VI. p. 265. B.

244. B. β. ΦΩΚΙΔΕΣ.] Et hoc retulit Polyænus VIII.

Digitized by Google

65. Strictim hoc bellum attigit Herodotus VIII. 27. 28. unde novimus id paucis annis ante Xerxis bellum fuisse: verbo et breviter Æschines De Falsa Legat. p. 405. C. uberius Pausanias X. 1.

244. B. ὁμήρους κατηλόησαν] Æschines l. c. διὰ—τὴν πρὸς Φωκέας ἔχθραν, ἣ προϋπῆρχε Θετταλοῖς ἐκ παλαιῶν χρόνων ὅτε αὐτῶν τοὺς ὁμήρους λαβόντες Φωκεῖς κατηλόησαν. Valesius ad Harpocrationem p. 93. reddit *obtriverunt*, recte quidem: modo *ad mortem*, vel *interfecerunt*, subaudiatur: sed ἀλοᾶν *triturare* et ἀλοιᾶν *occidere*, ita usurpari diverso sensu, nec nobis persuadet, et refellitur a Tayloro ad Æschin. l. c. p. 46. Certe origo vocis significat *cædem quasi triturando confectam*. Sic Heraclides Ponticus ap. Athen. XII. p. 524. A: βοῦς συναγαγόντες συνηλόησαν· *bovibus congregatis eos conculcarunt*. Clearchus ibid. p. 541. D: κατηλόησαν αὐτῶν τὰς σάρκας· i. e. *triturando carnes eorum ad edendum apparaverunt*.

244. D. ΑΠΟΝΟΙΑΝ] Pausanias l. c. ἀντὶ τούτου μὲν ἅπαντα τὰ ἀνάλγητα βουλεύματα ἀπόνοια ὑπὸ Ἑλλήνων ὀνομάζεται Φωκική.

244. D. τὰ Ἐλαφηβόλια] Nominatim memorat Plutarchus Sympos. IV. 1. p. 660. D: Ἐλαφηβολίων γὰρ ὄντων εἰς Τάμπολιν, ἐπὶ τὴν ἑορτὴν ἀφικνουμένους ἡμᾶς εἱστία Φίλων ὁ ἰατρός. Sine nomine, Adv. Epicurum p. 1098. F. ἡμεῖς τὴν Δαϊφάντου (νίκην) περὶ Τάμπολιν ἑορτάζομεν ὡς ἴστε, καὶ θυσιῶν καὶ τιμῶν ἡ Φωκὶς ἐμπέπλησται. Prætermisit Meursius in Græcia Feriata, nec alii, quod sciam, hujus argumenti Scriptores attigerunt. De re ipsa et Daiphanto notavimus quædam ad Ser. Num. Vind. p. 558. A. veteris editionis singularis p. 69.

244. E. γ. ΧΙΑΙ.] Ex duobus his exemplis prius breviter reposuit Polyænus VIII. 66. De bello Chiorum adversus Erythræos meminit Herodotus I. 18. Frontinus II. 5. 15. quem recte emendat Oudendorpius, pro *Hi* probans *Cbii*.

244. E. ἐπώκησαν·] Nimis universe reddidit Xylander, *coloniam deduxerunt:* Cruserius, *habitarunt:* Ranutinus, *incoluerunt*. Proprie est, *insuper habitatum venerunt, insuper habitarunt*, veteribus incolis vel expulsis vel relictis: quæ

Digitized by Google

vis in nomine ἔποικος etiam apparet: quam a Budæo accurate explicitum apponit H. Steph. Theſ. L. Gr. T. II. p. 1213 et 1224. Igitur, qui Chio coloni Leuconiam habitatum abierunt, eam ἐπῴκησαν: ſed Chii qui hos colonos emiſerunt, eos ἀπῴκισαν εἰς Λευκωνίαν, ut mox dicitur. Plutarchus Defect. Or. p. 419. E. νήσων—τὴν ἔγγιστα κειμένην τῶν ἐρήμων ἔχουσαν οὐ πολλοὺς ἐποικοῦντας· ergo inſula fuerat antea deſerta, tunc a paucis colonis occupata. Euripides Ione 1583. *Athenienſes* Κυκλάδας ἐποικήσουσι νησαίας πόλεις—. Pauſanias I. 35. *Salaminem* ὕστερον Αἰγινήτας τοὺς σὺν Τελαμῶνι ἐποικῆσαι. II. 34. p. 191: ἐπῴκησαν δὲ καὶ Ἑρμιόνην ὕστερον Δωριεῖς οἱ ἐξ Ἄργους. Ariſtides in Laudatione Romæ T. I. p. 219: Αἰθιοπίας τὸ ἐποικούμενον. Sic nomen ἔποικος videatur apud Plutarchum Opp. Mor. 255. B. 351. B. Vit. p. 25. C. 35. A. 163. C. Platonem Leg. V. 610. E. Pauſaniam p. 119. Ariſtidem T. I. p. 419. Lexica carent vocabulis ἐποικίζειν et ἐποικία: quæ et analogia ſe commendant, et apud Scriptores leguntur: illud apud Pauſaniam IV. 28. p. 347. Polyæn. VIII. 64. Appian. Iberic. 56. hoc apud hunc item Bell. Civil. II. 135. ubi pro ἐποικίας, quod omnes libri habent, ex Muſgravii correctione ἀποικίας recepit Cl. Schweighauſerus.

p. 245. B. συμπαρόντων] Frequens quidem Plutarcho, συμπαρεῖναι: v. c. Opp. Mor. II. 27. E. 444. A. 451. E. 756. E. 796. E. 819. A. 944. C. Vit. 53. F. 54. E. 74. C. 132. B. 607. C. 781. F. 790. C. Sed magis convenit huic loco συμπαρορμώντων, quod item uſurpatur Vit. p. 290. B. 798. A. 907. F. Aut denique συμπραττόντων, quod his locis Plutarcheis nobis lectum annotavimus: Opp. Mor. p. 64. C. 200. B. 216. D. 806. A, B. Vit. 14. A. 15. A. 22. A. 149. E. 323. B. 355. E. 377. B. 413. D. 518. F. 520. C. 529. E. 545. A. 597. C. 598. A. 603. A. 607. B. 609. F. 707. B. 858. D. 884. B. 919. E. 941. A. 967. C. 971. B. 1023. A. 1062. A. 1074. D.

245. C. προσλιπαροῦσαι] Expoſuimus de hoc verbo ad p. 39. A. Huic loco aptius judicavimus προσταλαιπωροῦσαι· quo Plutarchus utitur in Anton. p. 934. C. Arato 1039. E. et Ariſtides T. I. p. 348.

Digitized by Google

245. C. δ'. ΑΡΓΕΙΑΙ.] Polyænus hinc ſuo more VIII. 33: uberius prodidit Pauſanias II. 20. opportune monens Herodotum VI. 77. oraculum, quod in hoc Argivarum mulierum facinus valeret, aut intellexiſſe aut non intellexiſſe. De Cleomenis facto diximus in Apophth. p. 223. B. De *Teleſilla* Pauſanias l. c. Suidas V. Fabricius B. G. I. p. 598. Olearius Differt. De Poetriis Gr. LIX. p. 186. Daviſius ad Max. Tyr. XXXVII. 5. p. 628. In ejus fragmentis J. Chriſtianus Wolfius locos Veterum omnes, in his hunc Plutarcheum, appoſuit p. 66.

245. C. εἰς θεοὺς πέμψαι—τῇ θεῷ] Rectius legatur cum Mez. εἰς θεοῦ πέμψαι—τῷ θεῷ—.

245. D. δαιμόνιος] E. Venet. δαίμονος non reticendum: quamquam vulgatum præferam: ſic ſupra Sap. Conv. p. 161. C: ὁρμῇ τινι χρήσαιτο δαιμονίᾳ.

245. D. παρ' ἔπαλξιν ἱστάμεναι] Exquiſita dictio. Ariſtophanes Acharn. 72. παρὰ τὴν ἔπαλξιν ἐν φορυτῷ καταχείμενος· ubi Berglerus ex Thucydide II. 13. adfert τῶν παρ' ἔπαλξιν· plenius Plutarchus Lucullo p. 493. A: παρὰ ταῖς ἐπάλξεσι· Othone p. 1069. C. ἑστῶτας παρὰ τὰς ἐπάλξεις.

Σωκράτης] Argivus, hiſtoricus, Plutarcho alibi citatus, Opp. Mor. 270. F. 277. B. 297. A. 364. F. Vid. Voſſius De Hiſt. Gr. III. Voce *Socrates*. Menagius ad Diog. Laert. II. 47. Toupius ad Theocrit. Schol. XIII. 17. edit. Warton. T. I. p. 219, a.

245. E. Ἑρμαίου] Corſinus Faſt. Attic. Vol. II. p. 411. et 467.

245. F. τὰ Ὑβριστικά] Nomine feſti omiſſo, rem refert Polyænus VIII. 33. utrumque locum et alia dat Meurſius Græc. Fer. VI. 271.

245. F. Ἡρόδοτος] VI. 83.

p. 246. A. ε'. ΠΕΡΣΙΔΕΣ] Polyænus VII. 45, 2. Juſtinus I. 6. Lacænæ ſimile factum ac dictum exſtat in Apophth. Lac. p. 241. B.

246. B. εἰς τὴν πόλιν] Articulus declarat certam quamdam eximie dictam πόλιν· hæc intelligenda eſt *Perſepolis*, ut recte accepit B. Briſſonius De Reg. Perſ. Princip. I. 136. De tali dono Xenophon Cyropæd. VIII. p. 228.

Digitized by Google

Plutarchus Alex. p. 703. A. εἰς Πέρσας *quum venerit rex*, quod significat *quum rex in Perſidem regionem venerit*, ut exponit Perizonius ad Ælian. Var. Hiſt. I. 3. In Ochi diverſo exemplo referendo conſtat ſibi Plutarchus in Alexandro l. c. Ἐν δὲ Πέρσαις πρῶτον μὲν ἀπέδωκε τὸ νόμισμα ταῖς γυναιξὶν, ὥσπερ εἰώθεισαν οἱ βασιλεῖς, ὁσάκις εἰς Πέρσας ἀφίκοιντο, διδόναι χρυσοῦν ἑκάστῃ· καὶ διὰ τοῦτο φασὶν ἐνίους οὐ πολλάκις, Ὦχον δὲ μηδὲ ἅπαξ εἰς Πέρσας παραγενέσθαι, διὰ μικρολογίαν ἀποξενώσαντα τῆς πατρίδος ἑαυτόν.

246. B. ς'. ΚΕΛΤΑΙ.] Polyænus VII. 50. pro ἐπάρχους minus probum exhibens ἱππάρχους.

246. D. ζ'. ΜΗΛΙΑΙ] Polyænus VIII. 64.

p. 247. A. μηδὲ ἄκουσαν] *Ne invitam quidem:* Habet proverbii vim. Ariſtophanes Ran. 1571: Μηδέποτ' εἰς τὸν θῶκον τὸν ἐμὸν, Μηδ' ἄκων ἐγκαθεδεῖται. Plutarchus De Aud. Poet. p. 31. B: φυλάττεσθαι—ὅπως οὐδὲ ἄκων τῷ πάθει περιπεσεῖται. Solert. Animal. p. 971. C. φυλαττόμενος—ὥστε μηδὲ ἄκοντος αὐτοῦ τῶν φορτίων παραψαῦσαι τὸ ὑγρόν. Coriolan. p. 227. B: ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο πολλὴν, ὅπως μήδ' ἄκοντος αὐτοῦ βλάπτοιντο. Hæc eo magis monenda erant, quod μηδ' ἀκούουσαν tentavit corrigere Mez.

247. A. η'. ΤΥΡΡΗΝΙΔΕΣ.] Polyænus VII. 49. Partem hiſtoriæ habet Herodotus IV. 146. VI. 138. ſeq. indeque Zenobius III. 85. Mulierum in viris ſervandis ſolertiam et commentum refert etiam Valerius Max. IV. 6. Ext. 3. ſed Minyadas perhibens non Pelaſgos Lemno pulſos. De Tyrrhenorum cum Pelaſgis conjunctione et Lemno ab illis habitata, præter Herodotum, Diogenes Laertius ex Ariſtoxeno VIII. 1. et Porphyrius Vit. Pythag. §. 1. ex Cleanthe, Pauſanias VII. 11. Conon Narr. XXXVI. in primis Dionyſius Hal. A. R. I. 25. Hunc Plutarchi locum totum Gallice retulit ac dijudicavit Larcherus eruditiſſimus vir, ad Herodot. IV. 146. Tom. III. p. 533. docens Plutarchum duas res in unam confudiſſe. Quamquam eum ſuos auctores, quos ſequeretur, habuiſſe putem.

247. C. καὶ ἀδελφὸν καὶ Κρατα[illegible]δα] Conon Narrat. XXXVI. de hac re, συμπαραλαβόντες δὲ καί τινας Σπαρτιατῶν, ἡγουμένων αὐτοῖς Πόλιδος καὶ Δελφοῦ, ἔπλευν ἐπὶ τῆς Κρήτης, unde in hoc

Digitized by Google

Plutarchi loco legendum item Δελφὸν ſuadet Meurſius Miſcell. Lacon. I. 7. p. 29. Magis arridet Valckenarii ſuſpicio ad Herodot. IV. 148. καὶ τὸν ἀδελφὸν Καλλικρατίδαν· neque enim Cononis Δελφὸν adeo firmum putem.

247. D. μέρος μὲν αὐτῶν ἐν Μήλῳ κατῴκησαν] Huc pertinent Cononis ſequentia deinceps, ἐν τῷ παράπλῳ δὲ τοῦ στόλου, Μῆλον ἀποδασμὸς οἰκίζει· καὶ τὸ τῶν Μηλίων γένος ἐνθένδε οἰκειοῦται Σπαρτιάταις· i. e. *in præternavigatione pars claſſis in Melum conſedit: et hinc Meliorum gens cognata habetur Spartanis:* vulgo legitur Ἀπόδασμος, ut nomen proprium, quem errorem docte confutavit Larcherus ad Herodotum Tom. VII. p. 441. ubi accurate de initiis Meli inſulæ diſſeruit. Legitur item Πηλιέων *Peliorum*, et ἐνθάδε. De Meliorum cum Lacedæmoniis cognatione, Thucydides, V. 84. et quæ notavit Hudſonus.

247. E. Σπαρτῶν ἀποίκους εἶναι] Lyctios haberi colonos Spartanorum auctores ſunt quos citat Meurſius in Creta XII. p. 45.

247. F. ϛ'. ΛΥΚΙΑΙ] Fabula conjuncta cum Bellerophonte, Pegaſo, et Chimæra portento Lyciæ: de quo princeps eſt mentio Homeri Iliad. Z. 152. ſeq. ad hunc locum Euſtathius, Scholiaſtæ Venetus et Vetus: item ad Il. Π. 328. de Amiſodaro: Palæphatus Incred. XXIX. Anonymus de Incredib. VII. Hyginus Fab. LVII. ibique interpretes. Apollodorus II. 3. ad hunc præſtantiſſimus interpres Heynius. Plutarchus ſingularia ex ſuis fibi fontibus hauſit.

p. 248. C. Χίμαιραν—ὄρος ἀντήλιον—ἀνταποστέλλον] Hæc ſub nomine Plutarchi, et his fere ipſis verbis citat Anonymus De Incredibilibus cap. VIII. p. 32. edit. L. Allatii. Attigit Olympiodorus in Gorg. Plat. p. 189. MS. Leidenſ.

248. C. Νύμφις] Voſſius Hiſt. Gr. I. 16. Kuſterus ad Ariſtoph. Av. Schol. 874.

248. D. μὴ πατρόθεν, ἀλλ' ἀπὸ μητρὸς χρηματίζειν] Herodotus I. 173. Lyciis univerſe tribuit: ἢν δὲ καὶ τόδε ἴδιον νενομίκασι, καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων· καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτοὺς, καὶ οὐκὶ ἀπὸ πατέρων. Nicolaus Dama-

Digitized by Google

ſcenus Excerpt. ex Stob. edit. Valeſ. p. 517: *Λύκιοι τὰς γυναῖκας μᾶλλον ἢ τοὺς ἄνδρας τιμῶσι, καὶ καλοῦνται μητρόθεν.* Verbum *χρηματίζειν, appellari, nominari,* hac notione antiquis clafficis quidem non uſurpatum, Polybius, et poſt eum alii, adhibuerunt: Plutarchus ſemel præter hunc locum, in Antonio p. 941. C. quos ambos appoſuit Stephanus Theſ. Gr. L. T. IV. p. 607. D. cum aliis aliorum, quos partim retulit Wetſtenius ad Rom. VII. 3.

248. D. *ι'.* ΣΑΛΜΑΤΙΔΕΣ] Hinc Polyænus VII. 48. dicens *πόλιν μεγάλην Σαλματίδαι.* Videtur eadem eſſe, quæ apud Polybium III. 14. *Ἑλμαντικὴ*, apud Livium XXI. 5. *Hermandica*, ab Hannibale capta: quam interpretes *Salmanticam* intelligunt, recte nec ne, dubium eſt, de quo videatur Cellarius Geogr. Ant. T. I. p. 48. *Saguntinæ* vertit Ranutinus, perperam, ut credo.

p. 249. A. *ἐμβοήσασαι*] Polyænus l. c. *ἐκβοήσασαι.* Valckenarius ad exemplum ſuum adſcripſit *leg. ἐκβοηθήσασαι.* Sunt et aliis ſcriptoribus uſitata et Plutarcho: veluti, *ἐμβοᾶν* infra p. 259. D. Vit. p. 108. F. 428. D. 772. F. 971. D. *ἐκβοᾶν*, Vit. 420. C. 737. F. *ἐκβοηθεῖν*, Opp. Mor. 773. F. Vit. 207. D. 358. C. 550. A. 971. C. apud alios notatos Weſſelingio ad Diod. Sic. T. I. p. 730. Vulgatam hic tuear.

249. A. Βάνανος] Ranutinus, *Hannonis cujuſdam:* ex conjectura, ut videtur.

249. B. *ια'.* ΜΙΛΗΣΙΑΙ] Polyænus, VIII. 63. Plutarchus prodiderat etiam in libro primo *περὶ ψυχῆς·* unde Latine reddidit Gellius XV. 10. relatum a nobis in Fragmentis Num. V. Aliud nec diſſimile Mileſiarum virginum facinus pudicitiam ſuam Gallorum libidine tentatam voluntaria morte ſervantium memoratur Hieronymo Adv. Jovinian. p. 35. F. et Anthologia Gr. III. 23. 29.

249. D. *ιβ'.* ΚΙΑΙ] Fortaſſe proditum refert ab Ariſtotele in Republica *Ciorum*, quam verbo memoratam novimus ex Sopatro apud Photium CLXI. p. 341. F. qui liber Ariſtotelis idem eſſe videtur atque is quem ſub ejuſdem auctoris nomine citat Scholiaſta Apollonii Rhod. I. 1177: *Κιανῶν πολιτεία. Cius* Myſiæ urbs ad Propontidis ſinum

Digitized by Google

Cianum ſita in recentioribus rerum ſuarum in primis diligentem ac doctum habuit enarratorem Larcherum in Indice Geographico Herodoti Tom. VIII. p. 132.

249. E. *ιγ'*. ΦΩΚΙΔΕΣ.] Potius inſcribendum Ἀμφισσαῖαι, vel Λοκραὶ; ſiquidem hoc bene factum fuit harum erga Phocides mulieres, quibus accenſebantur Delphi. *Thyades* vel ex vulgaribus libris ſatis cognitæ ſunt. In *Delphicarum Thyadum* numero erat ipſa Clea, ad quam hic liber ſcriptus eſt: ut novimus ex ipſo Plutarcho De Iſid. et Oſir. p. 364. E. qui harum errorem fere ſimilem narrat, De Primo Frigid. p. 953. C.

p. 250. A. *ιδ'*. ΟΥΑΛΕΡΙΑ ΚΑΙ ΚΛΟΙΛΙΑ] Polyænus ſeparatim Cloeliæ facinus breviter retulit VIII. 31. Plutarchus argumentum hujus capitis ſubinde iiſdem verbis, tamen ad totius ejus temporis enarrationem diſpertitum perſecutus in Vita Publicolæ p. 106, 107. A multis aliis celebratur Livio II. 13. Dionyſio Hal. A. R. V. 32. 33. Valer. Max. III. 2, 2. Seneca Conſol. ad Marciam XVI. p. 170. Florus I. 10. Aurelius Victor De Vir. Illuſtr. XIII.

250. E. ἔφιππος εἰκὼν γυναικὸς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς ἱερᾶς—] Plutarchus Public. p. 107. Livius II. 13. Plinius H. N. XXXIV. 13.

250. F. *ιε'*. ΜΙΚΚΑ ΚΑΙ ΜΕΓΙΣΤΩ—] Hujus Ariſtotimi et Eleorum tyrannidis, nec tamen harum mulierum, mentionem faciunt Pauſanias, V. 5. et Juſtinus XXVI. 1. ubi vetus vitium *Epirorum—urbs* Bongarſius corrigendum monuit in *Eleorum—urbs*. Antigonus eſt Gonatas, Pyrrho interfecto, Peloponneſum obtinens. Retulit Simſonus Chron. ad Olymp. CXXVII. 3. A. C. 268.

p. 251. A. τὶς τῶν περὶ τὸν τύραννον ξεναγῶν ὄνομα Λεύκιος] Haud ſcio an idem ſit quem, teſte Telete apud Stobæum Florileg. XXXVIII. p. 231. Stilpon Megarenſis memoravit ut exulem magna fortuna potitum gratia Antigoni: Λυκῖνος ἐκεῖνος οὐ παρ' ἡμῖν ἐρρούρει φυγὰς ὢν ἐκ τῆς Ἰταλίας, πιστευόμενος παρ' Ἀντιγόνῳ; καὶ τὸ προσταττόμενον ἐποιοῦμεν Λυκίνῳ ἡμεῖς ἐν τῇ ἰδίᾳ μένοντες. Unde colligimus indicium de ætate Teletis, quem æqualem aut ſupparem Stilponi

Digitized by Google

fuisse arguit, quod ait Stilponem hæc πρώην, *nuper*, dixisse.

251. F. ἐποίησε τὰς μὲν—ἐξελάσαι] *Fecit eos expellere illas:* i. e. *effecit ut hi expellerent illas.* Ne forte quis de ἐποίησε dubitet, atque ἐπέταξε corrigendum putet: sic Plutarchus C. Graccho p. 835. E: αὐτοὺς ἀφ' ἑαυτῶν ἐποίησεν ἐσθῆτα πέμψαι· *effecit ut sponte vestimenta mitterent.* Apophthegm. Reg. et Duc. p. 184. A. 188. B.

p. 252. B. δι' εὔνοιαν] Suspicatus sum, veram scripturam esse διένευσαν, *nutu invicem significarunt.* Plutarchus Demosth. 857. E. διένευεν ὡς ἀποκεκομμένης αὐτῷ τῆς φωνῆς. Lucianus Ver. Hist. II. p. 137: συνίεμεν γὰρ αὐτῶν διανευόντων· ibid. 122: διένευον ἀλλήλοις ἐν τῷ συμποσίῳ. Dialog. Meretr. III. T. III. p. 284: διένευσα αὐτῷ οἷα ποιεῖ. Aristænetus Epist. I. 1. fin. et Abreschius ad eum locum Lect. Arist. p. 6. Wetsten. ad Luc. I. 22.

p. 253. A. τοὺς ἑτέρους] Potius auctor scripserit τοὺς ἑταίρους. Vocabulum in hac re solemne, *socios:* et ita verterunt Ranutinus et Amyotus. Confusio frequens, notata nobis ad Selecta Hist. Gr. p. 404.

253. D. τῆς δὲ νεωτέρας.] Similis in commoriendo benevolentia et oratio Phocionis ad Neoclem, priorem moriendi locum rogantem: in illius Vita p. 758. D. E.

253. F. ιε'. ΠΙΕΡΙΑ.] Habet Polyænus VIII. 35. et jucundi epistolii argumentum fecit Aristænetus I. 15. De Myunte condita dissentiunt, diversa ab his tradentes, Strabo XIV. p. 939. A. Pausanias VII. 2. p. 526.

p. 254. A. τὰς Μιλησίων εὔχεσθαι γυναῖκας] Aristænetus ibid.

254. B. ιζ'. ΠΟΛΥΚΡΙΤΗ] Sumsit hinc Polyænus VIII. 36. Narrat eamdem historiam *Parthenius* Erotic. IX. auctoribus Andrisco scriptore Ναξιακῶν, et Theophrasto πρὸς τοὺς καιρούς. Obitum Polycritæ ex Aristotele refert Gellius III. 15. *Cognito repente insperato gaudio exspirasse animam refert Aristoteles Polycritam nobilem feminam in Naxo insula.* De Hypsicreonte, et Neæræ in Promedontem amore, indeque orto bello Milesios inter et Naxios, idem Parthenius Erot. XVIII.

Digitized by Google

p. 255. A. ιή'. ΛΑΜΨΑΚΗ.] In breviorem narratiunculam redegit Polyænus VIII. 37. *Blepſum* omittens, *Phoxum* faciens ex *Phobo*.

255. A. *ἀπὸ τῶν Λευκάδων πετρῶν*] Amoris remedium antiquis celebratur, qui primus adhibuerit, non unus memoratur: de quibus videantur viri docti ad Strabonem X. p. 694. in quibus Caſaubonus hunc etiam Plutarchi locum attulit.

255. D. *τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς Λάμψακον προσήγορευσαν*] Stephanus Byz. Voc. *Λάμψακος· πόλις κατὰ τὴν Προποντίδα, ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινος κόρης· ἔστι δὲ Φωκαέων κτίσμα, πάλαι Πιτύουσα λεγομένη, ὡς Δηΐλοχος ὁ Κυζικηνός· κ. τ. λ.* Plura videantur apud Berkelium h. l. in primis vero apud Harduinum ad Plinium H. N. V. 40.

255. E. *ιθ'*. ΑΡΕΤΑΦΙΛΑ.] Et hoc ſuo more tranſtulit Polyænus VIII. 38.

p. 256. A. *Θήβης τῆς Φεραίας*] Quæ maritum ſuum interfecit Alexandrum Pheræorum tyrannum. Xenophon Hellenic. VI. p. 601. Theopompus factum ornavit, ut novimus ex Plutarcho Adv. Epicur. p. 1093. C. idem memorante Malign. Herodot. p. 856. A. Cicero Offic. II. 7. Valer. Max. IX. 13. Ext. 4. Conon. Narrat. L. Et quæ notavimus p. 194. D.

256. B. *φοινικὴ γυνή*] Legendum *φονικὴ γ.* cum T. P. *ſanguinis et cædis cupida*. Sic ſæpe Plutarchus Vit. p. 4. E. 708. A. 1024. C. 1026. F. Opp. Mor. 822. C. 959. E. 999. A.

256. B. *αἰκισαμένην*] refertur ad Calbiam: ſtatim *ᾤετο δεῖν voluit*, exiſtimavit ſe oportere ignominioſe tractantem corpus Aretaphilæ eam interficere. Nec tamen ſpernendum eſſet Mez. *αἰκισάμενον*, ſi codices offerrent.

p. 257. C. *ἐπὶ τὴν παράκλησιν.*] Xylander vertit, *ad locum colloquio deſtinatum:* haud ſcio an perperam. Aliquanto rectius Amyotus *Aretaphilæ invitatione et mandato:* Cruſerius, *exciti ab illa:* Ranutinus, *ad Aretaphilam gratulatum, atque cœptum opus perficere hortatum.* Credo ſignificari morem uſitatum, *dejecto tyranno populum ad libertatem vocandi, καλεῖν τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν·* veluti in Pe-

Digitized by Google

lopida p. 284. A. Cæsare 739. F. παραχαλοῦντες ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν τὸ πλῆθος. Cleomene 822. D. παρεκάλουν τὸν ὄχλον ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν. Ita quæ universe dicitur *invitatio, advocatio*, παράκλησις, ad illam libertatis propositionem referri potest. Vocabulum Plutarcho adhibitum non dissimili ratione, Vit. p. 10. F. 26. C. 650. D. 658. C. 1029. F. Opp. Mor. 796. F. Frequentiore ratione dictum esset πρὸς τὴν παράκλησιν· sed et ἐπί τι *venire*, hoc loco valet *ad aliquid accipiendum*, nimirum, ad acceptionem propositæ libertatis: et sic ἐπί τι usurpatur Apophth. Lac. p. 222. C. 233. C. Diogen. Laert. II. 77. Jamblich. Vit. Pythag. §. 133.

257. E. παραβαλλομένη] Tenemus προβαλλομένη, quod jungatur cum ὁτιοῦν, *quidquid alieni negotii repudians*: et cæterum malim τὸ πολυπρ. pro τοῦ πολυαρ. *et quamcumque alienarum rerum tractationem repudians*. Hoc sensu προβάλλεσθαί τι est, Opp. Mor. p. 18. C. 154. D. 170. C, D. 354. A. 363. E. 468. D. 482. C. 525. F. 556. C. 631. C. 678. B. Vit. 88. D. 529. A. 595. A. 746. D. 835. A. 841. A. 1063. E. Dio Chrys. Or. XVII. 248. D.

257. E. κ'. ΚΑΜΜΑ] Plutarchus in Amatorio p. 768. B. iterat hujus facti narrationem. Polyænus pro more VIII. 39.

p. 258. C. κα'. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗ] Dejotari uxorem *Beronicen* nominat Plutarchus Adv. Colotem p. 1109. F. Eadem an diversa adhuc fuerit non definiam. Certe multos suscepit filios, quos omnes interfecit, excepto uno, cui regnum relinqueret, ut idem auctor est Plutarchus De Stoic. Repugn. p. 1049. C. quam historiam elegantissima narratiuncula explicuit Muretus Var. Lect. VIII. 24.

258. D. κβ. ΧΙΟΜΑΡΑ] Ex Polybio sumtum esse arguit ejus mentio in fine narrationis. In illius fragmentis ex hoc loco retulit Fulv. Ursinus p. 287. edit. Ernest. T. III. p. 229. Schweighauf. T. IV. 224. sequ. Sed et Livius hinc refert, XXXVIII. 24. hinc Valerius Max. VI. 1. Ext. 2. Florus II. 11. 7. Aurelius Victor De Vir. Illustr. LV. De ingenio et regia in Gallo-Græcos auctoritate *Ortiagonis* alius etiam est Polybii locus Excerpt. Va-

Digitized by Google

lef. p. 114. edit. Erneſt. T. III. p. 89. Schweigh. l. c. ubi alia etiam de viro annotavit Valeſius.

258. E. Ῥωμαῖοι καὶ Γναῖος] i. e. *Romani, duce Cnæo Manlio*, ut recte vertit Xylander. Sic Pauſanias IX. 40. p. 794. Ῥωμαῖοι καὶ Σύλλας. Nam princeps reliquorum quaſi ab iis diverſus nominatur. Petronius Satir. II. p. 13. *Pindarus novemque Lyrici*, quum ipſe unus in illis novem fuerit. Monuimus Biblioth. Critic. Vol. II. Part. III. p. 58. Hinc vindicanda Platonis dictio Leg. III. p. 592. F. διὰ Δαρείου καὶ τῶν ἑπτὰ, *per Darium et ſeptem ſocios*, quod perperam ſollicitavit Valckenarius ad Herodotum III. 86. non ille quidem, qua fuit doctrina, hujus formæ ignarus, ſed forte illo tempore immemor.

258. E. πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀργύριον ἀμαθὴς καὶ ἀκρατής·] Fortaſſe quem offendat ἀμαθὴς, *indoctus*: quis enim in milite, inquit, doctrinam requirat? Eſt hæc ignorantia recti, eruditioni contraria, et quaſi ruditas, profecta non tam ab ignoratione literarum ac doctrinæ, quam negligentia morum et honeſti, vitium cum ingenii tum inprimis animi, ut rebus vel bonis vel advérſis minus ſcienter utamur. Sic Plutarchus De Virt. Morali p. 442. C. dixit ἀμαθῆ ἡδονὴν, quam recte Xylander vertit *inſcitam voluptatem*: τὸ παθητικὸν—τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦντος εἰσακούειν καὶ τρέπεσθαι πρὸς ἐκεῖνο καὶ ὑπείκειν καὶ κατασχηματίζεσθαι πέφυκεν, ἂν μὴ τέλεον ᾖ διεφθαρμένον ὑφ' ἡδονῆς ἀμαθοῦς καὶ ἀκολάστου διαίτης. Et p. 446. C: οὔτε γὰρ ὁ σοφὸς ἐγκρατὴς, ἀλλὰ σώφρων· οὔτε ὁ ἀμαθὴς ἀκρατὴς, ἀλλὰ ἀκόλαστος· ex philoſopha ſubtilitate: ἀμαθὴς *inſipiens* eſt, quiſquis non perfecte ſapientiam tenet: ἀμαθὴς quidem vulgaris in voluptate eſt ἀκρατής. Similiter τοὺς ἐπαιδεύτους καὶ ἀμαθεῖς dicit, qui ſecunda fortuna ſuperbiunt, Reip. Præcept. p. 782. E. Huc pertinet Demetr. p. 909. E. δύναμις ἀμαθής· et Euripidis fragm. Temenid. XI. ῥώμη ἀμαθής. Plato Leg. II. initio, puerilis inſtitutionis principium ponit *ad voluptates ac dolores* bene inſtructum eſſe: cujus facultatis abſentia certiſſimam cerni ἀμαθίαν: quamvis cæterum omnis literarum et artium cognitio adſit. Ergo hoc loco, ut in talibus conjunctionibus, quamquam utrumque adjectivum ad utrumque ſubſtantivum pertinet;

Digitized by Google

tamen proprie, ἀμαθὴς ad ἡδονὴν, ἀκρατὴς ad ἀργύριον refertur. Livius l. c. de hoc homine: *Ortiagontis reguli uxor forma eximia cuſtodiebatur inter plures captivos: cui cuſtodiæ centurio præerat, et libidinis et avaritiæ militaris.*

p. 259. A. κγ'. ΓΥΝΑΙΟΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝ] Inſcriptionem hanc ſumſimus ex editione Xylandri, ejuſdem et Cruſerii Latina interpretatione. In cæteris libris antecedens caput cum hoc in unum continuatur.

259. A. Τοσιωπῶν] Corrigendum putavi Τολιστοβώγων, non Τολιστορώγων, ut in noſtra editione expreſſum eſt. Noti ſunt tres Gallogræcorum populi, *Tectoſages*, *Toliſtobogi*, *Trocmi*.

259. A. Μιθριδάτην] Appianus Mithridaticis XLVI. Vol. I. p. 705: τοὺς Γαλατῶν τετράρχας ὅσοι τε αὐτῷ συνῆσαν ὡς φίλοι, καὶ ὅσοι μὴ κατήκουον αὐτοῦ, πάντας ἔκτεινε μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν, χωρὶς τριῶν τῶν διαφυγόντων· τοῖς μὲν ἐνέδρας ἐπιπέμψας, τοὺς δ' ἐπὶ δαίτῃ μιᾶς νυκτός. Quam narrationem cum hac Plutarchea conjungit Freinſhemius in Supplementis Liv. LXXXII. 8. utramque de hoc eodem argumento accipiens, ex tribus effugientibus unum Dejotarum perhibens: ingenioſe pro conjectura, pro hiſtoriæ ſeveritate licenter.

259. D. κδ'. ΤΙΜΟΚΛΕΙΑ] Hinc Polyænus VIII. 40. brevius Plutarchus Alexandro p. 670. F. ſequ: verbo in Præcept. Conjug. p. 145. E. Fortaſſe hinc formata eſt ſimilis hiſtoria apud Hieronymum Adv. Jovinian. p. 35: *Narrant ſcriptores Græci, et aliam Thebanam virginem, quam boſtis Macedo corruperat, diſſimulare pauliſper dolorem, et violatorem virginitatis ſuæ jugulaſſe poſtea dormientem: ſeque interfeciſſe gladio, ut nec vivere voluerit poſt perditam caſtitatem, nec ante mori quam ſui ultrix exiſteret.*

p. 260. B. Στυγερὰ δ' ἠγείρετο Κλωθὼ—] Niſi poetæ eſt dictum, dictio certe poetica eſt. Hujuſmodi exſtat Heſiodeum Scut. 258. Κλωθὼ καὶ Λάχεσίς σφιν ἐφέστασαν.

260. D. κε'. ΕΡΥΞΩ] Hinc Polyænus VIII. 1. dudum Herodotus breviter IV. 160. Ἀρκεσίλεων μὲν κάμνοντά τε καὶ φάρμακον πεπωκότα ὁ ἀδελφεὸς Λέαρχος ἀποπνίγει· Λέαρχον δὲ ἡ γυνὴ ἡ Ἀρκεσίλεω δόλῳ κτείνει, τῇ οὔνομα ἦν Ἐρυξώ· διεδέξατο δὲ

Digitized by Google

τὴν βασιληΐην τοῦ Ἀρκεσίλεω ὁ παῖς Βάττος χωλός τε ἐὼν καὶ οὐκ ἀρτίπους. Plutarchus, in quibus ab hoc dissentit, alios auctores secutus est.

p. 261. D. ἀπολειπομένης] Valckenarius ad Herodot. VII. 221. ex hoc loco ἀπολιπομένης citans quod nulla editio habet, fortasse exemplum singulari hoc errore affectum habuit.

261. E. κϛ'. ΞΕΝΟΚΡΙΤΗ] De Aristodemo Cumanorum tyranno classicus est locus Dionysii Halicarnassensis A. R. V. 4—12. nulla Xenocritæ mentione: fuit etiam Diodori Siculi, cujus excerptum supereſt de Virtutibus et Vitiis T. II. p. 546. carens item hujus mulieris commemoratione. Cognominis μαλακοῦ ille diversam a Plutarcho et vulgarem tradit causſam.

261. F. κάμαις] Mez. κομᾷν· quod, ut ex conjectura profectum, nec recipiendum, nec reticendum fuit.

261. F. περιτρόχαλα] tonsuræ genus hoc ipso nomine notat Pollux II. 29. ut legendum docuit Salmasius De Pallio p. 266. Et Herodoto restituit Wesselingius III. 8. ubi plura et ipse et Valckenarius dederunt; et jam antea copiose Hadr. Junius De Coma p. 540. Rotundam tonsuræ formam fuisse, satis novimus; non item, cujusmodi rotundam. Fortasse hoc fuit Eubœensium negotium: quos Homerus, judice Dione Chrys. Or. II. p. 20. D: μόνους αὐτοὺς τῶν Ἑλλήνων περιέκειρεν αἴσχιστα, κομᾷν ὄπισθεν ἀφεὶς, ὥσπερ οἱ νῦν τοὺς παῖδας τοὺς ἀπαλούς.

261. F. καὶ τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων] Salmasius ad Tertullianum De Pallio p. 267. pro καὶ legendum contendit κατὰ, ut sensus sit, *gerere ephebicas chlamydas supra anacolas interulas:* in quo haud facile ei adsentiar; quandoquidem Genitivus commode accipi potest pro Accusativo, quasi dictum esset καὶ χιτωνίσκους τῶν ἀνακώλων, *et tuniculas e genere brevium.* Cæterum ex locis Scriptorum, quos ille attulit, colligimus ἀνάκωλος esse vestem vel tunicam quæ ἄνω τῶν κώλων est, citra genua definit nec ea tegit. Conferatur etiam Wesselingius ad Diodor. Sic. II. 54. T. I. p. 167.

p. 262. D. κζ'. ΠΥΘΕΩ ΓΥΝΗ] Hinc habet Polyænus VIII. 42. mulierem Πυθόπολιν nominans. Partem quæ ad

Digitized by Google

Xerxem pertinet prodidit Herodotus VII. 38. 39. Prudentiam mulieris in ſananda mariti avaritia, neutrius nomine appoſito, rhetorica eaque pereleganti Narratione perſecutus eſt Nicephorus Baſilaca, in Excerptis Sophiſt. Allatii p. 143. cui Narrationi præſcriptus eſt titulus Διήγημα, ὃ καὶ Πλούταρχος ἐν Παραλλήλοις διηγεῖται· quod quin ad hunc locum referendum, et Παραλλήλοις ab errore profectum ſit, dubitari nequit. Cæterum in hiſtoriolam de Pythi divitiis aliquid ex Midæ fabula fluxiſſe videtur. Vid. Schol. Ariſtoph. Plut. 287.

p. 263. A. Ξέρξου καταβαίνοντος.] Hanc partem Herodotus fuſe narrat VII. 27—38, hominem Πύθιον nominans: ut fere alii et Plinius H. N. XXXIII. 47. ubi videndus Harduinus.

263. A. παρεῖναι τῆς στρατείας] Et Bryanus ad Vitas Plut. Vol. II. p. 564, vitium hujus loci animadvertit, corrigens παριέναι τῆς στρατείας· verbi formam temere mutans; ſiquidem παρεῖναι et exquiſitum et Plutarcho non infrequens eſt: Opp. Mor. p. 137. D. 1127. B. Vit. 593. C. 1022. A. 1067. B. Simile eſt Metonis Aſtronomi, rogantis Athenienſes τὸν υἱὸν αὐτῷ παρεθῆναι τῆς στρατείας, in Alcibiade 200. A.

263. B. Ὁ δὲ Ξέρξης ὑπ' ὀργῆς] Seneca De Ira III. 17. hoc factum cum ſimili Darii erga Œbazum apud eumdem Herodotum IV. 84. prodito comparans: *At quanto Xerxes facilior? qui Pythio, quinque filiorum patri, unius vacationem petenti, quem vellet eligere permiſit: deinde quem elegerat in partes duas diſtractum ab utroque viæ latere poſuit, et hac victima luſtravit exercitum. Habuit itaque quem debuit exitum: victus et late longeque fuſus ac ſtratam ubique ruinam ſuam cernens, medius inter ſuorum cadavera inceſſit.*

263. B. θάνατον ἐφοβεῖτο, τῷ βίῳ δὲ ἤχθετο] Plena gravitatis et veritatis notatio: quacum conferri meretur nobilis ille locus Xenophontis in Cyropæd. V. p. 116: εἰσὶ μέν, ἔφη, οἱ τοιοῦτοι μοχθηροί· διόπερ οἶμαι, καὶ εὔχονται μὲν ἀεὶ ὡς ἄθλιοι ὄντες ἀποθανεῖν· μυρίων δ' οὐσῶν μηχανῶν ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου, οὐκ ἀπαλλάττονται.

263. B. Πυθοπολίτην] Hunc fluvium eumdem videri eſſe

Digitized by Google

ac Mæandrum, quoad ex Stephano Byz. Voc. Ἄβυμβρα colligatur, notavit T. Hemſterhuſius ad exemplum ſuum editionis Græco-Latinæ anni 1599, quod ex auctione emi ſatis magno pretio inductus ſpe multarum et egregiarum annotationum, quam eventus paucitate ac tenuitate earum fefellit. Urbem fuiſſe Pythopolin Cariæ, ab hujus Pythii nomine dictam, auctor eſt Stephanus Byz. in Πυθόπολις: ad Mæandrum ſitam conſtat. At fluvius *Pythopolites* ab aliis memorari non meminimus.

Digitized by Google

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM,

QUÆSTIONES ROMANAS.

ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ ΚΑΤΑΓΡΑΦΗ. ΡΩΜΑΙΚΑ.] Non hic titulus, ſed Αἰτίαι Ῥωμαϊκαὶ proditur in Catalogo Lampriæ, vulgato CXXXV. inedito Veneto CIII: et ab ipſo Plutarcho bis hoc nomine liber citatur, in Camillo p. 138. E. et Romulo p. 26. E. Arnobio V. p. 168. *In Cauſſalibus* citatur vel *Butas*, vel *Plutarchus*. Sub hoc titulo αἰτίαι ut monuimus in exordio antecedentis libri p. 242. E. vel αἴτια, libros ediderunt etiam alii veteres. Qui ſane eſt ductus a *cauſſis* reddendis argumentorum per quæſtionem ſive interrogationem propoſitorum: eamdem vim habet ac προβλήματα, ζητήματα, quorum illo nomine *Conviviales Quæſtiones*, illo *Platonicas*, inſignivit Plutarchus. Nam qui nunc eſt titulus κεφαλαίων καταγραφή, *capitum deſignatio, argumentorum notatio*, arguit hunc fuiſſe titulum Indicis libro præfigi ſoliti, cujuſmodi Index et nunc additus exſtat in codicibus ſcriptis atque editionibus Aldina et Baſileenſi, his ipſis *Quæſtionibus Romanis et Græcis, Quæſtionibus Naturalibus, Quæſtionibus Convivialibus, Quæſtionibus Platonicis, Placitis Philoſophorum*. Poſtea vero titulo Αἰτίαι omiſſo, librarii ejus in locum titulum Indicis, κεφαλαίων καταγραφή, poſuerunt.

Digitized by Google

p. 263. E. α'. πυρὸς καὶ ὕδατος] Varro De Ling. Lat. IV. p. 18: *Igitur cauſſa naſcendi duplex, ignis et aqua. Ideo ea in nuptiis in limine adhibentur, quod conjungit hic: et mas ignis, quod ibi ſemen: aqua, femina, quod fetus ejus ab humore, et eorum junctione ſumit Venus:* ubi illud *ſumit* fortaſſe *ſuperat* vel certe aliud quid fuit. Sed de re ipſa conſulatur ad h. l. Joſ. Scaliger. Idem Varro apud Servium ad Æn. IV. 167: *Varro dicit "aqua et igni mariti uxores ac- "cipiebant" unde hodieque et faces prælucent: et aqua petita de puro fonte, per feliciſſimum puerum aliquem aut puellam intereſt nuptiis, de qua nubentibus ſolebant pedes lavari.* Feſtus Voce *Faces*. Briſſonius De Ritu Nuptiarum p. 328, ſeq.

263. E. τὸ μὲν ἄῤῥεν ἐστὶ, τὸ δὲ θῆλυ.] Ex communi fonte Lactantius Inſtitut. Div. II. 9. 21: *Ignis quaſi maſculinum elementum eſt: aqua, quaſi femininum: alterum activum, alterum patibile. Ideoque a veteribus inſtitutum eſt, ut ſacramento ignis et aquæ nuptiarum fœdera ſanciantur.* Conferatur Varro l. c.

263. E. Ἡ οὐκ ἀπολειπτέον—ἀλλήλοις] Fortaſſe ſcripſit auctor ἣν οὐκ ἀπολειπτέον, ut ad antecedens συμβίωσιν referatur. Mox, quod notavimus pro κἂν καλοῦ μηδενὸς corrigendum eſſe κἂν ἄλλου μηδενὸς, monuerat ante nos Toupius ad Longin. p. 249. Ad rationem conſtantiæ ac fidei pertinet Feſtus p. 140: *Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant, aquaque nova nupta adſpergebatur: ſive ut caſta puraque ad virum veniret: ſive ut ignem atque aquam cum viro communicaret.*

263. F. β'.] Faces in Nuptiis adhibitas, notum eſt: *cereos* eoſque numero *quinque* accenſos apud Ædiles unus hic Plutarchi locus teſtatur, magnum citantis auctorem Varronem. Priſcis temporibus vulgo pineæ, ſpineæ, corneæ, et vulgaris ligni tædæ fuiſſe, earumque loco apud beatiores homines, et ſucceſſu ætatis apud alios etiam, cereos invaluiſſe. A quinque pueris faces prælatas Dempſterus ad Roſinum p. 436. tradit ex hoc loco male inſpecto. Pro κηρίωνας fortaſſe auctor κηρινοὺς ſcripſerit. Argumentum Arithmeticum de quinario numero Nuptiis congruo, aliis

Digitized by Google

locis injectum videatur p. 288, C. 388. A, D. 428. B. Nicomacho apud Phot. CLXXXVI. Alterum, ὅτι πέντε δεῖσθαι θεῶν τοὺς γάμους οἴονται, non ut certum affirmatur, ſed ut conjecturale proponitur, quod *fortaſſe* Romani ſic crediderint quinque Deorum eſſe præfecturam Nuptiarum; nam poterat hoc munus cum aliis etiam Diis communicari: quamquam ut abſolute dictum reponit Briſſonius De Ritu Nupt. p. 311. in cognomine reprehendens interpretem, τέλειον reddentem *perfectum*, quem ipſe *Nuptiarum præſidem* mallet: quæ controverſia certe non tanti erat: et corruptam loci partem citans, nil de mendo monens. Cæterum *cereos* a Plutarcho dictos, diverſos eſſe a *facibus nuptialibus* ſuſpicatus eſt doctiſſimus Trekellus ad Briſſonii l. c. p. 320.

p. 264. B. γ'.] *Vicum Patricium* memorat Feſtus in Vocibus *Patricius Vicus*, et *Septimontio*.

264. B. δ'.] Livius I. 45. Varronem ſecutus, rem ſacrificii refert, ſine nominibus domini et antiſtitis: inde item Valerius Max. VII. 3, 1. Templum Dianæ a Servio Tullio in Aventino monte conditum celebrat Dionyſius Hal. A. R. III. 43. et alias: et Strabo memorat IV. p. 273. A. ubi videatur Caſaubonus.

264. D. ε'.] Et hujus moris hæc eſt ſingularis mentio. Quod ad Græcos attinet, pertinet huc Heſychius in Voce Δευτερόποτμος· ὁ ὑπὸ τίνων Ὑστερόποτμος· οὕτω δὲ ἔλεγον ὅταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν· ὁ δὲ Πολέμων καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φησὶ Θεῶν. Ἢ ὁ ᾑρημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκὼς ἔπειτα ἐπανελθών. Ἢ ὁ τὸ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδύς· ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις ἐκ δευτέρου γεννᾶσθαι. Altera gloſſa hinc eſt contracta: Ὑστερόποτμος· ᾧ ζῶντι ὁ τάφος οὐ τεθνηκότι γέγονε. Ἄλλοι δὲ δεύτερον γάμον. Hunc Plutarchi locum ſecutus nec nominatim citans Joſ. Scaliger ad Feſtum p. 359, *poſtliminii jus* ex hoc Græco, tamquam Attico more ducit. Certe Heſychius illum regenerationis ritum Athenienſibus tribuit: in cujus verbis nuper aliquis pronuncians παρὰ Θηβαίοις legendum eſſe pro παρὰ Ἀθηναίοις, magis

Digitized by Google

mutandi cupiditatem, quam emendandi facultatem prodidit. Diodorus Sic. IV. 39. narrat, *Herculem post obitum a Junone hujusmodi simulato partu regeneratum adoptatum esse*, ὅπερ μέχρι τοῦ νῦν ποιεῖν τοὺς βαρβάρους ὅταν θετὸν υἱὸν ποιεῖσθαι βούλωνται· ubi Wesselingius et alia erudite et hunc Plutarchi locum attulit. De rectiore forma καταδαρθόντα p. 75. D. Et καθιᾶσιν αὐτοὺς, *demittunt se ipsos*, recte corrigit Xyl.

p. 265. B. ς'.] De osculatione Romanarum mulierum ejusque origine a Troadibus repetenda, diximus modo ad Virtut. Mul. p. 243. E. De earumdem lege in abstinentia vini, Polybius VI. 2, 3. Dionysius Hal. II. 25. Valerius Max. VI. 3, 9. Plinius H. N. XIV. 14. Gellius X. 23. Exstat D. F. Jani Disputatio *de Vini usu mulieribus Romanis interdicto* in Miscellaneis Lipsi. T. III. p. 200. Aristotelem de incendio classis Argivorum in Italiam advenarum ab eorum captivis Troadibus perpetrato, citat Dionysius Hal. A. R. I. 71. De hoc matrimonii argumento locum tractans hunc B. Brissonius De Jure Connubiorum p. 381. quod interpretem reprehendit ἀνεψιὰν vertentem *neptim*, est hic interpres vetustior Petrus Lucensis: nam Xylander recte reddidit *consobrinam*, ut probat et plura de hoc argumento docet J. Lipsius ad illa Taciti Annal. XII. 6: *At enim nova nobis in fratrum filias conjugia: sed aliis gentibus solemnia, nec lege ulla prohibita: et sobrinarum diu ignorata, tempore addito percrebuisse.* Quibus in verbis *sobrinarum* idem valere quod *consobrinarum* idem nobis Lipsius persuadet. Rarius est nomen τιτθίς. Pollux III. 22. ἡ δὲ μητρὸς ἀδελφὴ, θεία, ἡ μητραδελφὸς, ἡ τιτθίς· ita legendum, ut citavit H. Stephanus Thes. L. Gr. T. III. p. 1467. E. pro novo τηθίς: Et hæc *materter*a, soror matris. Hierocles ap. Stob. Flor. 481. diserte explanat, *primo gradu* nobis esse, *parentes, fratres, uxorem, filios: secundo* ponuntur, θεῖοι, τιτθίδες, πάπποι τε καὶ τίτθαι, καὶ ἀδελφῶν παῖδες· *avunculi et materteræ, avi et aviæ, fratrum sororumque filii:* hæc mox p. 482. digeruntur, τῶν συγγενῶν τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ πρεσβυτέρας, ὡς πάππους (adde τίτθας),

Digitized by Google

θείους ἢ τιτθίδας· τοὺς δ' ὁμήλικας, ὡς ἀνεψιούς· τοὺς δὲ νεωτέρους, ὡς παῖδας ἀνεψιῶν. Hæc satis ad rem præsentem de hac Hieroclis disputatione, quam alio loco emendatam exhibebimus.

265. E. ζ'.] Notavimus in Præc. Conjug. p. 143. A.

p. 266. η'.] Fortasse fuerit unum e capitibus Legis Cinciæ.

266. A. θ'.] Hunc morem complures viri docti illustrarunt, quos laudat Broekhusius ad illud Tibulli I. 3. 99: *Tunc veniam subito, ne quisquam nuntiet ante: Sed videar cœlo missus adesse tibi:* recte confutans eos qui putant, hunc poetæ locum non ad illum morem pertinere, quod Delia non ejus uxor fuisset, quem errorem item erraverat Xylander h. l.

266. C. ι'.] Romanus ritus *tegendi in re sacra capitis*, observatus et annotatus est a doctis hominibus; Servio ad Æn. III. 407. Macrobio qui a Græco ritu distinguit Sat. I. 8. III. 6. Delacerda ad Virgil. Æn. III. 545. Detegendi capitis in honore hominibus habendo, exemplum Romani habemus moris v. c. in Sylla id Pompeio tribuenti in hujus Vita p. 622. D. Præcept. Reip. 806. Seneca Epist. LXIV. p. 166: *Si consulem videro aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet faciam: equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam.* Plinius H. N. XXVIII. 17: *Capita autem aperiri aspectu magistratuum, non venerationis caussa jussere (majores), sed, ut Varro auctor est, valetudinis; quoniam firmiora consuetudine ea fierent:* ubi alia etiam notant Dalecampius et Harduinus. Totum hujus Quæstionis argumentum, exemplum Æneæ et Diomedis, cætera, Plutarchum a Varrone sumsisse apparet ex Servio ad Virgil. Æn. III. 166. IV. 407. *Castor* idem citatur infra p. 282. A. et 363. B. de quo Jonsius Script. H. Phil. II. 15. 1. Fabricius B. G. V. p. 187. Heynius ad Apollodorum p. 978. cujus nomen reponendum in mentione urbis Ægyptiacæ Diospoli, pro eo quod vulgatur Κάτων apud Porphyrium in Scholiasta Veneto Villoisoni ad Iliad. I. 383. Ab Harduino ad Plinii Indicem Auctorum confunditur cum Antonio Castore.

Digitized by Google

266. E. ια'.] Quæstio conjunctim tractata cum antecedente a Varrone; ut apparet e Servio ad Virgil. Æn. III. 407. et Macrobio Sat. I. 8.

266. E. ιβ'.] Item conjuncta Quæstio cum priore. Magis, credo, a Græcis, quam a Romanis Κρόνον *patrem veritatis* habitum. Videatur Plutarchus De Isid. et Osir. p. 363. D. Macrobius Sat. I. 8. Cornutus Nat. Deor. II. p. 142. Heraclides Allegor. p. 465; alii vere pronunciant Κρόνον esse Χρόνον; nam hæc forma invaluit postea, reperta litera X. Gellius XII. 11: *Alius quidam veterum poetarum, cujus nomen mihi nunc memoriæ non est, Veritatem, temporis filiam esse dixit.* Sophoclis locum ibi citatum et alia in hanc sententiam dicta Veterum appositi Erasmus Adag. p. 925.

266. F. ιγ'.] Poterat hanc etiam rationem adferre, quod Honoris et Virtutis conjunctæ solerent esse ædes. De capite in alterius honorem adaperiundo, modo dictum ad Quæst. ι.

p. 267. A. ιδ'.] Tractat hanc Quæstionem J. Kirchmannus De Funeribus Rom. II. 16. De diverso Græcorum ritu notarunt Meursius ad Lycophr. 976. Kuhnius ad Ælian. Var. Hist. VII. 8. 5. Musgravius ad Euripid. Hecub. 837: et non quidem diligentissimus ille, nec tamen abjiciendus scriptor, J. Nicolai De Græcorum Luctu cap. X. Divortiorum vetustissimæ apud Romanos memoriæ exempla hæc aliis memorantur: v. c. *Sp. Carvilii*, Dionysio Hal. II. 25. Gellio IV. 3. Plutarchus infra Quæst. νθ', p. 278. E. Romulo p. 39. B. Numa 77. C. duo reliqua *C. Sulpicii Galli* et *P. Sempronii Sophi* Valerius Max. VI. 3. 10. et 12. Ergo filii capite erant operto, δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, i. e. *propter eam caussam quam diximus* Quæst. ι. p. 266. B. seq. *quod locus funebris Diis esset sacer.* Hinc est, quod ἐπὶ τῶν τάφων περιστρέφονται, non sanum esse, nec de *decursione circa rogum*, quam attigit Kirchmannus III. 3. aut alia re accipi posse, sed legendum ἐπὶ τ. τ. περιστέφονται, in sepulcris coronantur, i. e. *et se ipsi et sepulcra coronant*, qui ritus perquam est cognitus, nam et ipsi mortui coronabantur, et in epulis funebribus convivæ coronas

Digitized by Google

geſtabant: de quo idem Kirchmannus I. 11. IV. 6. Et defuncti dicebantur *Dii manes*, et tamquam Dii colebantur. Illud denique, ὅταν ὀστέῳ πρῶτον ἐντύχωσι, θεὸν γεγονέναι τὸν τεθνηκότα λέγουσι, referendum ad illud Ciceronis Leg. II. 22: *Eumque morem jus Pontificale confirmat. Nam priuſquam in os injecta gleba eſt, locus illud ubi crematum eſt corpus, nil habet religionis. Injecta gleba tum et illic humatus (eſt et gleba) vocatur: ac tum denique multa religioſa jura complectitur.* Iſta in parenthefin incluſa, delenda putamus, *eſt et gleba*. Atque Varro ita cum Cicerone componatur, ut poſt combuſtionem, in oſſilegio primum inventum os gleba tegeretur, atque ita mortuus et *humatus* vocaretur, et religioſo Deorum Manium jure frueretur. Iſtud *os* apud Ciceronem l. c. paulo antea ſignificatur, *quemadmodum os rejectum terræ obtegatur:—quo tempore incipiat ſepulcrum eſſe et religione teneatur.* Ubi Daviſio aſſentior legenti *quemadmodum os receptum, terra obtegatur.* Eſt enim idem quod Varroni De Ling. Lat. IV. p. 10. *os exceptum eſt mortui ad familiam purgandam:* quod Plutarchus ex alio, ſed deperdito Varronis loco, dicit ὅταν ὀστέῳ πρῶτον ἐντύχωσι—.

267. C. ιε'.] De numine Termini eadem quæ hoc loco et uberiora paulo expoſuit Plutarchus in Numa p. 70. E. ſequ. Laconis dictum notavimus ſupra p. 210. E.

267. D, E. ις'. ιζ'.] Argumentum Leucotheæ, Matutæ Romanis dictæ, attigit Plutarchus in Camillo p. 131. B. De Fraterno Amore fin. p. 492. D. Hyginus Fab. II. Servius ad Virgil. Æn. V. 241.

267. E. ιη'.] De Decimis Herculi conſecratis complures hodierni egerunt qui citantur a viris doctis, in primis Weſſelingio ad Diodorum Sic. IV. 21. In verbis εὐεξίας ἐπ' ἄκρον εὐσωματούσης ineſt ſignificatio aphoriſmi Hippocratei I. 3: αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί· alibi Plutarcho citati Sympoſ. V. 7. p. 682. E. Adverſ. Epicur. 1090. B. Galeno Protrept. T. II. p. 12. A. VI. p. 6. C. 7. A. B. F. 13. B. Baſilio M. Homil. De Jejunio p. 291. A. De Leg. Gr. p. 502. B.

267. F—268. A—D. ιθ'.] De Menſibus Romanorum ge-

Digitized by Google

minus est locus Plutarchi in Numa p. 71. F. et seq. Ex Veteribus argumentum attigerunt Ovidius Fast. I. 27. III. 121. Livius I. 19. Censorinus De Die Natali XX. XXI. Macrobius Sat. I. 12: ex recentioribus tractarunt in primis Scaliger Emendat. Temp. p. 172. Dodwellus De Cyclis Diss. X. p. 662.

p. 268. D. κ'.] Pertinet huc Arnobius Adv. Gent. V. p. 168: *Faunam myrteis cæsam virgis quod marito nesciente feriam meri ebiberit plenam, Sextus Clodius indicat sexto De Diis Græco: signumque monstrari, quod cum ei divinam rem mulieres faciunt, vini amphora constituatur obtecta: nec myrteas fas sit inferre verbenas sicut suis scribit in Causalibus Butas.* Ubi et dudum fuit et adhuc est verisimilis correctio nobis, qua *sexto* in *libro*, et *Butas* in *Plutarchus* mutetur; quippe cujus hunc ipsum locum significari res ipsa propemodum clamat. Sed ex Arnobio disertius rem retulit Lactantius Institut. Div. I. 22, 11: *Idcirco illi mulieres in operto sacrificant et Bonam Deam nominant: et Sextus Clodius in eo libro quem Græce scripsit refert Fauni hanc uxorem fuisse, quæ contra morem decusque regium clam vini ollam ebiberat, et ebria facta erat, virgis myrteis a viro usque ad mortem cæsam: postea vero quum eam facti sui pœniteret, et desiderium ejus ferre non posset, divinum illi honorem detulisse: idcirco in sacris ejus obvolutam vini amphoram poni.* Sed in utroque loco nescio quomodo suspecta mihi Sexti Clodii appellatio et a paracusmate de Sexto Clodio, cognato Publii iftius Clodii, a violatis Bonæ Deæ sacris famosi, nata videtur: quamquam nonnihil vindicandæ scriptoris auctoritati attulit Vossius De Hist. Gr. IV. p. 510. Macrobius Sat. I. 12. p. 246. *Bonam Deam Bœoti Semelam credunt nec non eamdem Fauni filiam dicunt: obstitisseque voluntati patris in amorem suum lapsi, ut et virga myrtea ab eo verberaretur, cum desiderio patris nec vino ab eodem pressa cessisset: transfigurasse se tamen in serpentem pater creditur et coisse cum filia. Horum omnium hæc proferuntur indicia, quod virgam myrteam in templo haberi nefas sit: quod super caput ejus extendatur vitis, qua maxime pater eam decipere tentavit: quod vinum in ejus templum non suo no-*

Digitized by Google

mine ſoleat inferri, ſed vas in quo vinum inditum eſt, mellarium nominetur, et vinum lac nuncupetur. Verbo attigit Rigaltius ad Artemidorum p. 40. Lacte libatum antiquitus loco vini, narrat Plinius H. N. XIV. 14. De *Venere Murcia*, Varro de Ling. Lat. IV. p. 37. Plinius H. N. XV. 36.

268. E. *κα'.*] De *Pico* a Circe in avem transformato Ovidius Met. XIV. 320. ſequ: nec multum diverſe Servius Æn. VII. 190. Avis adfuiſſe lupæ infantes Romulum et Remum nutrienti memoratur etiam Plutarcho Romul. p. 19. E. 21. C. *Martius* cognomine picus dicitur et Marti ſacer habetur; ut eſt apud Plinium H. N. X. 20. Auctoritas in divinatione ſubinde ſignificatur v. c. Plauto Aſin. II. 1, 12. Horatio Carm. III. 27, 15. ubi videatur Lambinus. De ejus natura et facultate ad cavandas ac labefactandas quercus, unde et nomen δρυοκολάπτης, Ariſtoteles Mirabil. Auſcult. XII. ibique J. Beckmannus.

p. 269. A. *κβ'.*] De *Jano* Ovidius Faſt. I. 100. ſeq. Macrobius Sat. I. 9. Aurel. Victor O. G. R. I. alia collegit Dempſterus ad Roſin. A. R. I. 3. p. 93. de ejus in Italiam adventu, quædam Heynius Excurſ. ad Virgil. Æn. VII. 45.

269. A. *κγ'.*] Gemina fere tradit de inſtituto Numæ Plutarchus in Ej. Vita p. 67. E. Et Dionyſius Hal. A. R. IV. 15. *Libitinam* facit Veneris cognomen, ærarii Deæ inſtitutionem tribuens Servio Tullio. De Libitina et Libitinariis funebrem apparatum vendentibus, notarunt interpretes ad Suetonii Neron. 39. in primis Kirchmannus De Fun. Rom. I. 9. hunc etiam Plutarchi locum tractans. Dionyſium et Plutarchum errare, ac Deam hanc Proſerpinam eſſe, ait Larcherus Diſſ. de Venere p. 237. nec perſuadet.

269. B. *κδ'.*] De tripartita diviſione menſis in *Calendas*, *Nonas*, *Idus*, copioſe differit Macrobius Sat. I. 15. aut ipſum Plutarchum, aut communes auctores ſequens. In Nota contextui ſubjecta pro *varietatis* legendum *vanitatis*. Neque altera, ut in his rebus, etymologia inepta eſt, qua *idus* ab εἶδος *ſpecies* ducitur: ſiquidem ab eadem origine venit *ſidus*.

Digitized by Google

269. E. κε'.] Cujuſque menſis dies qui ſunt poſtridie *Calendas, Nonas, Idus*, atros dictos habitoſque, propterea quod iis prœlio reſpublica male geſta eſſet, ex Verrio Flacco refert Gellius V. 17. quocum comparandus Macrobius Sat. I. 16. p. 267. Paulus ex Feſto Voc. *Nonarum*. Diſerte Ovidius Faſt. I. 55: *Vindicat Auſonias Junonis cura Calendas, Idibus alba Jovi grandior agna cadit. Nonarum tutela Deo caret. Omnibus iſtis, Ne fallare cave proximus ater erit. Omen ab eventu eſt: illis nam Roma diebus Damna ſub adverſo triſtia Marte tulit.* De Νουμηνίας feſto omnium Deorum copioſe docuit J. Meurſius Græc. Feriat. V. p. 211. Tres celebrantur in Conviviis crateres. Scholiaſtes in Platonis Phileb. p. 43: Ἐκιρνῶντο γὰρ ἐν αὐταῖς (ταῖς συνουσίαις) κρατῆρες τρεῖς· καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον Σωτῆρος. Item Scholiaſtes Pindari Iſthm. VI. 10. Alia etiam doctiſſimus Leiſnerus ad L. Boſii Antiqu. Gr. IV. 14, 11. Argumentum Arithmeticum de paris et imparis numeri differentia attigimus ſupra p. 264. A. Quæſt. Rom. β. cui annotationi adhibendus eſt alius locus p. 288. C. Quæſt. Rom. ρβ': in primis qui falſo Plutarchi nomine fertur, ſcriptor De Vita Homeri Cap. CXLV. noſtræ editionis, ex Pythagorica doctrina docens, τὸν μὲν ἄρτιον ἐνδεᾶ καὶ ἀτελῆ, τὸν δὲ περισσὸν πλήρη καὶ τέλειον eſſe. Quod item referendum eſt ad diverſam Deorum et Heroum religionem, quæ illis imparia, his paria tribueret, auctore Pythagora: καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις περισσὰ, τοῖς δὲ δαίμοσι ἄρτια ἀπονέμει· ita enim ſupplenda eſt ſententia, quæ vulgo ſic legitur, καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις δαίμοσι τὰ περισσὰ ἀπονέμει. Hoc et Plutarchus monet in Numa p. 69. E. fuiſſe unum ex Pythagoricis præceptis, τοῖς μὲν οὐρανίοις περισσὰ θύειν, ἄρτια δὲ τοῖς χθονίοις: item Porphyrius Vit. Pythag. §. 38: et ſimiliter Plato citatus Plutarcho De Iſid. et Oſir. p. 361. A. cui Pythagoras fuit auctor effati Leg. IV. p. 601. C: πρῶτον μὲν φαμὲν, τιμὰς τὰς μετ' ὀλυμπίους τε καὶ τοὺς τὴν πόλιν ἔχοντας θεοὺς, τοῖς χθονίοις ἄν τις θεοῖς ἄρτια καὶ δεύτερα καὶ ἀριστερὰ νέμων ὀρθοτατα τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ τυγχάνοι· τοῖς δὲ τούτων ἄνωθεν τὰ περιττὰ καὶ ἀντίφωνα τοῖς ἔμπροσθεν ῥηθεῖσι νῦν δή. In Themiſtoclis

Digitized by Google

dicto citando legi debebat Ἢ καὶ τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους—ex codice E. P. conjectura Xylandri pro Ἢ κ. τ. τ. Θ, requiritur enim disjunctio: *An vero, Sive etiam—*. Dictum bis alibi memoratum Plutarcho, in Vita Themistocl. p. 121. B. De Gloria Athen. init. p. 345. C. reprehensum ac temeraria mutatione tentatum a Vaassenio, recte vindicatum a Ruhnkenio nostro in epistola ad illum scripta, qua edenda gratissimum fecit elegantis doctrinæ studiosis eruditissimus et de optimis Literis optime meritus vir Chr. Saxius in Onomastici Parte VIII. p. 40. Porro φανέντες cum Venet. et Voss. mutandum in φανέντας· et locus ita cæterum corrigendus, ὡς οὐδὲν ἂν οὐδαμοῦ φανέντας. Denique illud, καὶ τοῦτο ἔπραττον, ὥσπερ ἔτι νῦν προκηρύττουσιν οἱ ἱερεῖς ἐπὶ τὰς θυσίας βαδίζοντες, spectat notum hoc sacerdotum dictum *Hoc age:* quod Plutarchus alibi memorat, in Numa p. 69. D. et in Coriolano p. 225. F. et docte illustratur in Erasmi aliorumque Adagiis edit. Wechel. p. 198.

270. D. κς'.] Muliebrem in luctu vestem albam fuisse documento sunt quidam Veterum loci: v. c. Herodiani in funere Severi describendo, IV. 2. ἡ σύγκλητος μελαίναις ἐφεστρίσι χρώμενοι—γυναῖκες λιτὰς ἐσθῆτας λευκὰς ἀμφιεννύμεναι· et alii quos adfert Kirchmannus De Funere Rom. II. 17. p. 239. Mortuorum corpora albis vestibus induta idem docet, I. 7. utrobique hæc Plutarchi dicta apponens: cui addatur Rigaltius ad Artemidor. II. 3. p. 42. De Magorum placito Plutarchus prodidit in libro De Isid. et Osir. p. 369. D. 370. D. Porphyrius Vit. Pythag. §. 41. quæ verba retulit Stobæus Tit. XI. p. 139. Plura et notavimus et notabimus ad Plutarchum Ser. Num. Vind. p. 564. C. Illud δολερὰ μὲν τὰ εἵματα δολερὰ δὲ τὰ χρώματα, est Herodoti III. 22. Plutarcho adhibitum Sympos. II. p. 646. B. Malign. Herod. p. 863. D.

270. F.—271. B. κζ'.] Caius Instit. I. 1. p. 70: *Sanctæ quoque res, veluti muri et portæ, quodammodo divini juris sunt.* Ubi Aleander Plutarchum reprehendit parum ad diversitatem *sacri* et *sancti* attendentem. Ipse attendere debebat ad nomen ἀβέβηλον *per quod incedere, transire, nefas*

Digitized by Google

est. Justinianus item Instit. II. 1. 10. Cicero Nat. Deor. III. 40. *proque urbis muris quos vos, pontifices, sanctos esse dicitis.* De Romulo et Remo Plutarchus Romul. p. 23. B. C. aliique multi, quos nominat Dukerus ad Florum I. 1. 8. ex hoc Romuli facinore ac dicto muris sanctitatem veniisse, verisimiliter censens. Muri destinati circuitum aratro signare, vetus mos, ibidem a Plutarcho, l. c. p. 23. C. D. ubi propemodum hæc Quæstio reponitur: εἶτα, ὥσπερ κύκλον, κέντρῳ περιέγραψαν τὴν πόλιν· ὁ δ' οἰκιστὴς ἐμβαλὼν ἀρότρῳ χαλκῆν ὖννιν, ὑποζεύξας δὲ βοῦν ἄρρενα καὶ θήλειαν, αὐτὸς μὲν ἐπάγει περιελαύνων αὔλακα βαθεῖαν τοῖς τέρμασι· τῶν δ' ἑπομένων ἔργον ἐστὶν, ἃς ἀνίστησι βώλους τὸ ἄροτρον, καταστρέφειν εἴσω, καὶ μηδεμίαν ἔξω περιορᾶν ἐκτρεπομένην· τῇ μὲν οὖν γραμμῇ τὸ τεῖχος ἀφορίζουσι, καὶ καλεῖται κατὰ συγκοπὴν πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους, ἢ μετὰ τείχους· ὅπου δὲ πύλην ἐμβαλεῖν διανοοῦνται, τὴν ὖννιν ἐξελόντες καὶ τὸ ἄροτρον ὑπερθέντες, διάλειμμα ποιοῦσιν· ὅθεν ἅπαν τὸ τεῖχος ἱερὸν πλὴν τῶν πυλῶν νομίζουσι· τὰς δὲ πύλας ἱερὰς νομίζοντας, οὐκ ἦν ἄνευ δεισιδαιμονίας τὰ μὲν δέχεσθαι, τὰ δ' ἀποπέμπειν τῶν τε ἀναγκαίων καὶ μὴ καθαρῶν. Ubi credibile est καὶ ἀβέβηλον excidisse post ἱεράς. Ritum hunc in condenda Roma observatum tradit et Dionysius Hal. I. 88. Ovidius Fast. IV. 819. Universe ad illud Virgilii Æn. V. 755. *Interea Æneas urbem designat aratro*; notat Servius ex Catonis Originibus—*sulco ducto, loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum:* atque indidem Isidorus Origin. XV. 2. Inde frequens in Nummis Coloniarum insigne est sacerdos aratrum jugo boum agens: de quo præter alios, scriptor utilissimi operis Raschius in Lexico Univers. Rei Nummariæ T. I. p. 1032.

271. B. κη'.] Varro De Liberis Educandis apud Nonium p. 494: *Itaque domi rituis nostri, qui per Deum fidium jurare vult, prodire solet in compluvium.* Idem De Ling. Lat. IV. p. 19: *Unde SUB DIO, et DIUS FIDIUS. Itaque inde ejus perforatum tectum, ut videatur DIVUM, id est cœlum. Quidam negant sub tecto per hunc dejerare oportere.* De aliis Diis, in quibus eadem religio valuit, quædam notavit Dalecampius ad Plinium H. N. XVIII. 2. Mox illud πόρρωθεν ξένος fortasse rectius legatur ex Voss. πόρρωθεν

Digitized by Google

καὶ ξένος. De Hercule fusius prodiderit in Vita ejus nunc perdita: illius cum Phyleo officia cæterum vulgo nota. Oraculum Lacedæmoniis datum ex uno hoc loco attigit Meursius Miscell. Lacon. III. 2. Pythia eos reprehendens nomine contemti jurisjurandi, Herculem gentis auctorem illis objiciebat.

271. C. κθ'.] Geminus Plutarchi locus est in Romulo p. 26. D. quocum conferatur B. Brissonius De Ritu Nupt. p. 327.

271. D. λ'.] De nominis Caji et Cajæ frequentia in hoc argumento, idem Brissonius l. c. p. 326. Festus Voc. *Gaja Cæcilia appellata est, ut Romam venit, quæ antea Tanaquil vocitata erat, uxor Tarquinii prisci regis Romanorum: quæ tantæ probitatis fuit, ut id nomen ominis boni causa frequentent nubentes, quam summam asseverant lanificam fuisse.* Plinius H. N. VIII. 74: *Lanam in colo et fuso Tanaquilis, quæ eadem Caja Cæcilia vocata est, in templo Sangi duravisse prodente se auctor est M. Varro: factamque ab ea togam regiam undulatam, in æde Fortunæ, qua Servius Tullius fuerat usus. Inde factum ut nubentes virgines comitaretur colus comta, et fusus cum flamine.* Ubi plura de hac re et Deo *Sanco:* de quo qui plura cognoscere cupiunt, adeant Salmasium ad Spartiani Hadrianum Cap. 14. Burmannum ad Ovid. Fast. VI. 214. Wesselingium ad Simsoni Chronicon p. 1636.

271. F. λα'.] *Talasium* a lanificio ταλαυρία venisse, gemino loco, auctore Juba, prodit Plutarchus Romul. p. 26. C. Plinius H. N. XXIX. 9: *Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, postes a nubentibus attingi jubentes.* Ubi potius cum Lipsio legendum *ea cingi*, pro *attingi*. De re ipsa ibidem egerunt Dalecampius et Harduinus. Apposite ad nostrum locum Festus, *Talassionem in nuptiis Varro ait signum esse lanificii τάλαρον, id est quasillum, ita enim solitum appellari talassionem. At quidam historiarum scriptor Talassium ait nomine virum rapta virgine unicæ pulchritudinis: quod ei conjugium fuerit felix, boni ominis gratia nunc redintegrari.* Historicos universe nominat Plutarchus: in his est Livius I. 9. Et Brissonius adhibeatur Rit. Nupt.

Digitized by Google

322, 328, 333. Pro τάλαντον Anon. dat χάλαβον, Mez. ταλασιῶνα.

p. 272. B. λβ'.] Maio menſe hominum ſimulacra de ponte in fluvium conjici ſolita Quæſt. Rom. πε'. ſimili ratione docet Ovidius Faſt. V. 603. ſeq. et Feſtus in *Sexagenarios:* paucis verbis in *Depontani.* Varro De Ling. Lat. VI. p. 73. Idem ap. Nonium p. 523. Cicero Pro Roſc. Amer. 35, ibi Hottomannus. Macrobius Sat. I. 5. p. 205.

272. C. λγ'.] *Non foris cœnaſſe, ſine filiis adhuc impuberibus,* cum Lycurgi inſtituto haud temere comparatur, ſiquidem et aliis in rebus Romana reip. forma cum Spartana comparatur a Polybio VI. 9. 48. Platonis ſententia eſt Leg. V. p. 605. C. notata nobis ad libellum De Pueris Educ. p. 14. B. Ad Romanum hunc morem haud ſcio an pertineat locus Ciceronis Attic. V. 1: *Quintus, Pomponia, inquit, tu invita mulieres, ego acciam pueros,* ita Erneſtus recte edidit: *pueros* intelligo *Cicerones.* Item Horatii Ep. II. 1, 109: *pueri patreſque ſeveri, Fronde comas vincti, cœnant et carmina dictant.*

272. C. λγ'.] Ciceronis a Plutarcho citatum locum plane convenire quis dicat in illam lacunam Leg. II. 21. quam ex hoc noſtro haud abſurde explevit Lambinus: in quo ſupplemento quod auctor citatur Siſenna, utrum hoc ex ora veteris codicis, an a ſuo ipſe commento ſumſerit, non definiam: certe in Siſennæ fragmentis non reperimus. *D. Brutus,* qui Coſ. fuit A. U. DCXV. poſtea in Hiſpania Gallæcos domuit DCXVII. unde *Gallæci* cognomen habuit: annotatus Pighio Annal. Rom. Mag. T. II. p. 492, et 502. De Lethes fluvio hac expeditione trajecto Florus II. 17. 12. Valer. Max. VI. 4. alii citati Pighio l. c. et Harduino ad Plinii H. N. IV. 35. *Acca Larentia,* Romuli et Remi nutrix, ſacrum habet menſe Decembri, teſte Ovidio Faſt. III. 55. et iis quos N. Heinſius citat.

272. E. 273. B. λε'.] Geminus huic eſt locus Plutarchi in Romulo 19. F. ſeq. ubi eadem res fuſe narratur. Gellius VI. 7. Macrobius I. 10. Lactantius Inſtit. Div. I. 20, 5: *Faulam — Herculis ſcortum fuiſſe Verrius ſcribit:* quod cognomen Φάβολαν ſignificat.

Digitized by Google

p. 273. B. λς'.] Eadem pari loco tradit Plutarchus De Fortuna Rom. p. 322. E. Ovidius Faſt. VI. 577: *Nocte domum parva ſolita eſt intrare feneſtra: Unde feneſtellæ nomina porta tenet.* Templa Fortunæ dedicata a Servio Tullio memorat etiam Dionyſius Hal. IV. 27. Plura Lil. Gyraldus Hiſt. Deor. Syntagm. XVI. p. 461. C: *Tanaquil ex ſuperiore parte ædium per feneſtras populum alloquitur*, ut narrat Livius I. 41. item Dionyſius Hal. IV. 5.

273. C. λζ'.] Spolia refecta neque nos legere meminimus. Ad Romani moris obſervationem in tropæis pertinet illud Flori III. 2, 6: — *Domitius Abenobarbus et Fabius Maximus ipſis quibus dimicaverunt in locis ſaxeas erexere turres, et deſuper exornata armis boſtilibus tropæa fixere: quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Numquam enim populus Romanus boſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit.* De Græcis magis notum eſt. Exemplum habemus rhetoricum in Ciceronis De Invent. II. 23: *Cum Thebani Lacedæmonios bello ſuperaſſent, et fere mos eſſet Græcis, cum inter ſe bellum geſſiſſent, ut ii qui viciſſent, tropæum aliquod in finibus ſtatuerent, victoriæ modo in præſentia declarandæ cauſſa, non ut in perpetuum belli memoria maneret, æneum ſtatuerunt tropæum. Accuſantur apud Amphictyonas, id eſt, apud commune Græciæ conſilium.* Hæc et alia notavit If. Caſaubonus ad Strabonem IV. p. 283. D. cui addatur P. Weſſelingius ad illud Diodori Sic. XIII. 24: τίνος γὰρ χάριν οἱ πρόγονοι πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐν ταῖς κατὰ πόλεμον νίκαις κατέδειξαν οὐ διὰ λίθων, διὰ δὲ τῶν τυχόντων ξύλων, ἱστάναι τὰ τρόπαια; ἆρ' οὐχ ὅπως ὀλίγον χρόνον διαμένοντα ταχέως ἀφανίζηται τὰ τῆς ἔχθρας ὑπομνήματα.

273. D. λη'.] Fortaſſe hoc pertinet ad Q. Cæcilium Metellum Numidicum, cujus Vitam, nunc perditam, ſcripſit Plutarchus: in qua eamdem rem prodiderit. Diximus aliquid ad p. 201. D. Hic ἀρχιερεὺς intelligendus eſt non Augur, aut Pontifex, ſed Pontifex Maximus; ſi quidem hic ſumma auctoritate univerſæ rei ſacræ omnibuſque ſacerdotum collegiis præfuit. Neque tribuam Q. Metello, quem in Pontificibus numerat Cicero De Haruſp. Reſponſ. 6: neque Q. Metello Celeri, qui Prætor et Augur, C. Rabirium ex judicio perduellionis ſervavit, ut eſt apud Di-

Digitized by Google

onem Caſſ. XXXVII. 27. Miror Ciceronem in libris De Divinatione hanc rem prætermiſiſſe.

273. E. λθ'.] De Catonis epiſtola diſerte prodit Cicero Offic. I. 11. Chryſantæ factum exſtat apud Xenophontem Cyropæd. IV. p. 87. et jam notavimus ſupra p. 236. E.

p. 274. A. μ'.] Religiones Flamini Diali impoſitas complures ex Fabio Pictore et Maſſurio Sabino refert Gellius X. 15: ex hoc unam cum præſente loco conjunctam: *Tunicam intimam niſi in locis tectis, non exuit, ne ſub cælo, tamquam ſub oculis Jovis nudus ſit:* ex illo plures: *Equo Flaminem Dialem vehi religio eſt.—De eo lecto trinoctium continuum non decubat.—Sine apice ſub divo eſſe, licitum non eſt.* Detrimenta Græciæ ex nimio palæſtræ ſtudio notavimus p. 8. D: ξηραλοιφεῖν expoſuimus p. 152. D.

274. E. μα'.] De Nummis imagine bifrontis Jani inſignitis Ovidius Faſt. I. 230. Plinius H. N. XXXIII. 4: *Nota æris fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera roſtrum navis: in triente vero et quadrante rates.* Macrobius Sat. I. 7. p. 217: *Hic igitur Janus, cum Saturnum claſſe pervectum excepiſſet hoſpitio, et ab eo edoctus peritiam ruris ferum illum et rudem ante fruges cognitas victum in melius redegiſſet, regni eum ſocietate muneravit. Cum primus quoque æra ſignaret, ſervavit et in hoc Saturni reverentiam, ut quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte ſui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur; quo Saturni memoriam ad poſteros propagaret.* Lactantius Inſtit. Div. I. 13. 7. item narrat Ovidii verſus apponens. Addatur his Dracon Corcyreus apud Athenæum XV. p. 692. C. De Nummis pecudum ſigno notatis, nominibuſque familiarum a pecudum nomine ductis, geminus eſt locus Plutarchi in Publicola p. 103. B.

p. 275. A. μβ'.] Et hujus Quæſtionis gemina eſt narratio in Publicola p. 103. A—D. Singularis eſt hæc mentio verſuum Antimachi: in quibus poetam ab auctore Heſiodo Theogon. 160, profectum, et pro λέχρις fortaſſe λέχρια, vel λέχρις, cum Xyl. *ex obliquo, ex tranſverſo,* legendum eſſe monuit eruditiſſimus ſcriptor libri De Antimachi Reliquiis, editi Halæ Sax. a. MDCCLXXXVI. forma octava.

275. B. μγ'.] Huc referatur illud Livii XLV. 13: *Mas-*

Digitized by Google

gabæ regis Maſiniſſæ filio, Puteolis navem egreſſo, præſto fuit obviam miſſus cum pecunia L. Manlius quæſtor, qui Romam eum publico ſumtu perduceret. Eadem liberalitas a Senatu per quæſtorem L. Stertinium alteri Maſiniſſæ filio, cap. 14. Valer. Max. V. 1. 1. VI. 6. 5: ſimilia *quæſtorum* officia memorat. Atqui libera rep. hi dicebantur ταμίαι, poſtea ἔπαρχοι τοῦ ταμείου præfecti ærario, ut Plutarchi ætate uſurpabantur. Pertinet huc etiam Servius Æn. VII. 168.

275. C. μδ'.] Gellius X. 15. Livius XXXI. 50. de quo A. Turnebus Adverſ. XXVII. 7. De Alcibiade in Ejus Vita p. 202. F. Non veram cauſſam reddidiſſe dicit verbo Heinſius ad Heſiodum p. 117. Nos in cauſſis exigendis non argutamur.

275. D. με'.] Pro Οὐενεραλίων legendum Οὐιναλίων monet Urſinus ad Varronem De R. R. I. 1, 6. nec diſſentit Scaliger ad Feſtum in voce *Vinalia*. Nec *Veneralia* alibi nominantur. Mezentii cum Trojanis pactum ornavit Ovidius Faſt. IV. 880. ſeq. Attigit et Aurelius Victor qui dicitur De Orig. Gent. Rom. XV. Dionyſius Hal. I. 65. Plinius H. N. XIV. 14. Plura videantur in Heynii Excurſ. ad Virgil. Æn. VIII. 478.

275. F. μς'.] De *Hortæ* nomine alibi non memorato, Plutarchum erroris ſuſpectum haberemus niſi auctorem citaret Antiſtium Labeonem. Deam *Horam* novimus ex Ovidio Met. XIV. extremo, Ennio Fragm. p. 43. Gellio XIII. 23. In verbis ἀπὸ τῆς ἀρᾶς videtur ſpectare nomen ἀρητῆρα *precatorem*. Ἀντίστιχος Λάκων dant Ald. Bas.: Ἀντίστιχος Λαβεών, Venet. Voſſ.: Ἀντίστιος Λαβεών, Steph. Xyl. et ut videtur E, H, quippe ex quibus nil varietatis annotatum habeo. Pro ἐλειννύειν omnes libri vitioſe exhibent κλειννύειν, excepto Xylandro, qui correxit ἐλιννύειν: reddidimus formam a vetere lectione minus diſcrepantem.

p. 276. B. μζ'.] Et hoc ſingulare, nec alibi proditum a Plutarcho: quod miramur, quia hujus templi mentionem fecit in Romulo p. 33. A. et 34. D. hoc adeo loco ut in urbe ſiti, item Dionyſius Hal. I. 50.

276. C. μη'.] De Conſualibus alia prodit Plutarchus Romulo p. 25. D. item alii. Ad hanc Quæſtionem pertinet

Digitized by Google

locus Festi: *Mulis celebrantur ludi in Circo maximo Consualibus; quia id genus quadrupedum primum putatur cœptum currui vehiculoque adjungi.*

276. C. μβ'.] Geminus est locus Plutarchi in Coriolano p. 219. F. Minus recte vertitur a Xylandro *ut hoc absque togis in indusio facerent*, quod reddendum erat, *ut hoc, sine tunica, in toga facerent.* Meziriacus annotavit παραγγέλλοντας ἀρχὴν, *petentes magistratum*, pro π. ἄρχειν. Sane illud usurpant, non hoc. Sic Plutarchus in Vitis p. 102. E. ὑπατείαν —παραγγέλλειν. 254. A. 408. A. 409. E. 646. E. 718. B. 774. C. 783. C. 839. E. Aristides T. I. p. 58. Igitur in hac ipsa Quæstione ἐπὶ τὰς ἐπαγγελίας, legendum ἐπὶ τὰς παραγγελίας, siquidem syllaba ἐπ ex antecedente ἐπὶ exstitit, qui est frequens errorum fons: Ita παραγγελία est *petitio muneris* Vitios. Pudor. p. 535. B. Vit. 259. E. 345. C, D. 552. A. 778. F. 781. E.

276. D. ν'.] Gellius X. 15. ex Massurio Sabino: *Flamen Dialis—uxorem si amisit, flaminio decedit. Matrimonium Flaminis nisi morte dirimi non est jus.* Flaminis Dialis uxori, Flaminicæ, quarumdam religionum curam attributam fuisse, notum est. Facti sub Domitiano singularis hæc est memoria. Censore altero mortuo, alterum quoque censura se abdicare debuisse, documento sunt loci Veterum: Livii V. 31. VI. 27. IX. 34. Hujus Plutarcheæ mentionis auctoritate censuram Æmilii Scauri et Livii Drusi retulit in A. U. DCXLIV. Pighius Annal. Mag. R. T. III. p. 126. Nomen Τηΐος in omnibus est libris excepto Mez. et Xyl. qui ex ingenio Ἀτηΐος reposuerunt. *Atejus Capito* significatur, ut judicat Vossius De Hist. Lat. I. 21. Pro ἑταῖρον Mez. haud male annotavit ἕτερον.

276. E. να'.] Ovidius Fast. V. 129. seq. accommodate fere huic Quæstioni. De Chrysippi placito subinde loquitur Plutarchus De Isid. et Osir. p. 360. D. De Orac. Def. 419. A. De Stoicor. Repugn. 1051. C, D. Λαχῶν malebat Mez.

p. 277. A. νβ'.] *Manam Genetam* dicit eam quam Varro De Ling. Lat. VIII. p. 113. et Macrobius Sat. I. 7. p. 220, 221. *Maniam Deam matrem Larum.* Apposite Plinius

Digitized by Google

H. N. XXIX. 14: *Genitæ Manæ catulo res divina fit; et in cœnis Deûm etiamnum ponitur catulina. Aditialibus quidem epulis celebrem fuisse Plauti fabulæ indicio sunt.* Victima canis Hecates Deæ sæpe memoratur v. c. Plutarcho mox p. 280. B. aliis citatis Meursio ad Lycophronem versu 77. Mortuos dictos χρηστοὺς repetit Plutarchus in Quæst. Gr. ε'. p. 292. B. eodem ex historia exemplo, eodem auctore Aristotele apposito. Ad hanc significationem pertinet glossa Hesychii, Χρηστοί· *οἱ κατεδεδικασμένοι.* Χρησμός· *τιμωρία.* Repetenda notio ex prima origine Verborum Χράω, Χραύω, Χραίνω, Χρίω, cet. in quibus est vis *pungendi, stringendi;* de qua egregie exposuit egregius noster Ruhnkenius ad Tim. Voc. Ἐγχρίμπτει.

277. C. ν'.] Eadem tradit Plutarchus in Romulo p. 33. E. et fere similiter Festus in *Sardi Venales.* Romulus Veios *urbem* cepisse, an alibi prodatur dubito. Hoc loco fortasse librarius vetus ex altero non satis percepto quid erroris duxit: ubi rectius dicitur, Τυρρηνικὴ γὰρ πόλις οἱ Οὐηΐοι· ubi *populus, civitas,* dicitur πόλις.

277. D. ν δ'.] *Sp. Carvilius,* libertus illius, qui primus uxorem dimisit, primus ipse scholam literarum Romæ aperuisse dicitur Quæst. Rom. ν θ'. p. 298. C. haud scio an a nemine Veterum præter Plutarchum his duobus locis memoretur. Alteram notationem ab homine *Macello* attingunt etiam Varro Ling. Lat. IV. p. 35: et Festus, *Macellum dictum a Macello quodam, qui exercebat in urbe latrocinia: quo damnato Censores Æmilius et Fulvius statuerunt, ut in domo ejus obsonia venderentur.*

277. E. ν ε'.] Livius IX. 30. Ovidius Fast. VI. 657. Valerius Max. II. 5, 4. Breviter Varro De Ling. Lat. V. p. 47. Festus in Voce *Mimuscula.*

p. 278. B. ν ς'.] *Carmentalia* matribus Ausoniis culta Ovidio celebrantur Fast. I. 499. 617. Servius similia Plutarcheis tradit breviter ad Æn. VIII. 336. Adhibendi et Dionysius Hal. I. 31. Livius I. 7. Hyginus Fab. CCLXXVI. p. 398. Strabo V. p. 352. C.

278. C. ν ζ'.] Geminus locus Plutarchi in Romulo p. 19. D. Varro aliquid De Ling. Lat. IV. p. 16. De R. R.

Digitized by Google

II. 11, 5. Ovidius Faſt. II. 412. Feſtus ex Varrone in Voc. *Ruminalem Ficum* p. 462. Servius ad Æn. VIII. 90. Tum θηλώ τις legendum jam monuerant Valckenarius ad Euripidis Phœniſſ. p. 169. et Albertius ad Heſychium Voc. θηλώ.

278. D. νη'.] Plutarchus Romulo p. 25. A. Dionyſ. Hal. II. 11. Feſtus in *Adlecti* p. 8. et in *Qui patres, qui conſcripti.* p. 414. Livius II. 1. Interpretes ad Tacitum Annal. XI. 25. Pro ἐπιγεγραφέντας non eſt negligenda lectio codicis Veneti ἐπεγγεγραφέντας: et Mez. Ῥουμινάλιν pro Ῥουμανάλιν.

278. D. νθ'.] βωμὸν Ædem ſignificat. Herculis et Muſarum Ædem, illiuſque cognomen Muſagetæ ſatis declararunt Antiquitatum R. interpretes v. c. Roſinus p. 160, 283. Evandrum Italos literas docuiſſe vetus fama fuit: Livius I. 7. Aurelius Victor O. G. R. V. Alia de eo legantur in Heynii Excurſu I. ad Æneid. VIII. De Spurio Carvilio, ſupra, νδ'.

278. E. ξ'.] Aurelius Victor. Orig. G. R. VI: *Conſecrata igitur ara, profanataque apud eam decima, Recaranus, eo quod Carmentis invitata, ad id ſacrum non adfuiſſet, ſanxit ne cui feminæ fas eſſet veſci ex eo, quod eidem aræ ſacratum eſſet, atque ab ea re divina feminæ in totum remotæ.* Pinarii et Potitii, celebrati Livio I. 7. Dionyſio Hal. A. R. I. 40. Servio ad Æn. VIII. 269. Feſto in Voc. *Potitium.* Macrobio Sat. III. 6. qui ad hanc Quæſtionem pertinentia tradit I. 12;—*mulieres in Italia ſacro Herculis non licet intereſſe; quia Herculi, cum boves Geryonis per agros Italiæ duceret, ſitienti reſpondit mulier aquam ſe non poſſe præſtare, quod feminarum Deæ celebraretur dies, nec ex eo apparatu viris guſtare fas eſſet. Propter quod Hercules facturus ſacrum deteſtatus eſt præſentiam feminarum, et Potitio ac Pinario ſacrorum cuſtodibus juſſit ne mulierem intereſſe ſinerent.* Dejaniræ tunica, Herculi letale donum, nota ex Sophoclis Trachiniis et Ovidio.

278. F. ξα'.] Numen tutelare Romæ Urbis, quod indagare ac pronunciare nefas erat, habebatur Dea *Angerona*: de qua copioſe narrat Macrobius Sat. III. 9. Adhibendus eſt et Plinius H. N. III. 9. Valerii Sorani caſum et XXVIII. 4. ex Verrio Flacco et Pontificum diſciplina

Digitized by Google

hanc religionem referens. Deos obſeſſæ urbis ab hoſtibus evocatos, ſubinde legimus, et docuit Gaellius et Delacerda ad Virgil. Æn. II. 351. Stanleius ad Æſchylum Sept. c. Theb. 223. Weſſelingius ad Diod. Sic. T. I. p. 588. De Tyriis oppugnatis ſtatuas Deorum alligantibus Diodorus Sic. XVII. 41. Curtius IV. 3, 21. Homeri verſus eſt Iliad. O. 193. De Lavatione ſtatuarum Deorum ac Dearum docte differit Ez. Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Palladis Lavacr. vers. 1.

p. 279. B. ξβ'.] *Pater patratus* quaſi *patrimus* intelligitur a Plutarcho; nam Feſto quidem, *Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui quum jam ipſe pater eſſet, habebat etiam tum patrem.* Et Livius ducit a *patrando*, ſed alia ratione, I, 24. *Pater patratus ad jusjurandum patrandum, id eſt ſanciendum fit.* Conferatur Voſſius Etym. Voce. Homericum ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω eſt Il. A. 343.

279. C. ξγ'.] Regem Sacrificum a reip. tractatione et magiſtratus munere abſtinere jus fuiſſe, exemplo eſt Livii mentio XL. 42. De ſacro in Comitio luculentus eſt locus Feſti in *Regifugium dies*—quo ſpectat Ovidius Faſt. V. 727. De hujuſmodi ſacerdotiis exſtinctæ poteſtatis regiæ reliquiis, et Athenis fuit *Regis Sacrorum:* et alia notarunt Caſaubonus et Almeloveenus ad Strabonem XIV. p. 938.

279. D. ξδ'.] Eamdem Quæſtionem tractavit Sympoſiac. VII. 4.

279. E. ξε'.] Romanum morem non memini me in Briſſonio aut alibi legiſſe. Plutarchus comparare poterat ſimilem Spartanorum conſuetudinem, ipſi memoratam in Lycurgo p. 48. D, E. Solonis legem animadvertimus in Præcept. Conjug. p. 138. D. Cæterum, τοῖς νόμοις corrigendum in τοῖς ἐννόμοις, vel τοῖς νομίμοις.

279. F. ξς'.] De Circo Flaminio Varro L. L. IV. p. 37. a *campo Flaminio* dictum vult. Feſtus: *Flaminius Circus, et Flaminia Via, a Flaminio Conſule dicta ſunt, qui ab Annibale interfectus eſt ad lacum Traſimenum.* Opera duo nomen habent a C. Flaminio, qui Cenſor fuit L. Æmilio A. U. DXXXIII. Videatur Pighius Annal. Magiſtr. R. T. II. p. 136. Freinſhemius Supplem. Liv. XX. 58.

Digitized by Google

p. 280. A. ξξ'.] Hujus Quæſtionis argumentum ac verba repoſuit in Romulo p. 34. A. B. *Lictorem* a ligando dici, tradit Nonius Marcellus p. 51. et Valgius Rufus apud Gellium XII. 3. eaque cæteris probabilior, quarum duæ apud hunc ex Tirone apponuntur. *Alligare et ligare*, an eodem ſenſu ætate ac probitate differant, haud facile dixerim. De antiquo λητον videantur in primis Valckenarius Animadv. ad Ammon. II. 16. p. 145. et Pierſonus ad Mœrin p. 252. ſeq.

280. B. ξη'.] Aliquanto brevius ſed pluribus locis hoc argumentum complexus eſt in Romulo p. 31. B, E. Numa p. 72. E. De Lupercalibus multa: nec tamen omnia hujus Quæſtionis capita pertractarunt. In verbo φεβράριν videtur ſignificatio ineſſe verbi *verberare;* ut et *februare*, (quod Nonius p. 114, ait *poſitum propurgare* et *purefacere*) et *verberare* a Plutarcho referatur ad illud quod initio dixit καθικνούμενοι σκύτει τῶν ἀπαντώντων, et repetitur corruptum a librariis, τὸ τῶν σκυτῶν ἤθει καθικνεῖσθαι, et corrigendum vel τὸ τῶν ἀπαντώντων σκύτει καθικνεῖσθαι· vel τὸ ἄλλων σκύτει ἐν ἤθει καθικνεῖσθαι, *alios loro per jocum verberare.* ſic ἐν ἤθει uſurpari annotavimus p. 20. E. 72. B. 73. F. Sed emendationis rationem non ſtatuimus: correptelam ſubeſſe certo tenemus. De cane victima Hecates diximus Quæſt. Rom. νβ'. Vocabulum περισκυλακισμὸς in eadem re ponitur, in Vita Romuli p. 31. E. et pertinet huc Scholiaſtes Theocriti II. 12.

280. C. ξθ'.] Varro De Ling. Lat. V. p. 49. Feſtus in *Septimontium.*

280. E. ο'.] Geminus eſt Plutarchi locus in Coriolano p. 225. D. ubi eſt στήριγμα prouti hoc loco legendum monuit in Notis Xylander, et item edidit: nam Ald. Baſ. Voſſ. habent στήρητα, quod nihili eſt: Venetus στηρικτά: at στήριγγα a Stephano eſt, quod et margo Voſſ. dat, et E, H, ſiquidem hi collati cum Stephaniano exemplo, nil attulerunt varietatis. Stephanus tamen in Theſ. L. Gr. T. I. p. 1811. B. propemodum στήριγμα probare videtur. At στήριγγα tuetur T. Hemſterhuſius ad Pollucem X. 157. Pro ἀπεγνωσμένους *deſperatos*, malim κατεγνωσμένους *condem-*

Digitized by Google

natos. De re ipſa egit Iſ. Caſaubonus Exercit. contra Baron. XVI. p. 544.

280. F. οα'.] Gemina narratio eſt Plutarchi in Craſſo p. 547. C. Proverbii inſtar adhibuit Horatius Sat. I. 4, 34. ubi videndi interpretes: Eraſmus Adag. p. 1488. Sophoclis locus, una hac auctoritate cognitus, a Brunckio in Fragmenta relatus eſt T. II. p. 43. In fine legendum ἀντέστη γὰρ αὐτῷ πρῶτος, ex E. Venet. Voſſ. loco vulgati ἀ. γ. αὐτὸς πρ.

p. 281. A. οβ'.] Hunc morem Augurum credibile eſt obſervatum eſſe, quum Augur *ſilentio ſurgeret:* quod quale fuerit docet Feſtus p. 508. cui adhibeatur Livius X. 40. De Pythagoricis ſymbolis diximus ad libellum De Pueror. Educat. p. 12. D, E.

281. B. ογ'.] Et hujus inſtituti ſingularis hæc eſt mentio. Proprie dicuntur Augures ἐπ' οἰωνῶν καθίζεσθαι· et hoc loco καθίζεσθαι minus probum videtur. Sic Romulo p. 31. E: τὰ πλινθία καθεζομένους ἐπ' οἰωνῶν διαγράφειν. Et cum Dativo, Camillo p. 145. E: χρῶνται δὲ αὐτῷ (τῷ λιτύῳ) πρὸς τὰς τῶν πλινθίων ὑπογραφὰς, ὅταν ἐπ' ὄρνισι διαμαντευόμενοι καθέζωνται. Marcello p. 300. B: ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος. De Solertia Animal. p. 976. C: καθεζομένους ἐπ' ἰχθύσιν, ὥσπερ οἰωνοῖς διαμαντεύεσθαι.

281. D. οδ'.] Similis narratio eſt Plutarchi ſupra 273. B. et De Fortuna Rom. p. 321. E. ſeq. De multis diverſo nomine Fortunæ templis a Servio rege conſtitutis, ſatis conſtat; de quibus et cæteris Deæ templis ac titulis egit L. Gyraldus Hiſt. Deor. Syntagm. XVI. B. Briſſonius De Form. I. 86. ſeq. Plerarumque non alibi memoria exſtat. *Fortunam Brevem*, cum *Seja* et *Forti* quæ eſt apud Livium X. 46. confudit Harduinus ad Plinium H. N. XXXVI. 46. In emendatione quod ponitur τῷ παρὰ μικρὸν pro τὸ π. μ. perverſe poſitum eſt; nam hæc mutatio debebat referri ad ſequens ὅτι τῷ γενέσθαι, quod recte pro ὅτι τὸ γ. notavit Mez. Pro ἰξευτηρία præſtat ἰξεύτρια cum Stephano Theſ. L. Gr. T. I. p. 1941. ex Fortun. Rom. p. 322. F. ubi vide notata noſtra.

Digitized by Google

281. E. οδ'.] Eamdem Quæſtionem tractavit Plutarchus Sympoſ. VII. 4.

p. 282. A. οε'.] Lunam in calceis Senatorum tradit quoque Iſidorus Orig. XIX. 34: *Patricios calceos Romulus reperit quatuor corrigiarum, aſſutaque Luna. Iis ſolis patricii utebantur. Luna autem in eis non ſideris formam, ſed notam centenarii numeri ſignificabat; quod initio patricii Senatores centum fuerint.* Interpretes Juvenalis ad Sat. VII. 192: *Felix et ſapiens et nobilis et generoſus, Adpoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.* Præ cæteris Boxhornii notis, ad hunc locum bona eſt. Arcades ante Lunam ortos, multis proditum ſcriptoribus nuper excuſſit Larcherus noſter, ad Herodotum Vol. VII. p. 222. ſeq. Ὡς ἐξ ἀδήλου, cæt. ſunt Sophoclis ex incerta tragœdia, uberius citantur a Plutarcho in Demetrio p. 911. C. in Fragmentis poſiti a Brunckio T. II. p. 41. et iiſdem, quibus hoc loco, verſibus, De Curioſitate p. 517. D. Parmenidis dictum videtur conjunctum fuiſſe cum alio quod citat Plutarchus Adv. Colot. p. 1116. A: Νυκτὶ φάος περὶ γαῖαν ἀλώμενον ἀλλότριον φῶς· illud cum ſimilibus comparavit Valckenarius ad Euripid. Phœniſſ. p. 204. Caſtoris ut Romana inſtituta ἐκπυθαγορίζοντος frigidum ſane eſt commentum. Inter Pythagoræ ſucceſſores fuerunt, qui eum τῶν τὴν Σελήνην κατοικούντων δαιμόνων ἕνα—ἰφήμιζον, Jamblicho teſte Vit. Pythag. §. 30. Omnino Lunam defunctorum piorum domicilium celebravit Plutarchus De Genio Socratis p. 591. B. De Facie Lunæ p. 942 et 943.

282. B. οζ'.] Diſerte alibi proditum non meminimus: nec niſi ex hoc loco citat Dempſterus ad Roſin. p. 244. Nonnihil Macrobius Sat. I. 9. Et allegoria eſt audax; ſiquidem Sol cum Apolline aut Hercule, Luna cum Diana, vulgo comparari ſolet. In fine exſtat Timothei dictio Διὰ κυάνεον πόλον ἄστρων, Διά τ' ὠκυτόκοιο Σελάνας, ut hujus nomine citat Plutarchus Symp. III. 10. p. 659. A. et hinc quadam cum varietate Macrobius Sat. VII. 16.

282. D. οη'.] Siniſtrum eadem ratione a *ſinendo* duxit Feſtus p. 511. rectius cum aliis ab ἀριστερὸς ducit Voſſius

Digitized by Google

in Etymol. cujus notationis rationem reddere facile, ſed a re propoſita aliquanto disjunctius eſt. Qui citatur Dionyſius eſt Halicarnaſſenſis A. R. II. 5. Siniſtro Thebanorum cornu ad Leuctra victoriam reportatam novimus ex Plutarcho in Pelopida p. 289. hinc illi cornu principem honorem veniſſe, hic unus documento eſt locus, nec alius in hanc rem citatur Weſſelingio ad Diodor. Sic. XV. 55. Augur utrum corpore vultuque ad orientem, an ad meridiem, verſo cœlum obſervare ſolitus ſit, dubitari poſſit. Meridiem tuentur auctores graves citati Feſto l. c. p. 511: *Varro libro quinto Epistolicarum Quæſtionum ait: a deorum ſede quum in meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dextram occidentes; factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra eſſe exiſtimentur. Idem fere ſentiunt Sinnius Capito, et Cincius.* Cicero Divinat. I. 17: de Attio Navio—*ad meridiem ſpectans in vinea media dicitur conſtitiſſe.* Plinius H. N. II. 55: *læva pars mundi ortus eſt.* Orientem diſerte declarant teſtimonia, Jubæ in hoc loco, Dionyſii Hal. A. R. II. 5. Livii I. 18. Quidquid hujus ſit, in hanc quidem rem, ut de legitimo Augurum more judicemus, hæc pro Oriente teſtimonia ſunt manifeſtiora. Illud conſtat, ſiniſtram partem fauſtam, dextram infauſtam habitam eſſe; quod Septentrio et Oriens præſtare putabatur Meridiei et Occaſui. Et tamen ſubinde Latini dextram partem vocant bonam et fauſtam; ſiniſtram, infauſtam; vel ubi de Græcis loquuntur; vel quod nomen Græcum δεξιὸς, *accipiendum, acceptum* ſignificat; vel quod Auguralis diſciplina quaſdam exceptiones haberet, ut novimus e Cicerone De Divinatione, et erudite docet Bachetus Meziriacus ad Ovidii Epiſtol. Her. T. I. p. 178. Græcis dextra pars mundi fuit Oriens, ut, multis auctoribus, conſtat: v. c. Homero Iliad. M. 239. quo utitur item Atticus apud Euſebium Præp. Evang. XV. p. 808. A. Platone Leg. VI. p. 617. B. Ariſtoteles De Cœlo II. 2. Pſeudo-Plutarchus Placit. Philoſ. II. 10: quem ſitum in Geographia tenemus. Ultima ratio Plutarchi—*terreſtria cœleſtibus oppoſita cenſentes, quæ nobis læva videntur arbitrati ſunt Deos a dextra mittere,* ſimilis eſt Ægyptiorum rationi proditæ Plut-

Digitized by Google

archo De Iſid. et Oſir. p. 363. E: *Mundi vultum eſſe Orientem, igitur Septentrio ad dextram, Meridies ad ſiniſtram: Nilum in Meridie natum, in Septentrione perire; hinc mare et plagam ubi perit Nilus, infauſtam haberi.* Cognatæ originis cenſenda eſt opinio Porphyrii De Antro Nymph. §. 21 et 29, mortalia Septentrionali plagæ, immortalia Meridionali aſſignans. Et Hermetis illius Ægyptiacam ſapientiam præ ſe ferentis, apud Stobæum in Eclog. I. p. 990. Univerſi caput ad Meridiem, pedes ad Septentrionem ponens. Indidem explicabimus partem obſcuram in Plutarchi fabula de regionibus cœleſtibus in libro De Genio Socratis p. 590. D.

282. F. οϐ'.] De Pyrrhone Liparæo, et de oſſe ex funere viri triumphalis excepto, ſingularem hanc arbitror eſſe mentionem. Fabricii hac in cauſſa honorem meminit, item Valerii ac Tuberti, quod et ipſis et eorum poſteris tributum ſit ut in urbe ſepelirentur, Cicero Leg. II. 23. De Valerio Publicola diſerte Plutarchus in Ejus Vita p. 109. D.

p. 283. A. π'.] Valerius Max. II. 8, 6: *Moris erat, ab imperatore triumphum ducturo Conſules invitari ad cœnam, deinde rogari ut venire ſuperſedeant; ne quis eo die quo ille triumpharit, majoris in eodem convivio ſit imperii.*

283. A. πα'.] Vehementer de hac Quæſtione Plutarchum reprehendit J. Rualdus oſtendens Tribunum Plebis et *magiſtratum fuiſſe*, et *purpuram geſtaſſe*, illud quidem multis Scriptorum locis; hoc, uno ex Ciceronis Orat. Cluentiana cap. 40. ubi dicitur de Quinctio Trib. Pl. *Facite ut non ſolum mores ejus et arrogantiam, ſed etiam vultum, atque amictum, atque illam uſque ad talos demiſſam purpuram recordemini.* Quæ fere ſumſit ex Pauli Manutii Commentario in Ciceronis Ep. ad Diverſ. I. 7. p. 38. Et nos alios duos locos annotavimus ubi Trib. Pl. magiſtratus dicitur, Varronis apud Gellium XIII. 12. Ciceronis Leg. III. 3—12. Facilis eſt defenſio Plutarchi. Primum, non negat Tribunum Pl. dici haberique *magiſtratum*; ſed quærit an magis opinione et nomine, quam re ipſa ſit. Deinde, loquitur magis de ſua ætate, quam de tempore liberæ reipublicæ,

Digitized by Google

ut Manutius monet. Denique locum ex Cluentiana ad *ædilitiam prætextam*, non ad *tribunitiam* pertinere, docet Grævius, Plutarchum contra reprehenſores, et Rubenium contra Ferrarium, defendens; probante quidem Erneſto. Non ut cæteros magiſtratus Calendis Januariis, ſed ante diem quartum Idus Decembres magiſtratum ſuum iniiſſe, conſtat ex Dionyſio Halicarn. A. R. VI. 89, et Livio XXXIX. 52. Curionis cujuſnam ex tribus illud ſit dictum: an ejus ad quem ſunt epiſtolæ a Cicerone ſcriptæ, celebrati tribunatu Plebis initio belli civilis Pompeii et Cæſaris: an patris, aut avi, quorum libri et orationes exſtiterunt, teſte Cicerone Brut. 32, 49, 60. definire non licet.

283. E. πβ'.] Hanc moris utilitatem, magis poſteri uſu animadverterunt, quam auctores inſtituendo ſpectarunt et quæſiverunt. Sed hæc eſt εὐρεσιλογία in Αἰτίοις, et omnino in cauſſis legum morumque et conſiliis majorum explicandis. Moram actioni interjicere, prudentiæ eſt, cujus monitorem ſupra citavit Phavorinum Quæſt. R. κη'. p. 271. C. τὸ γὰρ ἐκ παρασκευῆς μέλλησιν ἐμποιεῖ καὶ βουλεύεσθαι δίδωσιν. Sic in Ser. Num. Vind. p. 550. C. ſuadet, in ira et puniendo imitari Dei πραότητα καὶ μέλλησιν. Quo pertinet Horatianum Epiſt. I. 2, 59:—*Qui non moderabitur iræ, Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit et mens, Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.* Ubi dolor et mens eſt ἓν διὰ δυοῖν, pro *mens dolens:* quod monemus, ne quis, cum Mureto, *amens* corrigere tentet.

283. F. πγ'.] Prior hiſtoriæ hujus pars alibi non legitur: *Bletoneſii* barbari, qui fuerint, an in Veterum ſcriptorum quodam tradatur dubito; ſiquidem Ortelius ex uno Plutarchi hoc indicio apponit in Theſauro Geogr. Voce. Sacrificium tale legimus in Livii XXII. 57. item factum propter Veſtales ſtupratas: *ex fatalibus libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta: inter quæ Gallus et Galla, Græcus et Græca, in foro boario ſub terra vivi demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum, jam ante hoſtiis humanis, minime Romano ſacro imbutum.* Helviæ caſum, et Veſtalium trium crimen narrat Oroſius Hiſtor. V. 15. De iiſdem Veſtalibus earumque cauſſa, Livii Epitomator LXIII. Dio Caſſius Excerpt. Va-

Digitized by Google

lesſ. p. 626. T. I. p. 39. edit. Reimar. alii: quibus adhibeantur Dukerus et Valeſius l. c. Pighius ad illum annum DCXL. In hoc Plutarchi loco res et ratio pro Μαρτίαν poſtulat Μαρκίαν, gentile nomen. In voce βάρβαρος jam antea vitium ſubeſſe ſuſpicabar: pro Βουτέτιος, Voſſianus dat Βουκέτιος· unde correxi Βετούκιος Βάρρος· cujus cognominem novimus ex Cicerone in Bruto cap. 46. *T. Betucium Barrum*. Et *Barrus* idem videtur Horatii Sat. I. 6, 30. ubi Porphyrion narrat, illum dictum eſſe Æmiliam Veſtalem inceſtaſſe. Sed hæc, ut poſtea vidi, jam occupaverat Franciſcus Fabricius ad Oroſii l. c. egregium non modo illius editionis, ſed Literarum et ſuæ ætatis decus.

p. 284. C. πδ'.] Plinius H. N. II. 79: *Ipſum diem alii aliter obſervavere. Babylonii inter duos Solis exortus: Athenienſes inter duos occaſus: Umbri a meridie in meridiem: vulgus a luce ad tenebras: Sacerdotes Romani et qui diem diffiniere civilem, item Ægyptii et Hipparchus, a media nocte in mediam.* Gellius ex Varrone, III. 2. item Macrobius I. 3. Cenſorinus, ex Plinio, Cap. XXIII. p. 124. Iſidorus Orig. V. 30. In πράξεως μὲν ἐποιοῦντο, plenius dant Ald. Baſ. Voſſ. Mez. πράξεως μὲν ἀρχὴν ἐποιοῦντο. Myſonis dictum ex eodem exemplo ductum exſtat apud Diogenem Laert. I. 106. Anacharſidem oraculo monitum de Myſone πολυπραγμονήσαντα δὴ ἐλθεῖν εἰς τὴν κώμην, καὶ εὑρεῖν αὐτὸν θέρους ἐχέτλην ἀρότρῳ προσαρμόττοντα, καὶ εἰπεῖν Ἀλλ', ὦ Μύσων, οὐχ ὥρα νῦν ἀρότρου· Καὶ μάλα εἶπεν, ὥστε ἐπισκευάζειν. Oraculi verbo meminit Muſonius apud Stobæum Flor. S. LIV. p. 370. fin. De jure publico intelligendum; *Romanum magiſtratum in reip. cauſſa, non facere pacta et fœdera poſt meridiem:* et quod Mezirìacus hic annotavit *Ante meridiem cauſſam cognoſcito* ex XII. Tab. I. confutatur proximis *cum ambo litigatores præſentes perorant: Poſt meridiem, etiamſi unus tantum præſens ſit, præſenti actionem dato, judicumque conſtituito. Sole occidente ſupremus terminus judiciorum eſto: ad ſolem proinde occaſum Prætor jus reddito.* Neque magis ad hunc locum pertinet Cod. Theodoſ. I. 7. *Nequis domum Judicis Ordinarii poſtmeridiano tempore, ex occaſione ſecreti ingredi familiariter affectet—.* Neque aut hoc ex vetere lege re-

Digitized by Google

petitum, aut illud ut in vetere more positum notavit Jac. Gothofredus. Post meridiem caussas dictas apparet ex Epistola Ciceronis ad Q. Fratr. II. 16: *Ego eodem die post meridiem Vatinium aderam defensurus:* ubi nonnihil de infrequentia hujus negotii monet P. Manutius.

284. F. πε'.] Locus geminus Plutarchi est in Romulo p. 26. D. 30. A.

284. F. πς'.] Hinc Proverbium, *Mense malas Maio nubere vulgus ait,* apud Ovidium Fast. V. 491. Videatur et Brissonius De Ritu Nupt. p. 292. Ritus simulacra hominum mense Maio de ponte in flumen abjiciendi, supra fuit argumentum Quæstionis. De Flaminica Gellius ex Masurio Sabino X. 15. alia: ad hunc morem pertinet Ovidius Fast. II. 27: *Ipse ego Flaminicam poscentem februa vidi: Februa poscenti pinea virgo data est.* Ad mensium etymologiam refertur illud Festi in *Maius mensis—qua ex caussa utrum a majoribus, ut Junius a junioribus dictus sit: an a Maia quod Mercurio filio ejus res divinæ fiant solennes*—Euripidis locus exstat etiam in Stobæi Flor. CXVII. p. 592. Grot. Excerpt. 482. in Fragmentis ex Æolo relatus a Musgravio T. III. p. 541. priorem citat Plutarchus Erotic. p. 786. A.

p. 285. B. πζ'.] Ad hunc locum lectores rejicit Plutarchus in Romulo p. 26. E: ἔνιοι δὲ λέγουσι καὶ τὸ τὴν κόμην τῆς γαμουμένης αἰχμῇ διακρίνεσθαι δορατίου, σύμβολον εἶναι τοῦ μετὰ μάχης καὶ πολεμικῶς τὸν πρῶτον γάμον γενέσθαι· περὶ ὧν ἐπιπλεον ἐν τοῖς Αἰτίοις εἰρήκαμεν. *Curis* vel *Curitis* hastam Sabinis nominatam esse, tradunt Ovidius Fast. II. 477. Festus in Vocibus *Curis* et *Celibari hasta.* Macrobius Sat. I. 9. De *Junone Curiti* Festus l. c. Brissonius De Ritu Nupt. p. 326. *Quirinus* Romuli cognomen et *Juno Curitis* eadem notatione exponitur Plutarcho Romul. p. 36. B. Lycurgi institutum iisdem fere verbis iteravit Plutarchus in Ejus Vita p. 47. D. De Esu Carnium p. 997. C. Fragment. Comment. Hesiod. X. 24. Apophth. Laconic. p. 227. B. Apophth. Reg. et Duc. p. 189. E. ubi quædam notavimus.

285. D. πή.] Festus in *Lucar* et *Lucaria festa:* ibique Jos. Scaliger.

Digitized by Google

285. D. πθ'.] Appoſite Ovidius Faſt. II. 510—530. Feſtus in *Fornacalis*. Idem et Paulus in *Quirinalia* et *Stultorum Feriæ*.

285. E. ϟ'.] Plinius H. N. X. 41: *Romæ in ædem Herculis in foro boario nec muſcæ nec canes intrant.* Ubi videantur interpretes, et Salmaſius Exercit. Plin. p. 8. b. G. Evander Herculi vivo ſacrificavit; teſte Dionyſio Hal. I. 40. Livio I. 7. aliis. Herculis pugnam adverſus Hippocoontidas, Œoni caſum, Iphiclis obitum, diſerte narrat Apollodorus II. 7, 3. Diodorus Sic. IV. 33. Pauſanias III. 15. alii, quos memorat Heynius ad Apollodorum l. c.

285. F. ϟα'.] Plutarchus Camillo p. 148. D. Publicola, 102. C. Livius VI. 2. Legendum τυραννίδι δι' ὅν. et ſic Mez.

285. F. ϟβ'.] De corona civica cur querna ſit, geminus eſt Plutarchi locus in Coriolano p. 214. E. Similia tradunt Plinius H. N. XVI. 5. et Gellius V. 6.

p. 286. A. ϟγ'.] Et hujus Quæſtionis gemina eſt narratio Plutarchi in Romulo p. 23. A. cum eadem et argumenti et Æſchyli et Herodori Pontici mentione. In eadem cauſſa et γυπὸς deſcriptione Ariſtoteli Hiſt. An. VI. 5. citatur Ἡρόδοτος ὁ Βρύσσωνος τοῦ σοφιστοῦ πατήρ: et rurſus, IX. 11: Ἡρόδωρος ὁ τοῦ Βρύσωνος τοῦ σοφιστοῦ. Sed *Herodorum* verum eſſe viri nomen arguit non ſolum numerus locorum hanc ſcripturam exhibentium, quibus accedit Antigonus Caryſtius, 49. ſed et argumentum Herculis, de quo Herodorus Heracleota libros conſcripſerat ſubinde Veteribus citatos nec prætermiſſos Jonſio Scriptor. Hiſt. Phil. II. 2, 5. qui ſi Ariſtotelis hæc et Plutarchi teſtimonia ad hunc Herodorum pertinere animadvertiſſet, eum Ariſtotele antiquiorem poſuiſſet. Conſulatur etiam eruditiſſimus Antigoni Caryſtii editor J. Beckmannus p. 81, ſequ. Ægyptiorum de Vulturibus fabulam ſecutus eſt Horapollo Hieroglyph. I. 11. Ælianus N. Animal. II. 46.

286. C. ϟδ'.] Plinius H. N. XXIX. 8, et 22. ibi Harduinus. Livius X. 47. Epitome XI. alii Freinſhemio citati ad Supplement. XI. 13, 14.

286. D. ϟε'.] Ὄσπριον, *legumen*, cujus generis ſunt ſpe-

Digitized by Google

cies, κύαμος, λάθυρος, ἐρέβινθος. De religione generis, videantur Plinius H. N. XVIII. 30. Festus in Voce *Fabam:* utrobique interpretes. Moris Romani, et Pythagorici symboli conjunctionem ac vim erudite explicat Erasmus Adag. p. 1907. Cæterum παρωνύμους sumsimus ex E. Nam Ald. Bas. Xyl. dant παρωνύμως: Steph. παρωνόμους operarum vitio.

286. E. ξε'.] De Vestalium munere ac pœnis locus est præcipuus Plutarchi in Numa p. 66, 67. Religionis vivas defodiendi caussa mentionem in hac Quæstione singularem habet. Aliam reddit Ovidius Fast. VI. 458: *nec viva defodietur humo. Sic incesta perit; quia quam violavit in illam Conditur: et Tellus Vestaque numen idem est.* Hunc et nostrum locum tractavit Lipsius Syntagm. De Vestalibus Cap. XIII. p. 1107.

p. 287. A. ξζ'.] Apposite ad hanc Quæstionem ac docte Festus p. 302: *October equus appellatur, qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior: de cujus capite non levis contentio solebat esse inter Suburanenses et Sacravienses; ut hi in regiæ pariete, illi ad turrim Mamiliam hoc figerent: ejusdemque cauda tanta celeritate perfertur in regiam, ut ex ea sanguis destillet in focum, participandæ rei divinæ gratia. Quem hostiæ loco quidam Marti bellico deo sacrari dicunt, non ut vulgus putat quia velut supplicium de eo sumatur, quod Romani Ilio sunt oriundi, et Trojani ita effigie equi sint capti.* cæt. Idem p. 323: *Panibus redimibant caput equi immolati Idibus Octobribus in campo Martio, quia sacrificium fiebat ob frugum eventum: et equus potius quam bos immolabatur, quod hic bos frugibus pariendis aptus.* Ergo in Plutarchi verbis Δεκεμβρίαις pro Ὀκτωβρίαις aut ipsius, aut librarii errori debeatur. Et pro Ῥήγειναν vera scriptura fuisse videatur Ῥηγίαν, *Regiam*, ut in Numa p. 69. C. De argumento hujus Quæstionis alia etiam cognoscantur ex Petavio ad Juliani Orat. V. p. 176. D. et Harduino ad Plinium H. N. XXVIII. 40. fin. Versus ille Τρώων ἀγλαὰ τέκνα μεμιγμένα παισὶ Λατίνων, haud scio an fit vel Oraculi, vel Simyli poetæ, de quo Plut-

Digitized by Google

archus in Romulo p. 28: factus quidem ex Homericis Iliad. Σ. 337. Ψ. 23. K. 424.

287. B. ζη'.] Plinius H. N. X. 26: *Eſt anſeri vigil cura, capitolio teſtata defenſo, per id tempus canum ſilentio proditis rebus. Quam ob cauſſam cibaria anſerum Cenſores in primis locant.* Reliqua hiſtoriæ pars ſatis nota ex Livio V. 47. Plutarcho Camillo p. 142. D. præſertim De Fortuna Rom. p. 325. D. Servio ad Virg. Æn. VIII. 652, et 655. ubi ad hæc *volitans argenteus anſer*, opportune annotat, *in Capitolio in honorem illius anſeris poſitus fuerat anſer argenteus.* Deorum ſimulacra minio inducebantur: ut conſtat e Tibullo II. 1, 56. Arnobio Adv. Gent. VI. p. 196. quorum interpretes conſulendi: Servio ad Virgil. Eclog. VI. 22.

287. D. ζθ'.] Sic et Plinius Epiſt. IV. 8. ipſe auguratum adeptus a Trajano, ſcribit ad *Arrianum—ſacerdotium ipſum cum priſcum et religioſum, tum hoc quoque plane ſacrum et inſigne eſt, quod non adimitur viventi. Nam cætera quamquam dignitate propemodum paria, ut tribuuntur, ſic auferuntur. In hoc fortunæ hactenus licet, ut dari poſſit.* Attamen et alia ſacerdotia fuiſſe perpetua nec vivis eripi potuiſſe, docuerunt Torrentius et Caſaubonus ad Suetonii Auguſt. Cap. XXXI. quorum ſcrinia compilavit J. Rualdus Animad. in Plutarch. XL. p. 129. An dicamus Plutarchum et Plinium ſui temporis hunc morem ſignificaſſe? Auguſti in Lepido exemplum Suetonio memoratum l. c. habet quoque Dio Caſſius XLIX. 15. ubi annotationes Fabricioreimarianæ ſoli, quod miror, Pontifici Maximo ſacerdotii perpetuitatem præcipuam faciunt.

287. E. ρ'.] Feſtum Servorum Servarumque ex hoc uno loco memorant recentiores ſcriptores; nec apud Veteres alibi me legêre memini, niſi apud Feſtum p. 502: *Servorum dies feſtus vulgo exiſtimatur Idibus Auguſti, quo die Servius Tullius, natus ſerva, ædem Dianæ dedicaverit in Aventino, cujus tutelæ ſint cervi, a quorum celeritate fugitivos vocent ſervos.*

287. F. ρα'.] Bullam puerorum inſigne raptis matribus

Digitized by Google

Sabinis Romulum gratificatum, erant qui traderent, teſte Plutarcho in Ejus Vita p. 30. C. Originem a Tarquinii in puëritia fortiter facto repetitam, prodit quoque Plinius H. N. XXXIII. 4: *a Tarquinio Priſco omnium primo filium, quum in prætextæ annis occidiſſet hoſtem, bulla aurea donatum conſtat; unde mos bullæ duravit, ut eorum qui equo meruiſſent filii inſigne id haberent, cæteri lorum.* Cum Varronis etymologia congruit Feſtus p. 56: *Bulla aurea erat inſigne puerorum prætextatorum quæ dependebat eis a pectore, ut ſignificaretur eam ætatem alterius regendam eſſe conſilio: dicta autem eſt a Græco ſermone* βουλὴ, *quod conſilium dicitur Latine: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id eſt pectus in quo naturale manet conſilium.* Comœdias Plutarchus dicit *togatas*, ex quo genere nullæ ſuperſunt; nam Plauti ac Terentii ſunt *palliatæ*. Res ipſa multis indiciis obſervatur. Hujuſmodi eſt Horatii Sat. I. 2. 117: *Ancilla, aut verna eſt præſto puer, impetus in quem Continuo fiat—*. Empedoclem διστοειδῆ figuram Lunæ ſtatuiſſe, prodit et ſcriptor de Placitis Philoſophorum II. 27. p. 891. C. Βόλλα, Æolicum, pro βουλὴ dictum, notavit Koenius ad Gregor. De Dialectis p. 82, ſeq. et Valckenarius ad Theocritum p. 363.

p. 288. B. ρβ'.] *Dies luſtrici* hi dicebantur. Macrobius Sat. I. 16. p. 269: *Eſt autem dies luſtricus, quo infantes luſtrantur et nomen accipiunt: ſed is maribus nonus, octavus eſt feminis.* Feſtus p. 209: *Luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus; qui his luſtrantur, atque eis nomina imponuntur.* Suetonius in Nerone VI. Arnobius Adv. Gent. III. p. 102. Septimus dies eſt χρίσιμος natis, auctore Hippocrate De Octimeſtri Partu p. 257. Appoſite Ariſtoteles Hiſt. Animal. VIII. 12: τὰ πλεῖστα δὲ (παιδία) ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης· διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ. Pythagoream Numerorum rationem ſupra attigimus Quæſt. Rom. β'. p. 264. A. In τὸν μὲν τετράγωνον εἶναι plenius dant Pol. Leonic. Schott. Mez. τ. μ. ἄνδρα τ. ε.

288. E. ργ'.] *Sp.* ſignificare *ſine patre*, videtur etiam velle Caius Inſtit. I. 4. 8. ubi conſulendus Schultingius. Alii

Digitized by Google

a σπόρος, σπορά. Valerius Max. Fragmento De Nominum ratione, *Spurii patre incerto geniti, quasi σπόροι.* Modestinus Digg. I. 5, 23:—*spurii appellantur παρὰ τὴν σπορὰν, id est, a satione.* Justinianus Institut. I. 10, 12. Addantur Scaliger ad Festum Voc. *Nothum*, qui haud scio an temere in σπορίους υἱοὺς καλοῦσιν, quod est initio hujus Quæstionis, υἱοὺς deletum vult: Menagius Amœnit. Jur. Civil. XXXIX. Plutarchum reprehendens de ΣΙΝΕ ΠΑΤΡΙΣ pro ΣΙΝΕ ΠΑΤΡΕ: quod vel Plutarcho excidisse, vel a librario venisse potuit. Vossianus liber supra ΙΣ habet scriptum E: et Mez. annotavit rectam scripturam.

288. F. ρδ'.] Plutarchus Sympos. VII. p. 716. B. Festus p. 204: *Liber repertor vini ideo sic appellatur, quod vino nimio usi libere loquantur.* Alexander intelligitur Polyhistor: λοιβὴν reddendum erat *libationem:* item scribendum Διονύσου, quod omnes libri dant: non Διωνύσου. Fortasse etiam corrigendum ἀπὸ τοῦ παρὰ Ἐλευθερὰς—προσαγορευομένου, *ab eo, quod nomen habet ab Eleutheris Bœotiæ oppido:* et præpositio παρὰ sic usurpatur, et nomen oppidi est plurale Ἐλευθεραί· apud Pausaniam I. 38. p. 93. Stephanum Byz. in Voce.

p. 289. A. ρε'.] Hunc morem ex hoc uno loco memorat Brissonius De Ritu Nupt. p. 332. Varronis auctoritatem adhibet Macrobius Sat. I. 15: *Verrium Flaccum juris pontificii peritissimum dicere solitum refert Varro, quia feriis tergere veteres fossas liceret, novas facere jus non esset; ideo magis viduis quam virginibus idoneas esse ferias ad nubendum.*

289. B. ρς'.] *Fortuna Primigenia*, memoratur Inscript. Gruter. sæpe. Ciceroni Leg. II. 11. Livio XXXIV. 53. et alibi ut notat Drakenborchius. A Servio dedicata rege, item narrat Plutarchus De Fortun. Rom. p. 322. F.

289. C. ρζ'.] Aliter Livius VII. 2: *quia bister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum:* item et indidem Valerius Max. II. 4, 4. Diverse Festus p. 174: *Histriones dicti quod primum ex Histria venerint.* et Isidorus Orig. XVIII. 48:—*dicti autem histriones, sive quod ab Histria id genus sit adductum: sive quod perplexas historiis fabulas exprimerent, quasi historiones.* Lennepio quoque Etymologic. L.

Digitized by Google

Gr. p. 1215. ἱστωρ, *narrator*, videtur hujus vocabuli fons esse: quod fortasse Vossius in Etymol. L. Lat. non item ut Isidori historiones improbaturus fuisset. De *Clusio Rufo* historico egit idem Vossius De Hist. Lat. I. 27. Dictionem τοὺς περὶ Διόνυσον τεχνίτας, expossuimus p. 87. F.

289. D. ρη'.] Gradus in conjugio prohibiti in vulgus noti: caussæ a multis, sive recte, sive secus, redditæ.

289. E. ρθ'.] Gellius X. 15. ex Masurio Sabino: *Farinam fermento imbutam attingere ei*, (Flamini Diali) *fas non est:* conjunctum facit quod Plutarcho disjunctum est ἀλεύρου—οὐδὲ ζύμης. Poetæ μυλήφατον est Odyss. B. 355.

289. F. ρι'.] Quæstio conjuncta priori, nec alibi, quod sciam, memorata, nisi verbo apud Gellium X. 15. ex Fabio Pictore.

p. 290. A. ρια'.] Gellius ibidem: *capram et carnem incoctam — neque tangere Diali mos est neque nominare.* De capræ affectionibus notum est illud Varronis De Re Rust. II. 3, 5: *capras sanas nemo sanus promittit; numquam enim sine febri sunt;* ubi videatur Ursinus et Schœttgenius. De capris et aliis animalibus morbo comitiali obnoxiis, Dalecampius et Harduinus ad Plinii H. N. X. 33. Canem victimam animadvertimus Quæst. Rom. νβ'. ξη. p. 277. A, B. 280. C. Deli nefas erat canem alere: Strabo X. p. 740. D: οὐκ ἔξεστιν δὲ οὐδὲ ἐν Δήλῳ τρέφειν. Sacrificium canum Lacedæmone factitatum meminit Meursius in Miscell. Lacon. p. 20. Ad cætera Flaminis Dialis munera hoc loco memorata pertinet item Gellius X. 15. ex Fabio Pictore: *vinctum si ædes ejus introierit, solvi necesse est: et vincula per impluvium in tegulas subduci atque inde foras in viam demitti.* Ad lectum ejus, κλινίδιον—κείμενον ἐν τῷ θυρῶνι τῆς οἰκίας, quod ait Plutarchus, fortasse valet idem Fabii Pictoris, *pedes lecti in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet;* scilicet adventantibus in promtu positos, indeque luto affectos. Pro ὑπὸ τοῦ στέγους, E. Venet. Pet. dant ὑπὲρ τοῦ στέγους, rectius.

290. E. ριβ'.] Pertinet huc Fabii Pictoris l. c: *ederam et fabam neque tangere Diali mos est neque nominare: propagines e vitibus altius prætentos non succidet.* ubi Lipsius Electorum

Digitized by Google

I. 21. *ſuccidet* antique dictum intelliget pro *ſuccedet, ſubibit,* adſentiente me, diſſentiente Gronovio ad Gell. l. c. Addatur Feſtus in *Ederam.* Pythagorica ſymbola notavimus Quæſt. Rom. οβ'. p. 281. A. Educat. Lib. p. 12. D. Σάρον μὴ ὑπερβαίνειν, quod ſupra nondum habuimus: eſt apud Plutarchum Sympoſ. VIII. 7. p. 727. C. nec bis librarii errore ex ζυγὸν natum putem; quamquam eſt frequens Symbolum ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν. Et Meurſius in Græcia Feriata I. p. 3. hoc loco Ἀγριώνια corrigendum monuit. Meminit et Plutarchus Quæſt. Gr. λή'. p. 299. F. Sympoſ. VIII. p. 716. F: παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς Ἀγρωνίοις, ſed eadem forma Bacchus dicitur Ἀγριώνιος in Demetrio p. 926. A. Νυκτέλια ſacra ſunt in Quæſt. Gr. κζ'. p. 299. D. et ita corrigendum in Iſid. et Oſir. p. 364. F. pro νὺξ τέλεια: templum Διονύσου Νυκτελίου in Attica prodit Pauſanias I. 40. p. 97. Vid. Steph. Theſ. T. II. p. 1102. Heſychius in Νυκτελεῖν ibique Kuſterus. De hederæ vi ad mentem turbandam, appoſite Plutarchus Sympoſ. III. 2. p. 649. A.

p. 291. B. ριγ'.] Singularis, ut puto, hujus rei mentio: conſequentis tamen cæteris Flaminis Dialis muneribus: et conjunctæ cum Quæſtione μδ'. ubi videantur quæ notavimus. Hippocratis dictum exſtat in exordio libri De Flatibus p. 295: ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς ὁρέει τὰ δεινὰ, θιγγάνει τε ἀηδέων, καὶ ἐπ' ἀλλοτρίῃσι ξυμφορῇσιν ἰδίας καρποῦται λύπας. Feſtive accommodat Æſculapio Lucianus in Bis Accuſato, 1. T. II. p. 793: ὁ μὲν γὰρ Ἀσκληπιὸς ὑπὸ τῶν νοσούντων ἐνόχλούμενος ὁρᾷ τε δεινὰ, θιγγάνει τε ἀηδέων, ἐπ' ἀλλοτρίῃσί τε συμφοραῖς ἰδίας καρποῦται λύπας. Graviter ad principes civitatum refert Simplicius in Epictet. p. 212: καὶ ὅπερ ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν ἰατρῶν εἶπεν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων ἰδεῖν ἐστὶ δαψιλέστερον· ἐπ' ἀλλοτρίαις γὰρ ξυμφοραῖς ἰδίας καρποῦνται λύπας—. Gregorius Naz. Or. I. p. 12. D: εἶτα οἱ μὲν τῶν σωμάτων θεραπευταὶ πόνους τε καὶ ἀγρυπνίας καὶ φροντίδας, ἃς ἴσμεν ἔξουσιν, καὶ τὸ ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρποῦσθαι λύπας, ὡς ἔφη τις τῶν παρ' ἐκείνοις σοφῶν—. Adhibent et Euſtathius ad Iliad. Υ. p. 1208. fin. vult ductum eſſe ex Homerico—Ἀλλὰ τίη νῦν οὗτος ἀναίτιος ἄλγεα πάσχει, Μὰψ ἕνεκα ἀλλοτρίων ἀχέων· ſic

Digitized by Google

pronuncians: *ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἱπποκράτους, τὸ τὸν ἰατρὸν ἐν ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας λύπας καρποῦσθαι.* Tzetzes Chiliad. VII. Hiſt. 155. Alia etiam annotavit Hàdr. Junius ad Eraſmi Adagia p. 1931. Sed latius quoque ad imitationem patuit forma dicti: v. c. apud Demoſthenem De Falſa Legat. p. 210: *ὑπὲρ τῶν κοινῶν συμφορῶν ἰδίαν ἔχθραν ἀνηλέσθαι.* Plautum Ciſtell. IV. 2, 60: *Alienum quod damnum adferat, et mœrorem familiarem.* Cui ſimile eſt illud Terentii Hecyr. Prol. II. 9: *Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.*

Digitized by Google

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM,

QUÆSTIONES GRÆCAS.

ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ ΚΑΤΑΓΡΑΦΗ ΕΛΛΗΝΙΚΑ.] Hujus tituli negotium idem eſt quod ſuperioris. In Lampriæ Catalogo, CLVII. eſt *αἰτίαι Ἑλλήνων*. Harum Quæſtionum res et materia multo eſt minus cognita et illuſtris quam ſuperiorum. Illa in rebus Romanis eſt poſita, quæ unius fere modi et ad unam principem, totius imperii caput, urbem Romam adſtrictæ ſunt: hæc in Græcis rebus, quæ per multas civitates diſperſæ, apud varias variæ, mira in morum inſtitutorumque varietate verſantur. Nam ex ipſis adeo Græcis civitatibus hæ Quæſtiones non ad illas pertinent, quarum et antiquitus clariſſima fuit fama, et hodieque propter monumentorum copiam in promtu magiſque parabilis eſt cognitio, veluti Athenarum et Lacedæmonis; ſed aliarum, quarum exigua et levis ſupereſt notitia. Igitur in Romanis Quæſtionibus argumentorum vel auctores vel teſtes ſcriptores antiquos nobis excitare licuit: in his non item. Quod ſane item licuiſſet, ſi egregii illi et numquam non deſiderandi libri *περὶ πολιτειῶν*, Ariſtotelis, Dicæarchi, Heraclidis, ad noſtram ætatem veniſſent. Nunc fecimus quantum in illa jactura potuimus: et ne hoc quidem ſatis: ſed quantum noſtra nobis mediocritas ac tem-

Digitized by Google

poris anguſtia conceſſit. Nam quod ſperaveramus, laboris aliquod levamen in hoc libello nobis allaturas eruditiſſimi viri Chriſtiani Gottl. Wernſdorfii, Profeſſoris Helmſtadienſis, *Commentationes ad Plutarchi Quæſtiones Græcas:* harum adhuc non niſi *Primam* vidimus, anno MDCCXCV editam, paginis quadraginta et novem formæ quartæ, tres priores Quæſtiones tractantem.

p. 291. E. α'.] Nomina et aliis Græcis, aliiſve in rebus, adhibita: Ἀρτύναι Argivorum, memorati Thucydide V. 47: ἐν Ἄργει δὲ ἡ βουλὴ, καὶ οἱ ὀγδοήκοντα, καὶ οἱ ἀρτύναι. Heſychius: Ἄρτυνος· ἄρχων· ubi videantur interpretes. Sic ἀρτύνω apud Etymol. M. Voce. Theſſalus Or. de Hippocrate in hujus Opp. edit. Charter. T. I. p. 6. B: τὴν βουλὴν αὐτὴν ἤρτυσεν· *ſenatum ipſum conſtituit.* Eadem vis eſt in καταρτύειν· de quo diximus p. 38. D. Κονιπόδων ratio intelligitur ex compoſitione: aliam ſignificationem *generis calceorum,* adferunt Suidas et Etymologus. Plenius dat Venet. Τίνες οἱ Ἐπιδαύρῳ κ. Poſt πολίτευμα E habet ſpatium unius verbi; ſane ſententia deſiderat ἔχοντες, vel νέμοντες· vel ſimile.

291. E. β'.] Huc pertinet Heſychius, Ὀνοβόστιδες· ὀνοβάτιδες· αἱ ἐπὶ μοιχείᾳ ἁλοῦσαι γυναῖκες, καὶ ἐξενεχθεῖσαι ἐπὶ ὄνων. Ubi primum vocabulum perperam additum videtur. Νυκτερινὸς σύλλογος alius a Platone celebratur Leg. XII. p. 696. G. Epinom. fin. 705. C. indeque Plutarchus Symposſ. VII. p. 714. C. et alii.

p. 292. A. γ'.] Scriptum ab auctore dicam παρὰ Σολεῦσι, vel παρὰ Σολίοις· *apud Solenſes.* Nam ſi *in urbe Solis* volebat, ſcripſiſſet ἐν Σόλοις. Videatur Stephanus Byz. in Voce.

292. A. δ'.] Ἀφεστὴρ fortaſſe dictus ſit *ſeorſim ſedens,* vel *ſeorſum ſtans,* ab ἀφέζεσθαι vel ἀφεστᾶναι· ſimili ratione ἀμνήμονες, *una ſedentes,* vel *una manentes,* quaſi ἀμήμονες ab ἅμα ἧσθαι, vel ἀμενήμονες, *ſimul manentes, in unum congregati.*

292. B. ε'.] Memorata res ſupra p. 277. B. Quæſt. Rom. νβ'.

292. B. ς'.] Κριθὴ hordeum, antiquiſſimum frumenti genus, teſte Plinio H. N. XVIII. 14. ubi videndus Hardui-

Digitized by Google

nus, et Euſtathio ad Iliad. A. p. 132. Κριθολόγος igitur eſt qui *accipit hordea*, ut hoc loco explicatur ὁ κομιζόμενος τὰς κριθὰς, *qui eas aufert, a ſacrificantibus*: habetque eamdem rationem λόγος hac in compoſitione atque in φορολόγος *vectigalium exactor*.

292. C. ζ'.] Theophraſti ſcripta enumeravit Diogenes Laertius V. 42. ut ipſo literarum ordine iterato appareat, eum complures πίνακας, id eſt veteres indices, ſecutum et confudiſſe: §. 43. eſt, τῆς μεταρσιολεσχίας, α', quod ad Democriti doctrinam pertinuit: §. 44. περὶ μεταρσιολογικῶν, α', β'. §. 47. περὶ μετεώρων α'. Hæc a Meurſio in Theophraſto Num. XXIII, LXVII, CXLII, et Fabricio B. G. II. p. 250. item diſtinguuntur. Equidem ſecundum et tertium, idem opus fuiſſe putem.

292. D. η'.] Æoliſmus intelligi poteſt in πλέτυς pro πλήσιος· at in Χαίτας pro ἔχων, minus apparet: notio quidem *habendi*, a verbo χάω, χαίω, *capio, complector*, locum obtinet. Locum Legis ex nomophylacio, a Plutarcho appoſitum fuiſſe, a librario vetere omiſſum eſſe, res ipſa oſtendit.

292. D. θ'.] Bipertita Quæſtio. Ὅσιοι, Delphici ſacerdotes memorantur etiam in libro De Oracul. Defect. p. 438. B. In οἱ γεγονέναι δοκοῦντες ἀπὸ Δευκαλίωνος, aſſumſimus οἱ ex E: vulgo eſt ἃ, unde Mez. et Xyl. volebant ἅτε. Βύσιος menſis Delphicus, poſt alios viros doctos, notatus eſt a Corſino Faſt. Attic. T. II. p. 437. Æolice pro Πύθιος dictum, permutatione literarum β et π, et θ in σ, ratio arguit: de priore monuit Waſſius ad Thucyd. p. 231. Taylorus Lect. Lyſ. IX. p. 702. etiam J. Scaliger ad Euſeb. Chron. p. 118. Et credendum Plutarcho, ſi cuiquam, utpote qui Delphis diu habitaverit: σ pro θ etiam Doribus commune eſt, de earumque literarum affinitate diximus p. 22. C, E. Septimum menſis diem Apollinis natalem prodit Plutarchus Sympoſ. VIII. 1. p. 717. D. Proclus ad Heſiod. Op. et D. verſu 769. p. 169. A. quibus alios addidit Spanhemius ad Callimachi H. in Del. 251. Ad annuam ſingularem oraculi celebritatem retulit Muſgravius narrationem Euripidis in Jone 91.

Digitized by Google

p. 293. A. ι'.] Hesychius in Voc. Φυξίμηλα.

293. A. ια'.] Corinthiorum coloniæ Corcyram deductæ, conditorem produnt *Chersicratem:* Scholiastes Apollonii Rhodii IV. 1212. et Strabo VI. p. 414. ubi varia lectio notatur Χεραικράτει· quorum nominum quodcumque verum sit, certe idem homo significatur a Plutarcho, nomine *Charicratis*. Illi Colchos eum, aut Liburnos inde expulisse scribunt: de Eretriensibus tacent. Hos tamen Methonen in Macedonia condidisse, postea Philippi obsidione celebratam, refert Eustathius ad Iliad. B. p. 328. De Corcyræ Corinthiorum coloniæ initiis nuper egit eruditissimus Larcherus ad Herodotum III. 49. Tom. III. p. 320. VII. p. 466.

293. B. ιβ'.] Σεπτήριον non quidem eodem nomine, sed rebus et argumento significatur a Plutarcho De Orac. Defect. p. 418. A. De Musica, p. 1136. A. Æliano Var. Hist. III. 1. Ad Apollinis ac Pythonis certamen referebatur Pythici cantûs modus, teste Strabone IX. p. 645. B. Polluce IV. 84. Et quando in hoc festo in primis victoria Apollinis et laurea corona celebrabatur, haud absurda plane habenda sit lectio quam priore loco Ald. E. Voss. P. posteriore rursus Voss. exhibet, στεπτήριον. Meursius quidem in Græcia Feriata VI. p. 252. ex Hesychio citat Σεπτηρία, καθαρμός· quem locum in editione Albertiana frustra quæsivimus. Similem ἐννεατηρίδα Thebanos in honorem Apollinis egisse, refert Proclus in Chrestomath. p. 347.

293. F. ιγ'.] Dedi ἐν δὲ κίρρῃ, ex E, H, Ven. Voss. Xyl. pro ἐν δέον κίρρῃ—Partem hujus historiæ iteravit Plutarchus Quæst. Gr. κς'. p. 297. B. Quædam attigerunt alii: Strabo I. p. 105. B: καὶ Αἰνειᾶνες οἱ νῦν Αἰτωλοῖς ὅμοροι περὶ τὸ Δώτιον ᾤκουν· indeque et Athamanes a Lapithis expulsi sunt, IX. p. 674. C. 675. A. Cellarius Geogr. Ant. T. I. p. 704. In καὶ προσαίτης ὤν, malim ὡς π. ὤν. Dictio exquisita εὐξάμενος τῷ Ἀπόλλωνι καθ' ἑκατόμβης, *Apollini hecatomben vovit:* sic Plutarchus in Paulo Æmil. p. 264. C: εὐξάμενος οὖν κατὰ βοῶν ἕκατον καὶ ἀγῶνος ἱεροῦ τῷ θεῷ. Mario p. 420. C: νιψάμενος Μάριος τὰς χεῖρας καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνασχὼν, εὔξατο τοῖς θεοῖς κατὰ ἑκατόμβης. Aristides in Laudat. Romæ,

Digitized by Google

init. p. 197: Ἔθος τοῖς πλέουσι καὶ ὁδοιποροῦσι εὐχὰς ποιεῖσθαι καθ' ὧν ἂν ἕκαστος ἐπινοῇ· ποιητὴς μὲν οὖν ἤδη εἰπέ τις σκώψας εὔξασθαι κατὰ χρυσοκέρω λιβανωτοῦ. Diogenianus Proverb. V. 90: Κατὰ βοὸς εὖχου· οἷον, μέγα εὖχου· interpres non cepit. Adhibeantur etiam Kuſterus et Berglerus ad Ariſtophanis Equit. 657. T. Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 113. Dolus quo Phemius Hyperochum decepit, ſimilis eſt illi, quo Melanthius Xanthum oppreſſit, ut quidem narratur a Polyæno I. 19. Frontino II. 5, 41. nam alii paulo diverſe.

p. 294. C. ιδ'.] De Uliſſis poſt procorum cædem in exteras regiones et Italiam abitu, docte diſſerit Bachetus Meziriacus ad Ovid. Epiſt. Heroid. I. p. 98, ſeq. cui addatur Canterus ad Lycophr. 807. et Tzetzes. Heſychius obſoletum nomen exhibet Φαγηλός· ἀμνός· quod Bochartus Hieroz. II. p. 428. A. ut hic in Plutarcho, φάγιλος legi vult, haud ſcio an nimis confidenter. Ætatis Heroicæ eſt ἐφ' αἵματι φεύγειν, *cædem exitio expiare*, de quo more notavimus ad Juliani Or. I. p. 39. D. Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 60. Sic Pauſanias II. 29: ἐπὶ φόνῳ φεύγειν. III. 13: ἔφυγεν ἐπὶ τῷ φόνῳ. V. 1: Αἰτωλῷ—συνέπεσεν ἐκ Πελοποννήσου φυγεῖν, ὅτι αὐτὸν οἱ Ἀπιδος παῖδες ἐφ' αἵματι ἀκουσίῳ δίκῃ εἷλον. Simile monitum eſt Libanii Legat. ad Julian. p. 165. A. ritum Ægyptiorum notat Philoſtratus Vit. Apollon. VI. p. 234. et VI. p. 305. In foro poſtea proprie uſurpatum ἐφ' αἵματι φεύγειν, *cædis reum eſſe, accuſari cædis:* de quo Valckenarius ad Euripid. Hippol. verſ. 35.

294. D. ιε'.] Conferendus Euſtathius ad Iliad. B. p. 277, 15. eoſdem fere auctores ſecutus: cui adhibeatur Pauſanias X. 38. Archytas Amphiſſenſis ipſe ex Locrorum Ozolarum gente, forte idem habendus qui a Diogene Laertio VIII. 82. Archytas ἐπιγραμματοποιὸς numeratur, cujus nil mentionis aut reliquiarum cæteroquin exſtat: de quo paucis Menagius monuit l. l. et Fabricius B. G. I. p. 496. *Macyniam* oppidum memorant Plinius H. N. IV. 2. Strabo X. p. 692. A. Stephanus Byz. Voce Μακύνεια, ubi et Berkelius et Holſtenius veram lectionem vindicant, hic etiam Plutarchi hunc locum adhibens. Attigit quo-

Digitized by Google

que Salmasius ad Anthol. Gr. in Boschii nostri editione p. 27.

p. 295. A. ις'.] De Niso alii diversa tradunt: Megarei et Oncheśti meminerunt Pausanias I. 39. Scymnus Chius in Periegesi, 504. quos cum hoc loco adhibet Heynius ad Apollodor. III. 15. p. 883. Megaram non postea demum a Dorienfibus, depulsis ab Athenarum oppugnatione Codri virtute, conditam dicam cum Larchero ad Herodot. T. VII. p. 415. sed dudum antea habitatam idem vir doctissimus docet p. 451. Et proxima Quæstio ιξ' documento est.

295. B. ιξ'.] Pertinet huc Hesychius Voce Δορυξένους· ubi consulantur Interpretes. Quod dicitur τὸ παλαιὸν, referam ad tempus ante Megaridem a Dorienfibus occupatam. Tripodiscum κώμην Μεγαρίδος memorat Thucydides IV. 70. Strabo IX. p. 604. C.

295. C. ιη'.] Eadem παλιντοκία memoratur Quæst. Gr. νθ'. p. 304. E. Theagenes tyrannus Megarensium, socer Cylonis Athenienfis, cujus conjuratio occupandæ Athenarum tyrannidi narratur a Thucydide I. 126. brevius et sine Theagenis mentione ab Herodoto V. 71. et Plutarcho in Solone p. 84. A. quod facinus Larcherus probabiliter ad annum ante Æram vulgarem 612. refert T. IV. p. 321. Platonis locus nisi exstaret, credidisset aliquis disertam in eo Megarensium ac Theagenis mentionem fieri: nunc nil nisi universe democratias reprehendit, Republ. VIII. p. 499. A: Ὅταν οἶμαι δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα, κακῶν οἰνοχόων προσταττόντων τύχῃ, καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ—. Comparationis exemplum secutus est Livius XXXIX. 26: *Insolenter et immodice abuti Thessalos indulgentia populi Romani, velut ex diutina siti nimis avide meram haurientes libertatem:* ubi et hunc et aliorum locos ab eodem exemplo ductos apposuit J. F. Gronovius.

295. D. ιθ'.] Oraculum ex Aristotelis libro De Trœzeniorum Republica refert Athenæus I. p. 31. C: Χρησμός. Πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις, Οὐδ' ἱερὰν Τπέρειαν, ὅθι γ' ἄτρυγον οἶνον ἔπινες. Ὠνομάζετο δὲ παρὰ τοῖς Τροιζηνίοις, ὡς

Digitized by Google

φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ αὐτῶν πολιτείᾳ, ἄμπελος Ἀνθηδονιὰς καὶ Ὑπεριὰς, ἀπὸ Ἄνθου τινὸς καὶ Ὑπέρου, ὡς καὶ Ἀλθηφιὰς ἀπὸ Ἀλθηφίου τινὸς, ἑνὸς τῶν Ἀλφείου ἀπογόνων. Quorum locorum neutrum cum exemplo Ariſtotelis congruere, et alterum altero ſupplendum eſſe, ſatis apparet. Melanthiæ quidem et Althephii confuſa nomina, et illud verius eſſe crediderim. Calauriam antiquitus Εἰρήνην dictam tradit etiam Stephanus Byz. in Voce Καλαύρεια, ubi hujus Plutarchei loci non oblitus eſt Holſtenius. *Mnaſigeitonem* ſcriptorem nec Fabricius nec Voſſius habet: *Mneſigitonem* ex indice Plinii H. N. Lib. I. excitavit Mallincrotus in Paralipomenis ad Voſſium De Hiſt. Gr. p. 83: Ὑπέρητος ἀδελφὸν ὄντα rectius dant Venet. Voſſ. quod item vel Ὑπέρου aut Ὑπέρεω ſuaſit Xylander laudans Stephanum Ὑπήρετος ut viri nomen exhibentem, in Voce ſcilicet Ὑπηρεσία.

295. F. κ'.] Eodem ſpectat Zenobius Proverb. VI. 12: Τὸ περὶ Δρῦν σκότος. Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν τῇ Σαμίων πολιτείᾳ, Πριηνέας πολλοὺς ὑπὸ Μιλησίων ἀναιρεθῆναι περὶ τὴν καλουμένην Δρῦν· ὅθεν καὶ τὰς Πριηνέας (l. Πριηνέων, vel Πριηνείας) ὀμνύναι τὸ περὶ Δρῦν σκότος· quæ hoc loco Plutarcheo uberius ac diſertius narrantur.

p. 296. A. κα'.] Et κατακαῦται ſunt ex genere τῶν ἅπαξ λεγομένων· nec aliud teſtimonium attulit Meurſius in Creta, III. fin. p. 192. De Tyrrhenis Atticarum mulierum raptoribus eorumque poſteris duce Pollide, Delpho, et Crataida, colonis in Cretam deductis, vidimus in libro De Virt. Mul. η'. p. 247. A.

296. D. κβ'.] Ἄρκλος vitioſum corrigendum eſſe in Αἴκλος monuit Xylander, auctorem perhibens Strabonem X. 683. A. ubi de frequentata Colonis Eubœa: καὶ Ἑλλοπία δὲ ὠνομάσθη ἀπὸ Ἕλλοπος τοῦ Ἴωνος· οἱ δὲ Αἴκλου καὶ Κόθου ἀδελφὸν φασὶν· et p. 685. B: μετὰ τὰ Τρωϊκὰ, Αἴκλος καὶ Κόθος ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντες, ὁ μὲν τὴν Ἐρετρίαν ᾤκησε· Κόθος δὲ τὴν Χαλκίδα· καὶ τῶν Αἰολέων δέ τινες ἀπὸ τῆς Πενθίλου στρατιᾶς κατέμειναν ἐν τῇ νήσῳ. Utriuſque ante nomen ſimul memoratur VII. p. 495. A. Pierſonus ad Mœr. p. 410. Χαμαῖθεν mutandum cenſet in Χαμᾶθεν.

296. F. κγ'.] Vetus lectio fuit Μιξαρχαγεύας· cui præfe-

Digitized by Google

rendam duximus Μιξαρχαγέτας· licet nec ipsa confirmetur a codicibus nostris; siquidem E, H, Voss. dant Μιξαργεύας. Pet. Venet. Μιξαργεύσας. Et Xylander Μιξαρχαγέτας probavit, interpretans, *quasi* inquit, *Semideum diceres, gentilitatis Argivæ auctorem, non tamen cœlitem: ἀρχαγέτης is est; hinc Apollo Archagetes apud Pausaniam in Atticis* (I. 42.) Sic ἥρωες, οἷς ἐκέλευε θύειν, ἀρχηγέται Πλαταιέων ἦσαν Plutarchus in Aristide p. 325. C. Sapient. Conviv. p. 163. B. Phyntis ap. Stob. p. 445: τῷ ἀρχαγέτᾳ θεῷ τᾶς πόλιος. Aristides T. I. p. 85. bis. 237, 264, 269, 270, 405, 464, 568, 589. T. II. p. 172, 177.

296. F. κδ'.] Et hoc singulare, nec aliunde appositum a Stephano Thes. L. Gr. Indic. p. 805: nec nominis rationem satis manifestam habet. Pet. dat ἄγνισμα. Voss. ἄγνισμα, item in margine ἔγνισμα et ἄγνισμα.

297. A. κε'.] Παλαμναίου notatio omissa est. Hæc re ipsa verius ducitur a παλαμνὸς, *astutus, vafer, pugnax*, a quo est ἀπάλαμνος; quamquam usus magis congruit cum vulgari etymologia ex παλαιὸς et μνήμη, μνεία, μίασμα, μήνιμα, *sceleris, contagionis, ejusque vel auctoris vel vindicis, diuturna memoria servandi, et vindicta divina expiandi:* hujusmodi certe notiones in vocabuli usu cernuntur: de quibus notavimus ad librum De Superstit. p. 170. B. Ἀλάστωρ simili notione usurpatur, ortum ab ἄλαστος, ἄληστος, *non oblivisscendus*, quamquam variant in ejus origine docti homines quos laudat Etymologus M. in Voce. Plutarchus sibi constat in Defect. Orac. p. 418. B: ἄνθρωποι μηνίματα δαιμόνων ἀφοσιούμενοι καὶ πραΰνοντες, οὓς ἀλάστορας καὶ παλαμναίους ὀνομάζουσιν, ὡς ἀλήστων τινῶν καὶ παλαιῶν μηνιμάτων μνήμαις ἐπεξιόντες. Sic usurpat ibidem p. 417. D. Garrulit. p. 509. B. Coriolano mater objecit p. 231. B: σοὶ νικῶντι μὲν ἀλάστορι τῆς πατρίδος εἶναι περίεστιν. Mario p. 409. D. qui, quum Metellum induxisset ad condemnandum hospitem, οὐκ ἠσχύνετο λέγειν περιὼν, ὡς αὐτὸς εἴη προστετριμμένος ἀλάστορα τῷ Μετέλλῳ ξενοκτονίας. Cicerone p. 885. B. qui desperatis rebus, παρελθεῖν εἰς τὴν Καίσαρος οἰκίαν διενοήθη κρύφα, καὶ σφάξας ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς ἑστίας, ἀλάστορα προσβαλεῖν· i. e. *conscientiæ labem ac sceleris vindicem.* Varie usi sunt

Digitized by Google

v. c. Clearchus ap. Athen. XII. p. 541. C: Διονύσιος δὲ ὁ Διονυσίου ἀπάσης γενόμενος τῆς Σικελίας ἀλάστωρ. i. e. *prædo, peſtis.* Zaleuci Exord. Leg. ap. Stob. p. 279. Antholog. Gr. I. 56, 3. Pauſanias p. 75, 646. Ariſtides T. I. p. 489. Ἀλιτηρίου, ſimilis item notionis, notationem, ab ἀλεῖν, *molere*, et τηρεῖν, *obſervare*, id eſt, ab *obſervando molarum ſtrepitu*, non ut ipſi, ſed ut aliis probatam, refert Plutarchus De Curioſ. fin. p. 523. A. ut item Etymologus M. in Voce. Schol. Platon. p. 233. Suidas, Schol. Ariſt. Eq. 443. Atqui eſt a primitivo ἀλίω, cognato cum ἀλάω, ἀλύω, *erro, fugio, offendo, pecco*, unde ἁλίτω. Plutarchus ἀλιτηρίους homines pernicioſos patriæ, dicit Cicer. p. 887. F. Galba 1054. C. Similiter Ariſtides T. I. p. 406. T. II. p. 310. Ἀλιτηριώδης Plutarch. Adv. Epicur. p. 1101. C. Plato Leg. IX. p. 652. B. Conferantur et Caſaubonus et Kuſterus ad Ariſtophan. l. cit. Socrates, ſcriptor rerum Argivarum, nobis animadverſus eſt p. 245. D.

297. B. κς'.] In ἐξ Αἴνου καὶ τὰς παρθένους, recepta particula ſententiam expeditiorem reddit,—*et abducentes bovem, et virgines quæ illos deducunt, ſibi mutuo occinere*—. Sed Αἴνου habet dubitationem. Thraciæ et aliarum regionum nomen urbis, *Ænus*, cognitum eſt ex Stephano Byzant. Acarnaniæ etiam et Macedoniæ *Ænea*, Αἴνεια: at his nil commune cum *Ænianibus*, de quibus hic agitur. Igitur haud ſcio an vetus ſcriptura fuerit ἐξ Αἰνειάνων. De horum migrationibus ante has ſedes captas, ſupra tradidit Plutarchus Quæſt. Gr. ιγ'. p. 293. F. ſeq. Verſus expreſſus ex Homerico Od. Σ. 147. T. 298: Ὅππότε νοστήσειε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

297. C. κζ'] Cydippe, diverſa ab illa amoribus Acontii celebrata, filia Ochimi, fratris Cercaphi, Heliadarum, conditorum Rhodi, nupta patruo Cercapho, tres filias ex eo habuit, Lindum, Jalyſum, Camirum. Strabo teſtis XIV. p. 996. C. Stephanus Byz. in Λίνδος et in Κάμειρος, ubi alios excitavit Holſtenius: item Meurſius in Rhodo IV. p. 10. qui XII. p. 34. fingularem hanc Plutarchi mentionem exhibet. Videatur et Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 377.

Digitized by Google

297. D. κη'.] Strabo VIII. p. 584. A. XIII. p. 901. A. uberius Pauſanias X. 14. Stephanus Byz. in Τένεδος. Heraclides De Rebus public. p. 514. Conon Narrat. XXXIX. Scholiaſtes ad Iliad. A. 38. Suidas in Τενέδιος ἄνθρωπος. Zenobius Proverb. VI. 9. et illis omnibus locis Interpretes. Meurſius et Potterus ad Lycophronem p. 234 et 240. Bachetus Meziriacus ad Ovidii Epiſt. Her. T. I. p. 238. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 398.

297. F. κθ'.] Πωλήτης etiam Athenis erat magiſtratus teſtibus vel Lexicographis Harpocratione, Heſychio, Suida. Cæterum ἀγορὰν jungendum cum βαρβάροις, *Barbaris præbuit forum, et civibus permutationem.* Xenophonti frequentiſſimum ἀγορὰν παρέχειν, eſt *venum, vendendum ementibus proponere.* Διάθεσις *venditio,* ſive permutandis mercibus, ſive pecunia fiat. Et quia per venditionem quoque quaſi emtio fit; ſic utrumque ſæpe hoc nomine διαθέσεως appellatur, veluti apud Plutarchum Gen. Socr. p. 583. D. Vitarum p. 44. E. 79. E. 91. E. 500. A. 645. D. 821. D. Dion. Chryſ. Or. XXXII. p. 372. B. Sic etiam διατίθεσθαι Plutarchus Vit. p. 82. A. 474. A. 1035. A. Plato Leg. VIII. p. 651. B. alii citati Weſſelingio ad Diodor. Sic. T. I. p. 76.

p. 298. A. λ'.] Acanthum coloniam Andriorum vocat item Thucydides IV. 84. *Aræni actam,* non alibi memoratam, reperiſſe ſibi videbatur Palmerius ad Scylacis Periplum p. 63. edit. Gronov. 4, pro Ἄλαπτα ita corrigendum cenſens. Locum hunc Plutarchi in Hiſtoria Fœderum tractans Barbeyracius p. 139, pro Ἐρυθραίοις corrigi volebat Ἐρετριεῦσι, cujus vel Grammatica ratio formam Ἐρετριεῦσι poſtulabat: cæterum non cogitans de *Erythræis* Ionibus: recte igitur notatus Weſſelingio ad Herodot. I. 142. et ad Diodor. Sic. T. II. p. 365.

298. B. λα'.] Eretria et Chalcis ab Athenienſibus ante bellum Trojanum conditæ ferebantur, ut prodit Strabo X. p. 685. B. Ad hunc Theſmophoriorum ritum pertinet quod a Suida refertur Χαλκιδικὸν δίαγμα· τοῖς θεσμοφορίοις Ἀθήνησί τι νόμιμον, ἐν πολέμῳ γυναικῶν εὐξαμένων διαχθῆναι τοὺς πολεμίους· καὶ συνέβη φυγεῖν εἰς Χαλκίδα. Breviter Heſychius

Digitized by Google

in Δίωγμα. *Calligeniam* invocatam illo in ſacro apparet ex Ariſtophane Theſmophor. 306. ubi adeundus Scholiaſtes. Heſychius in Voce: Meurſius Græc. Fer. IV. p. 163. Attic. Lect. IV. 21. hunc etiam Plutarchi locum adhibens.

298. C. λβ'.] Πλοντὶς, rectius videtur Πλουτὶς, quod præbent E, H. Venet. Voff. P. et reddidit Amyotus *Ploutis*. Eſt enim *factio divitum*, cui opponitur Χειρομάχα, *quæ manibus victum quærit, opus facit*: cujus nominis exemplum aliquoties ex Athenæo apponit Euſtathius ad Hom. p. 1425, 64: 1783, 13: 1833, 56: πένης δὲ ὁ χερσὶ πονούμενος, καὶ οὕτω ζῶν· τοὺς δὲ τοιούτους χειρομάχαν πληθὺν ἔστιν ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου εὑρεῖν. Hinc intelligitur eadem factio divitum in οἱ δυνατοί: hi enim in republica diſtinguuntur ab ἰδιώταις. v. c. Præcept. Reip. p. 815. A. Vitar. p. 407. D. 423. D. 424. A. 571. B. addatur Dukerus ad Thucyd. I. 21. Aliam diriorem etiam ſeditionem Mileſiorum ex Heraclide Pontico refert Athenæus XII. p. 523. F. ſequ.

298. D. λγ'.] Nauplii patris Palamedis, qui Græcorum claſſi reduci naufragium ad Caphareum, Eubœæ promontorium, excitavit, fabula nota ex Hygino CXVI. Servio Æn. XI. 260. Strabone VIII. p. 566. C. ſeq. Euſtathio ad Od. Λ. p. 1678. Fuit et Sophoclis tragœdia Nauplius. Cum aliis cognominibus confuſum oſtendit Heynius ad Apollodor. II. 1, 4. Quam originem nomen Πυρσόφιον habeat, non definiam. E. H. dant πῦρ σόφιον. Amyotus plane omittit. Quandoquidem curia ſignificatur verbis εἰς τὸν τόπον τοῦτον ὅπου συνῆσαν ἀλλήλοις, fortaſſe ſignificetur perpetuus ignis in curiis ſolitus ali, ubi ſapientiorum conventus haberetur.

298. E. λδ'.] Hiſtoriola exſtat etiam in Heraclidis Fragmentis De Rebuſpubl. p. 538. edit. Cragii, paulo brevius ac paucis locis diverſe, nomine portitoris Παρίας. In Proverbio, monet Meziriacus Οὐδὲ εἷς legendum ut ſit Trochaicus.

298. F. λε'.] Geminus huic eſt locus Plutarchi in Theſeo p. 6. E. unde diſcimus hæc ſumta eſſe ex Ariſtotelis Republica Bottiæorum. Tractavit argumentum Meurſius

Digitized by Google

in Creta, IV. 5, 6. attigit Waſſius ad Thucyd. I. 65. De ἀπαρχῇ ἀνθρώπων Delphis miſſa, ejuſque religione ſubinde fit mentio: v. c. Plutarch. Theſ. l. c. Euripid. Phœniſſ. 211. Dionyſio Hal. I. 16. illic Valckenarius quædam notavit, citans idem Weſſelingium ad Diodor. Sic. IV. 64.

p. 299. A. λϛ'.] Eumdem Hymnum ſignificat Plutarchus De Iſide et Oſir. p. 364. F. ταυρόμορφα Διονύσου ποιοῦσιν ἀγάλματα πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων· αἱ δὲ Ἠλείων γυναῖκες καὶ παρακαλοῦσιν εὐχόμεναι, ποδὶ βοείῳ τὸν θεὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτάς. In carmine Voſſ. non habet ἀγνὸν σὺν χαρίτεσσιν ἐς ναὸν· pro θύων Mez. notavit θυανεῦ. Fortaſſe rhythmus hujuſmodi fuit: Ἐλθ' ἥρως Διόνυσε—ἀγνὸν ἐς ναὸν,—ἀγναῖς σὺν Χαρίτεσσιν,—τῷ βοέῳ ποδὶ θύων·—Ἄξιε ταῦρε·—Ἄξιε ταῦρε. Orphici Hymni XLIV. ſimile eſt initium, Ἐλθὲ μάκαρ Διόνυσε—. Tale feſtum Eleorum meminit Pauſanias VI. 26. indeque Meurſius Græc. Fer. IV. p. 167. Tauri imago adjungitur Baccho, teſte Athenæo II. p. 39. E. Plutarcho De Iſid. et Oſir. 364. F. Euphorione ap. Schol. Arati 173. et aliis citatis a Weſſelingio ad Diodor. Sic. III. 64: rationem notat Meurſius ad Lycophr. 209. Alia cum bove affinitas, quod primus bovem arationi adhibendum oſtendit, ut ait Diod. Sic. l. c. quod item Oſiridi, cujus numen cum Bacchi numine conjunctum erat, tribuitur apud Tibullum I. 7, 29. ubi conſulatur Heynius. In τὸ δὲ κερασφόρον haud ſcio an ſana ſit lectio, et germana ſcriptio fuerit, τὸ δὲ κέρας, διὰ τὸ κερασβόλον, ἐπιβλαβές. De hoc ipſo Plutarchus Sympoſ. VII. 2. p. 700, diſſerit, et argumentum explicuit Ruhnkenius noſter ad Tim. Voc. Κερασβόλον.

299. C. λζ'.] Pœmandrus conditor Tanagræ fertur apud Pauſaniam IX. 20. unde nomen urbi fuit etiam *Pœmandris* teſte Strabone IX. p. 619. C. et *Pœmandria*, Stephano Byz. in Ταν́αγρα. In Plutarchi narratione aliquid obſcuritatis et vitii ineſſe videtur. Et in principio Ἐφίππου bis poſitum, bis item delendum dicam. Prius, quod eſt ante Ἀκέστορα, codex E habet Ἔφιππον, unde credam antiquiorem lectionem fuiſſe Ἔφιππον ἢ Ἀκέστορα, ut prima duo vocabula a duobus diverſis correctoribus ſint. *Leucippus* intelligendus eſt filius Polycrithi. Et in τοῦτον εἰσάγει

Digitized by Google

πίσας, aliquid mendi ſubeſſe putem. Tlepolemus, Peneleus, Elephenor, ex Iliade cogniti ſunt.

299. E. λη'.] Res partim refertur ab Æliano Var. Hiſt. III. 42. et Antonino Liberali Fab. X. quæ Plutarcho *Arſinoe* dicitur, huic *Arſippe*, illi *Ariſtippe* eſt: ad utrumque videndi Interpretes.

p. 300. A. λθ'.] De Lycæi Jovis ſepto, quædam ad hanc ſpectantia Quæſtionem præbet Pauſanias VIII. 38: Τὸ δὲ ὄρος παρέχεται τὸ Λύκαιον καὶ ἄλλα ἐς θαῦμα, καὶ μάλιστα τόδε. Τέμενός ἐστιν ἐν αὐτῷ Λυκαίου Διὸς, ἔσοδος δὲ οὐκ ἔστιν ἐς αὐτὸ ἀνθρώποις· ὑπεριδόντα δὲ τοῦ νόμου καὶ ἐσελθόντα, ἀνάγκη πᾶσα αὐτὸν ἐνιαυτοῦ πρόσω μὴ βιῶναι. Καὶ τάδε ἔτι ἐλέγετο· τὰ ἐντὸς τοῦ τεμένους γενόμενα ὁμοίως οὐ παρέχεσθαι σκιὰν, καὶ διὰ τοῦτο ἐς τὸ τέμενος θηρίου καταφεύγοντος οὐκ ἐθέλει οἱ συνεσπίπτειν ὁ κυνηγέτης, ἀλλὰ ὑπομένων ἐκτὸς καὶ ὁρῶν τὸ θηρίον, οὐδεμίαν ἀπ' αὐτοῦ θεᾶται σκιάν—. Pythagoricum illud commentum, animas mortuorum nec connivere nec umbram jacere attigimus ad Ser. Num. Vind. p. 105. hujus editionis p. 564. C. Ἀμελοῦς χώραν, Proverbii vim habere colligimus ex Zenobio, I. 78: Ἀμελοῦς γωνία· Ἐπὶ τῶν ἀργῶς καὶ ῥαθύμως καθημένων· ἔστι δὲ καὶ χωρίον Λιβύης, Ἀμελὴς Γωνία καλούμενον. Diogeniano II. 25. Heſych. in Voce ſine Proverbii ſignificatione apponit. In Lycaonis filiis hi non memorantur Apollodoro III. 8, 1. ubi conſulatur Heynius. De Lycæo ſepto alios etiam citat teſtes Valckenarius in Diatribe ad Euripid. Fragm. p. 132. Ἀρχέτιμος ſcribitur in P. Voſſius Hiſt. Gr. III. p. 301. ex uno hoc loco ejus mentionem facit. *Eleutheras*, Bœotiæ urbem, ab *Eleuthere* Apollinis filio conditas perhibent Pauſanias IX. 20. et Steph. Byz. Voc.

300. D. μ'.] Hiſtoria ex Myrtidis carmine ſumta; igitur totum hoc caput in illius Fragmentis repoſuit Joh. Chriſtianus Wolfius in Novem Illuſtr. Fœminar. Fragm. P. II. p. 38. *Eunoſtos* heroes alios ab aliis ſcriptoribus memoratos, non item hunc Tanagræum, adferens. Diocles fortaſſe eſt Peparethius, citatus Plutarcho in Romulo p. 19. A. 22. B, C. Nam quod Voſſius Hiſt. Gr. III. p. 355. Rhodium ſuſpicatur eſſe citatum in libro De Fluminibus, propter ipſam libelli fraudem repudiandum videtur.

Digitized by Google

p. 301. A. μα'.] *Eleon* urbs, verbo nominata Straboni IX. p. 623. B. ex Homerico Navium Catalogo verſ. 7. ubi videantur quæ pauca dicit Euſtathius p. 267. Eleonis pater Eteonus proditur ibidem p. 265.

301. C. μβ'.] Proverbium ex hoc uno, ut credo, loco in Stromateum Schotti relatum, 954. Theophraſtus in libris Proverbiorum, περὶ παροιμιῶν, hoc prodidiſſe videtur, qui a Veteribus laudantur citatis a Fabricio B. G. II. p. 252. Apollodorus Gelous, Comicus, in dramate hujus nominis Ῥυτίνῳ, nuſquam alibi memorato, ſignificatur, Fabricio quidem judice B. G. I. p. 746. Nam προσιστόρηκε, ne quem de poeta dictum moveat: dixit Plutarchus De Muſ. p. 1136. B: ἱστορεῖ ὁ ἄριστος μελῶν ποιητὴς Ἀλκμάν· haud tamen æque illud probem in Comico: nec repugnem, ſi quis Ῥυτίνῳ pro Ῥυτῷ poculi genere, et Apollodorum illum celebrem Grammaticum et Hiſtoricum quem de poculis ſcripſiſſe conſtat ex Athenæo, cujus locos appoſuit Heynius T. IV. p. 1166.

301. D. μγ'.] Alalcomenas urbem Aſteriæ inſulæ, Ithacam inter et Samum ſitæ, prodit Apollodorus apud Strabonem X. p. 700. C. Siſyphum Anticleæ matris Ulyſſis virginitatem per vim delibaſſe notavimus p. 18. C. Iſter Alexandrinus, item Callimacheus cognominatus: de quo Voſſius Hiſt. Gr. IV. 12. Jonſius Script. Hiſt. Phil. II. 6, 1. Plutarcho citatus etiam p. 403. E. 1136. A. Vitar. p. 16. B. 691. A. ſæpe apud alios.

301. D. μδ'.] Hinc in Adagia retulit Eraſmus p. 215. et Stephanus in Theſ. L. Gr. T. IV. p. 3. Æginetas in exercitu ad Trojam fuiſſe conſtat ex Iliad. B. 562.

301. F. με'.] Jupiter Labrandenſis memoratur Herodoto V. 119. Straboni XIV. p. 973. C. Plinio H. N. XXXII. 7. Æliano Nat. Animal. XII. 30. Lactantio Inſtit. I. 22, 23. Stephano Byz. Voce Λάβρανδα. Weſſeling. et Valck. ad Herodot. V. 119. Hercules Hippolyten Amazonida interfecit et balteo ſpoliavit, ut traditur apud Apollodorum II. 5, 9. alii diverſe, quos citat Heynius. Res Gygis et Candaulis plane aliter habet Herodotus I. 8, ſeq. ubi videatur Weſſelingius p. 7. not. 87.

Digitized by Google

p. 302. A. μϛ'.] *Tralles* conditas ab Argivis et quibuſdam Thracibus, unde nomen urbi veniſſe, tradit Strabo XIV. p. 960. B: κτίσμα δέ φασιν εἶναι τὰς Τράλλεις Ἀργείων καί τινων Θρακῶν, ἀφ' ὧν τοὔνομα· quæ verba minus intellecta magno Caſaubono, recte expoſuit H. Valeſius ad Heſychium Voc. Τράλλεις, quem Thracum fuiſſe populum etiam aliunde conſtat. v. c. Plutarcho Apophth. Lac. p. 211. D. Agefilao p. 604. D. et aliis a Weſſelingio ad Diodorum Sic. T. II. p. 210. notatis. Prius *Anthea* dicebatur, ut auctor eſt Stephanus Byz. in Τράλλις, ubi conſulatur Holſtenius. In fine pro Τραλλιανὸν, Ald. Baſ. E. Voſſ. P. dant Τραλλιανῶν, diſertius.

302. B. μζ'.] Proverbium ex hoc uno loco relatum in Stromateum Schotti, 1013: Δεινότερα πάσχει Σαμβίκου· et Eraſmi Adag. p. 966.

302. C. μη'.] *Leucippides* quæ fuerint, conſtat ex Apollodoro VI. 10, 3: 11, 2. ubi conſulendus Heynius: Pauſania III. 12, 13, 16. quos et alios citavit Meurſius in hoc argumento Miſcell. Lacon. II. 15. ſed de Uliſſis ſacello non niſi hunc Plutarchi locum apponit I. 4. Palladium hoc multi apud ſe eſſe gloriabantur populi: in his Argivi, ut Pauſanias prodit II. 23. de aliis expoſuit Heynius ad Virgil. Æn. II. 293—297. Excurſ. IX.

302. E. μθ'.] Ætas ſaltem inſtituti moris conſtat ex ætate Zeipœtæ regis Bithyniæ cujus regnum ab Olympiade CXIII. 1. ad CXXIV. 4. definit Vaillantius in Hiſtoria Achæmenidarum p. 301, hunc tamen Plutarchi locum omittens: quem adhibet Palmerius ad Diodor. Sic. T. II. p. 364. Chalcedoniis cum Byzantiis interceſſiſſe ſocietatem multis exemplis cognoſcitur: civitatem etiam, diſerte prodit Athenæus XII. p. 526. F.

p. 303. A. ν'.] *Agenor Argivus* ſuum habet in vetuſtiſſima fabularum traditione locum. Apollodorus II. 1, 2. Argi, Phoroneo nati, ex filio Jaſo, nepotem prodit. Hellanicus apud Euſtathium ad Iliad. Γ. p. 385. Phoronei filium, Pelaſgi Jaſique fratrem. Pauſanias II. 16. quinta generatione in poſteris Phoronei, cum fratre Jaſo ponit.

303. A. να'.] Rectius eſſe ἐκ τῶν ὀρῶν, ex montibus,

Digitized by Google

res ipſa ſuadet, et ſimilis argumenti narratio apud Platonem Leg. III. p. 585. B, C. 586, 587. et laudata dicta Homerica Odyſſ. I. 112. Iliad. Υ. 217. Peninſulam primo *Ægialeam*, tum *Apiam*, denique *Peloponneſum* dictam, vid. Scholia Hom. Iliad. A. 22. et conſtat in primis ex Pauſania II. 5. ſed hic *Apiam* a rege *Api*. Ister citatus Athenæo XIV. 650. B. ab *apiis*, quæ Latinis dicuntur *pyra*. Conferatur et Perizonius ad Ælianum Var. Hiſt. III. 39. Heſychius Ἀχράδα· ἄπιον, Λάκωνες. Meurſius Miſcell. Lacon. I. 12. p. 58.

303. B. νβ'.] Pertinet ad illud Herodoti IV. 30: ἐν τῇ Ἠλείῃ πάσῃ χώρῃ οὐ δυνέαται γίνεσθαι ἡμίονοι·—φασὶ δὲ αὐτοὶ Ἠλεῖοι ἐκ κατάρης τευ οὐ γίνεσθαί σφι ἡμιόνους· ἀλλ' ἐπεὰν πρόσῃ ἡ ὥρη κυΐσκεσθαι τὰς ἵππους, ἐξελαύνουσι ἐς τοὺς πλησιοχώρους αὐτάς· καὶ ἔπειτά σφι ἐν τῇ τῶν πέλας ἐπιεῖσι τοὺς ὄνους, ἐς οὗ ἐν σχῶσι αἱ ἵπποι ἐν γαστρί· ἔπειτα δὲ ὀπίσω ἀπελαύνουσι. Hinc breviter retulit Pauſanias V. 5, 9. In oratione Plutarchi mendas ineſſe tum ipſa oſtendit, tum illa exempli auctoritas. Quæſtionis argumentum eſt de more equas aſinis ſubmittendi indeque mulos procreandi. Igitur etiam quid eſt hoc ἐνόδας ἵππους? Weſſelingius l. c. tentabat ἐνθόρους, *ſalaces, prurientes*: poſſis et ὀνώδεις ſuſpicari, quaſi *aſininas, aſinis ſubmittendas*: ſed ne huic quidem ſuſpicioni multum tribuam. Deinde κατὰ τῶν ἵππων ὀχευόντων non ſatisfacit nec compoſitioni nec ſententiæ, quæ requirunt κατὰ τῶν ἵππους ὄνοις ὀχευόντων. Œnomai erga rem equeſtrem ſtudium frequenter a Veteribus memoratur. Rudera ſtabulorum ejus narrat Pauſanias VI. 21. p. 506. Et horum fortaſſe quædam ſignificatio ſubeſt in illo Pindari Olymp. V. 20: —Οἰνομάου καὶ Πέλοπος παρ' εὐηράτων σταθμῶν.

303. B. νγ'.] Unum hoc refert Meurſius, Creta IX. p. 230.

303. C. νδ'.] Hæc et ſequentia ex Ariſtotelis aut Heraclidis Republica Samiorum ſumta videntur. Equidem καλοῦσι potius vertam *nominant*, cum Amyoto et Cruſerio, quam *invocant* cum Xylandro; quæ notio magis in queſtu et lamentatione, quam in adoratione et cultu valet. Dexicreontis Venerem non alibi memoratam ex hoc loco repoſuit Larcherus in Memor. de Venere p. 145.

Digitized by Google

303. D. *νε'.*] Cognomen *χαριδότου* animadvertimus ſupra p. 158. D.

303. D. *νς'.*] *Σαμίων* dant E. H. Venet. Voſſ. in quibus E *νήσῳ* omittit: Ald. Baſ. *Σαμίᾳ*: tum E *διέπλευσαν* pro *διέπεσαν*: proba forma eſt *διέπεσον*· porro Meziriacus *φονευθεισῶν* annotat pro *φονευθέντων*. Eſt item ſingularis hæc Plutarchi narratio: tractata Petro Petito in Hiſtoria Amazonum Cap. XL. p. 541. ſeq. A Baccho fugatas Epheſum confugiſſe, tradit Pauſanias VII. 2. p. 525.

303. E. *νζ'.*] *ἀνδρῶν*, ita enim ſcribendum: nec ut nomen proprium, majuſcula litera 'Ανδρῶν, ut in majore noſtra editione: minus etiam 'Ανδρῶν, ut in minore: ſed *ἀνδρῶν*, *virorum conclave*. Nec tamen Quæſtio juſtam ſolutionem habet; non enim *ἀνδρῶν*, ſed *οἶκος* aliquis ubi *πέδαι* illæ ſervantur, *πεδήτης* nominari oſtenditur. Igitur aliquid mendi ſubeſſe putem. Locum hunc fine vitii ſuſpicione attingit H. Stephanus Theſ. Gr. L. Indice p. 1618. Valckenarius ad Herodot. VI. 22: ubi de duarum Sami factionum diſſenſione agitur. Similem apud Samios *δήμου* adverſus *γεωμόρους* occupationem narrat Thucydides VIII. 21. De nomine *γεωμόρων* Ruhnkenius noſter ad Tim. Gloſſ. Platon. p. 67.

p. 304. C. *νη'.*] De Herculis a Troja capta reducis in Con Inſulam adventu et pugna cum Meropibus Apollodorus II. 7. et qui citantur ab Heynio. Sed ab his paulum diverſa eſt et uberior Plutarchi narratio. Quod *Alciopi* filiam, *τὴν* 'Αλκιόπου, duxiſſe dicitur, nomina confuſa ejuſdem mulieris quæ *Chalciope* dicitur eidem Apollodoro II. 7, 8. et Scholiaſtæ Pindari Nem. IV. 42. aliiſque illic Heynio laudatis. Promontorium Inſulæ *Λακτῆς* eſt Straboni XIV. p. 971. B. *Antimachia* oppidum quoddam intelligitur ab interpretibus, et Stephano Theſ. Gr. L. Ind. p. 463: haud memini alibi me legere. Voſſianus codex dat *ἀντιμαχείᾳ*.

304. E.] *παλιντοκία* Megarenſium ſupra memorata eſt Quæſt. Gr. *μ'*. p. 295. D. unde ſeditionis hujus ætas intelligitur.

Digitized by Google

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN LIBELLUM

FALSO PLUTARCHI NOMINE INSIGNITUM

DE PARALLELIS.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΛΛΗΛΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΚΑΙ ΡΩΜΑΙΚΩΝ.] Vereor ne oleum et operam perdidiſſe videar, annotationibus in tam futilem libellum conſcribendis, cujus alterum dimidium ementitum, alterum pervulgatum ab aliis atque lippis adeo ac tonſoribus notum eſt. Singula capita binas habent hiſtoriolas, Græcam et Romanam: alteram cognitam et exploratam, hiſtorica quidem fide vulgo creditam: alteram, inauditam, incredibilem, monſtruoſam: utraque ſubſcriptum gerit nomen teſtis, ſcriptoris ignoti et obſcuri. Veluti Capite ιβ'. Manlii capitalis in filium animadverſio refertur, teſte *Ariſtide Mileſio:* præmittitur ſimile factum Epaminondæ, teſte *Cteſiphonte in libro tertio Bœoticorum.* Siccine ſcripſerit Plutarchus, aut alius quivis unus non plane delirus, nec ad omnem mentiendi libidinem effuſus? Mitto formam orationis prorſus a Plutarchea diverſam, cum labe compoſitionis, tum verborum ſordibus inquinatam. Citat quidem Plutarchi nomine ex iſto libello locum Stobæus Tit. VII. p. 91. Græcum exemplum Capitis I; non quidem Trincavellianæ editionis, ſed Geſnerianæ et Schowianæ p. 198. ac repetitur in Maximi et Antonii Sententiis ed. Geſner. Wecheliana Serm. XLIX.

Digitized by Google

p. 178. et Stobæus aliis locis p. 92, 203, 228, 350, 403, 404. Græcas fingulas apponit hiſtoriolas horum Parallelorum, ſolo ſub nomine auctorum ipſis ſubſcriptorum, v. c. *Ariſtidis, Soſtrati, Chryſermi*, aliorum. Quo documento nil aliud efficitur, nifi talem Collectionem Hiſtoriarum jam Stobæi tempore fuiſſe. Immo jam Clemens Alexandrinus in Protrept. p. 27. C. facinus Erechthei et Marii in hoc libello Capite κ'. p. 310. D. relatum, memorat breviter, uno auctoris nomine, *Dorothei in quarto Italicorum*, et *Pytheclem* ἐν τετάρτῳ Ἰταλικῶν citat Strom. I. p. 334. D. Quin illud Parall. δ'. p. 306. E. de Annibale in Sicilia, ab Ælio quoque relatum fuiſſe apparet ex ejus Fragmento apud Suidam Voc. Ταινίαι. Neque ego omnes hiſtoriolas, omnes auctores, quorum nonnifi in hoc libello mentio exſtat, ab ejus opifice confictos eſſe dicam: pleroſque tamen dicam. Habuerit quædam ex fontibus turbidis. Nam conſtat fuiſſe et ante et poſt Græciæ ſtatum Romanis ſubjectum, qui res Romanas Græce conſcriberent homines indocti et temerarii, quorum libros indocti Græci vulgo lectitarent. Sed hos non diu viguiſſe credibile eſt nec nifi ſyllogas quaſdam ex iis factas manſiſſe, qualis eſt hicce Parallelorum libellus. Quod autem in Lampriæ Catalogo Num. CXXVI. annumeratur, Διηγήσεις παράλληλοι, Ἑλληνικαὶ καὶ Ῥωμαϊκαί. Ἐπικουρείων ἐναντιωμάτων. recte judicat Iſaacus Voſſius ad Pomp. Melam I. 8. p. 600 et ſeq. hunc libellum ſpurium et ejuſdem auctoris atque illum *De Fluminibus*, pronuncians, titulum hujus libelli in Catalogo ab aliena manu additum eſſe. Nam Codex Venetus conjecturam firmat, non nifi περὶ Ἐπικουρείων ἐναντιωμάτων præbens. Quamquam Fabricius perperam a Voſſii ſententia diſcedens, et libellum Plutarcho vindicare conans, inde quoque argumentum ducit, quod ſcriptor p. 315. C. ſua αἴτια citet. Atqui non Plutarchi, ſed Callimachi Αἴτια ſignificari, oſtendit Ruhnkenius ad Callimachi Fragmenta Bentleiana CXIX. p. 487. et Epiſt. Crit. II. p. 182. Jam de H. Dodwello, eruditiſſimo viro, quid dicamus? qui in Geograph. Minor. T. II. p. 109. quamvis p. 128 et 129. horum Parallelorum ſtilum a ſtilo aliorum librorum Plu-

Digitized by Google

tarcheorum diverſum agnoſcens, eaque Plutarcho abjudicans et ad Chriſtiana tempora rejiciens, tamen moleſta diſputatione perſuadere connititur, ea Plutarchi opus eſſe poſſe. Nobis quidem, et quiſquis vel paululum conſuetudinis habet orationis generibus notandis, uterque libellus ex eadem vel cognata fraudis officina prodiiſſe videtur, et utriuſque a germano genere Plutarcheo diverſitas, ut antea, ita nunc et ſemper, manifeſta ad animum accidit. Neque vero ſi Plutarchus ſcripſit *περὶ παρειμένης ἱστορίας*, ut legitur in Catalogo Lampriæ exempli Veneti Num. XLIX. quod in edito apud Fabricium B. G. III. p. 336. Num. LII. minus probe legitur *περὶ παρειμένου*, cum varia lectione *παραχειμένου*, redditurque *de bis quæ biſtoriæ adjacent*: ergo ſcripſerit *περὶ παρειμένης ἱστορίας*, *de biſtoria vulgo prætermiſſa*, nullam tamen operis partem aliquid communionis cum hoc Parallelorum fœtu habuiſſe putem. Neque tamen ipſum conſilium, hiſtoriarum paria componendi, a perſona ſcriptoris Vitarum Parallelarum abhorret: quin ejus tituli communione et commendatione libellus in Plutarchi nomen vel ab opifice ſuo transferretur, vel poſterorum opinione abiret. Simili argumento et inſtituto ſcripſerunt Ὅμοια: veluti *Myronianus* citante Diogene Laertio I. 115. ubi videatur Iſ. Caſaubonus: item III. 40: pleniore titulo *ἐν τῷ ά τῶν ἱστορικῶν ὁμοίων κεφαλαίων*, IV. 14. / V. 36. *Speuſippus*, et *Ariſton*, de quibus notavit Fabricius B. G. II. p. 66 et 280. Aliam inſcriptionem horum Parallelorum exhibent Jun. et Collat. Muret. Συναγωγὴ ἱστοριῶν. Amyotus hanc admonitionem præmiſit: "En la marge d'un vieil "livre eſcrit a la main, ces paroles Grecques ſe trouvent: "*Ce livre ne fut jamais de Plutarque, autheur excellent et "ſavant: mais de quelque eſcrivain vulgaire, et ignorant de "l'art de Poeſie et de Grammaire.*" Simile Meziriacus adſcripſit: *Inepti alicujus et indocti hominis eſt: indignus, qui Plutarcho tribuatur.* Et aliorum exſtant monita, Plutarcho abjudicantium: v. c. Voſſii De Hiſtoricis Gr. I. 17. p. 112. Valckenarii Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 24. Nam uberius ſingulari Diſputatione hoc egit Cl. Sallierius in Memoriis Acad. Inſcript. T. VIII.

Digitized by Google

Procem. p. 305. B. *εὑρὼν—συμβεβηκότα*] Inepte ad ſententiam, et ad compoſitionem, etiam ſi omittas *τὰ* cum Harleiano. Nam propoſitum homini erat veteribus fidem conciliare comparatione novorum quæ *ἐν τοῖς νῦν χρόνοις* facta ſunt. Atqui vetera ſunt *Græca:* nova ſunt *Romana* quorum in temporibus ſe vivere fingit: igitur ſcribendum ſaltem erat, *εὑρὼν δὲ ἐγὼ καὶ ἐν τοῖς νῦν καὶ Ῥωμαϊκοῖς χρόνοις γεγονότα ὅμοια τοῖς ἐν τοῖς ἀρχαίοις καιροῖς συμβεβηκόσι—.* Sed ineptior eſt quam qui emendetur.

α'. p. 305. B. *Δάτις—ἐχειροκοπήθη*] Eſt etiam in Stobæo Floril. Tit. VII. p. 91. addito Epigrammate Pantelei: principium diverſum *Δαρεῖος ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς—*. cæteram varietatem non tanti eſt referre. De Cynægiro ſolo Herodotus VI. 114. de Callimacho ſimpliciter *διαφθείρεται*. Epizelum pro Polyzelo quod interpretes notant.

305. C. *Ἀσδρούβας* —] Loco ficti exempli poterat verius apponere Romanum ex Valerio Maximo III. 2, 22 et 24. *Dionyſius Siculus* ablegandus ad alios ab artifice hujus libelli fictos ſcriptores. Amyotus et Xylander reddiderunt *Diodorus Siculus* ex emendatione ipſi ſua: hic etiam addit: *loqui autem videtur de Metelli victoria illa illuſtri de Carthaginienſibus in Sicilia parta de qua Livius lib.* 19. *Plinius* 8, 6. *et Dionyſius Halic. lib.* 2: eaque de cauſſa in Fragmenta Diodori Siculi recepit Weſſeling. T. II. p. 642. nimis docte et modeſte agentes cum falſario indocto et impudente. *Ariſtides Mileſius* aliquoties in hoc libello citatus, eodem amandandus eſt: fictus ex Ariſtide Mileſiacorum ſcriptore. *Μιλήσιος* abeſt in Harl. in F. a recentiore manu additum.

β'. 305. D.] Fraudem notavit Valckenarius ad Herodotum VIII. 22. Græca hiſtoriola eſt apud Stobæum ibid. p. 91. adſcripto nomine auctoris *Agathyrſidæ Samii in* 4 *rerum Perſicarum.* Notus eſt *Agatharcbidas Cnidius:* at *Samius in Perſicis* non niſi hoc loco citatur. *Samius* cognomine altero pari libello De Fluminibus p. 1155. F. memoratur. Miror ſummum Bentleium, hos locos ut fide dignos attuliſſe ad Phalarid. T. II. p. 182. De rebus Romanis Ariſtidem Mileſium laudare, ſuus eſt homini mos.

Digitized by Google

γ'. p. 306. A—C.] Græcam hiſtoriam reponit Stobæus Flor. Tit. VII. p. 92. edit. Schow. p. 201. præſcripta auctoritate ἐκ τῶν Θησέως· quod paulo notius eſt nomen quam *Cbryſermi*, non niſi ex hoc et De Fluviis libello cogniti: de quibus nominibus videatur Voſſius Hiſtoric. Gr. III. p. 342 et 419. Res ipſa et factum Othryadæ a multis produntur auctore Herodoto, I. 82. veluti Valerio Max. III. Ext. 4. Floro II. 2, 14. Suida, aliis citatis Hemſterhuſio ad Luciani Contempl. T. I. p. 524. Meurſio Miſcell. Lacon. IV. 13. p. 299. In Romana fabula nominum varietatem præbent codices. Nam præter eam quam ſub contextu notavimus, Harl. Μινούσιον Ἀμβρῖνον: Mez. Ποστούμιον Ἀλβῖνον: Baſ. Ποσθύνιον Ἀλβίηνον: Jun. Μινούτιον Ἀλβίηνον: F. Pol. Schott. Anon. Μισούνιον Ἀμβλίηνον· Pro Μάιος Harl. dat Μαῖμος.

δ'. p. 306. C.] Habet quoque Stobæus VII. p. 91. Leonidæ factum nemini ignotum, auctore Herodoto, VII. 220—224. cujus narrationem alii, ſive vere, ſive ſecus, amplificarunt, veluti ipſe Plutarchus De Herod. Malign. p. 866. E. Diodorus Sic. XI. 10. Juſtinus II. 11. ad illum Weſſelingius hanc Ariſtidis citati auctoritatem memorat: quam vere reprehendit Valckenarius ad Herodot. VII. 225. De facinore Romano mendaciolum commixtum cum caſu trecentorum Fabiorum. Hujuſmodi tamen quid de Pœnorum duce Hannibale et Romanorum Fabio Maximo traditum fuiſſe colligitur ex Fragmento Æliani apud Suidam Voce Ταινίαι T. III. p. 439: Αἰλιανός· Ὁ δὲ ἐκρυέντος τοῦ αἵματος περιτραπεὶς ἐντάφιον ἑαυτῷ, τρόπον τινα, τὸ δυστυχὲς ταινίδιον ἐπήγετο· quibus verbis hanc notulam addit Lexicographus, περὶ Μαξίμου λέγει τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ, ἀποσπάσαντος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς Ἀννίβου τὸ στέμμα. Fortaſſe quoque manaverit aliquis error ex illo facto Fabii Maximi Siciliæ Prætoris, qui trecentos Carthaginienſium obſides Romam duxit: quod exſtat apud Polybium Excerpt. Legat. T. II. p. 806. edit. Erneſt.

ε'. p. 306. E—307. A.] Stobæus l. c. T. VII. p. 93. fabulam de Mida reponit, appoſita in margine Geſnerianæ editionis nota, *Calliſthenes in 2 transformat. et Plutarch:* at

Digitized by Google

in Schowiana præfcripto unice Καλλισθένους ἐν δευτέρῳ Μεταμορφώσεων. Appofuit hinc Apoftolius Proverb. I. 79. in Αἰγιστέου πέδημα· fic enim in Stobæo filii nomen editur. Callifthenis item fictum eft negotium, in celebre nomen collatum: ut item Ariftidis in facto clariffimo Curtii. De Callifthenis Metamorphofibus nollem credidiffet falfario noftro eruditiffimus Mellmannus in Commentatione de Auctoribus Metamorphof. Ovid. p. 75. Pro Ἰδαίου Διὸς Junius annotavit ἰδίου υἱέως: et pro Ταρσίου Διὸς, idem Ταρσιδίου, nulla ratione obfcuro obfcurum fubftituens: pro χῶμα dant χάσμα Ald. Baf. Xyl.

ε'. p. 307. A, B.] Græcum fabularis traditionis fidem habeat: Latinum plane monftruofum eft. *Trifimachi* ut fcriptoris nomen alibi non exftat. *Critolai* frequens, fed Ἠπειρωτικὰ et Φαινόμενα citata in Parall. θ'. ex proprio falfarii penu depromti. Adeatur Voffius Hift. Gr. III. p. 348 et 421.

ς'. p. 307. C.] De Hercule fictum ne in fabulari quidem argumento teftem habet. Poterat Achillis in Hectorem facinus imitari Alexander, aut certe imitatus fingi ab Hegefia Magnete cujus narrationem refert Dionyfius Halic. De Compofitione Cap. XVIII. p. 33. et fequitur Curtius IV. 6. Si quid hujufmodi de Hercule traditum fuiffet, credibile eft id annotaturos fuiffe Grammaticos ad Iliad. X. 398. ubi Achillis immanitatem patriis exemplis excufant Porphyrii Scholia, item Vetera et Veneta. Φουφετίου etiam dat Harleianus: idem, Ἀλέξαρχος ἐν τετάρτῃ Ἰταλικῶν, aliter habet Ἀλέξανδρος δ' ἱστορικῶν. Et Cruferio eft *Alexander:* et Gefnerum in Bibliotheca fic legiffe monet Voffius Hift. Gr. III. p. 319. *Alexarchi* tamen nomen teftimonio Servii tuens. Quis fignificetur illo ἐν τρίτῳ περὶ ποταμῶν, quærere non eft operæ pretium.

η'. p. 307. D.] Romanum celebratur: Græcum hinc retulit Stobæus, l. c. p. 92. nec aliis caret teftibus, Solino VIII. p. 18. D. et aliis quos citant J. Palmerius Exercit. p. 577. Weffelingius ad Diodor. Sic. XVI. 34. At noftер homo gemina facta ad paritatem torquet. Notavit etiam Valckenarius in Orat. De Philippo, Amyntæ filio, p. 244.

Digitized by Google

Auctores, ejuſdem ac priores officinæ. Τούσκων pro vetere Τρούσκων dat Harlei: idem Θύμβριος cum Voſſ. Jun. Petav.

θ'. 307. E.] De Icario et Erigone diſerte narrant Scholia ad Iliad. X. 29. Vetera, Veneta, Porphyriana, auctore Eratoſthene, duo priora nude ὡς ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης· poſtrema plenius, ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Καταλόγοις. Hujus carmen *Erigone* laudant alii, citati Fabricio B. G. II. p. 475. Fabulam et Apollodorus refert III. 14, 7. ad quem cognoſcantur notata Heynii. Sed Noſter tenebrio omnia turbavit: et varia lectio eſt in Jun. et Harl.—ἐπεξενώθη· ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, Κρόνος· οὗτος γὰρ γεωργοῦ τινὸς θυγατέρα καὶ τορείᾳ καλὴν οὖσαν ἐβιάζετο. Cujus iſtud ἐν τορείᾳ ex vulgato Ἐνταρίᾳ, et hoc ex Ἠριγόνῃ, natum eſt. F. adeo præbet ἐν Ταρίᾳ. Romanum, mere nugæ.

ι'. p. 308. A.] Græcum habet Stobæus Floril. Tit. XXXVII. p. 228. Romanum monſtrum exſtitit ex duobus factis in unum conflatis Decii, et Sp. Caſſii, de quo Livius II. 41.

ια'. 308. C.] Utrumque inepte diſtortum: Latinum etiam aliquot verbis truncatum: abſunt in Harl.

ιβ'. 308. D.] Romanum conſtat: Græcum non modo ementitum, ſed ſtulte ementitum. Paulo aliis verbis narratur in Harl. quæ tranſcribere non attinet.

ιγ'. 308. F.] Iole cognita in fabulis, non item innocuus de muro ſaltus: Latinum, cum auctoribus Nicia et Theophilo, unde venerunt, eo abeant.

ιδ'. p. 309. A.] Iphigeniæ decantatam rem quis ex Meryllo, nuſquam niſi in iſtius libelli officina nato, probet? Reliqua ut proxime antecedens caput. Spanhemius tamen hunc locum ut vere Plutarcheum adhibuit ad Callimachi H. Cerer. verſ. 109.

ιε'. 309. A.] Græcam hiſtoriam exhibet Stobæus Flor. Tit. X. p. 133. Geſner. p. 290. Schow. addita nota Κλειτοφῶν ἐν πέμπτῳ τῶν Ἰταλικῶν, prodito etiam puellæ nomine *Demonica*. Similis fortuna Polycritæ Mileſiæ narratur in Parthenii Eroticis IX. 364. ubi Schottus monet, hoc loco pro εἴσδοσον legendum eſſe εἴσοδον, et Σαβίνους pro Ἀλβανούς· horum prius eſt operarum vitium neſcio cujus editionis,

Digitized by Google

qua ille utebatur: alterum hujuſmodi eſt, ut ipſius ſcriptoris haberi debeat, quæ corrigere infinitum ſit.

ιε'. 309. C.] Horatiorum et Curiatiorum certamen nemo ignorat. Ad horum exemplum et ſimul ad illud Lacedæmoniorum et Argivorum, proditum ſupra, Parallelo γ', confictum eſt præſens Græcum: quod eodem auctore repoſuit Stobæus Floril. Tit. XXXVII. p. 228.

ις'. 309. F.] Ilus divinitus Palladium accepiſſe fertur teſte Apollodoro III. 12, 3. nec ejus inde caſus aut cæcitatis, aut alterius calamitatis proditur. At proditur in Romanis rebus de L. Metello Pio apud Senecam Controv. IV. 2. p. 243. Plinium H. N. VII. 44. ubi videatur Harduinus. Igitur hinc Baſ. et inde Xyl. videntur Ἄντυλος in Μέτελλος mutaſſe.

ιη'. p. 310. A.] Utrumque pervulgatum eſt facinus. De Codro multi prodiderunt, citati Simſono Chron. A. C. 1068. *Decius pater*, bello adverſus Latinos ſe pro patria devovens mortem oppetiit A. U. 415. ut eſt apud Livium VIII. 9. *filius* adverſus Gallos A. U. 455. Livio X. 28. idem feciſſe nepotem contra Pyrrhum narrat Cicero De Fin. II. 19. Senect. 12. Tuſc. I. 37. at De Offic. III. 4. Paradox. I. 3. non niſi duos hac in cauſſa recenſet. Nepos cum Pyrrho pugnaturus paternum et avitum exemplum ſecuturus ferebatur A. U. 474. nec tamen feciſſe videtur. Qua de re videatur Freinſhemius in Supplem. Liv. XIII. 36. ſeq. et Daviſius ad Cic. Tuſc. I. 37. Græcum hujus Capitis exemplum refert eodem auctore Stobæus Flor. Tit. VII. p. 92. et Harleianus, paulum a vulgato diverſa oratione. Illud in principio—ὡς—νικῆσαι, ut probam dictionem vindicare operæ pretium duxit Abreſchius Dilucid. Thucyd. T. I. p. 6.

ιθ'. 310. B.] Neutrum exemplum quidquam ſani, vel argumento vel auctoritate, habet. Dii τρόπαισι iidem ſunt qui ἀποτρόπαιοι, ut diximus ad p. 149. D. nec opus eſt cum Harlei. τροπαιοφόροις legere.

κ'. 310. D.] Græcum et Romanum facinus ex eodem fonte, alio tamen auctore prioris, memorat Clemens Alexandrinus Protrept. p. 27. C. indeque Euſebius Præp.

Digitized by Google

Evang. IV. p. 157. D: Ἐρεχθεὺς δὲ ὁ Ἀττικὸς καὶ Μάριος ὁ Ῥωμαῖος, τὰς αὐτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας· ὧν ὁ μὲν τῇ Φερεφάττῃ, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ τραγῳδουμένων· ὁ δὲ τοῖς ἀποτροπαίοις ὡς Δωρόθεος ἐν τετάρτῃ Ἰταλικῶν. Græcum celebratum, vel Euripidis fabula: clarum et Praxitheæ in hoc argumento nomen, de quo Heynius ad Apollodorum III. 15, 1. p. 846. Romanum, monſtri ſimile.

κα'. 310. E.] Græcam hiſtoriam hinc refert Stobæus Flor. Tit. LXII. p. 403. alio auctore, *Soſtrato Lib. 2, de venatione*. At *Parthenii* explorata eſt auctoritas; quippe hujus in Eroticis exſtat hæc fabula Cap. X. p. 364. docte de eo differuit Mellmannus in Comment. De Auctoribus Metamorphoſ. Ovid. p. 79. ſeq. Latinum rurſus fide caret.

κβ'. 310. F.] Fabulam de Cinyra et Smyrna hinc refert Stobæus ibidem, adſcripto nomine *Theodori*. Harleianus, omiſſo nomine, nude dat, ὡς οἱ μῦθοι βούλονται. Sane fuit argumentum notum, nunc tenemus ex Ovidio Met. X. 298. ſeq. Antonino Lib. Fab. XXXIV. Hygino CCXLII. et quos citant Meziriacus ad Ovid. Epiſt. T. I. p. 357. Heynius ad Apollodor. III. 14, 3. Romanum exemplum rurſus ex monſtrorum officina depromtum.

κγ'. p. 311. C.] Utraque hiſtoriola ἀδέσποτος, nec alibi prodita. *Jubas* notus in Scriptoribus, de quo Voſſius Hiſt. Gr. II. 4. p. 175. ὑπομνήματα περὶ Λιβύης memorans ex Athenæo III. 83. B. *Heſianax* ignotus, at *Hegeſianax* notus: itaque Amyotus reddidit, et Voſſius citavit Hiſt. Gr. III. p. 371. Romana narratiuncula fortaſſe aliquid traxit ex alia prodita in Craſſo p. 545.

κδ'. 311. D.] Græca fabula habet auctoritatem Euripidis in Hecuba: ad cujus verſum 1153. Muſgravius hoc in loco κερκίσιν corrigit.

κε'. 311. F.] Et hoc in Parallelo non niſi Græca fabula auctoritatem habet: cujus teſtes annotavit Heynius ad Apollodorum III. 12, 7.

κς'. p. 312. A.] Altheam ex Marte peperiſſe Meleagrum traditur etiam apud Apollodorum I. 8, 1. Hyginum Fab. CLXXI. Sed in venandi ſtudio compreſſam, quale quid cum reliqua de Meleagro hiſtoria ex Græco Parallelo ex-

Digitized by Google

cidiſſe, et in hoc argumentum Latini quamvis ficti deſiderare videtur: id vero nec in fragmentis ex Euripidis Meleagro nec alibi, quod ſciam, ſignificatur. Attigit Valckenarius Diatrib. in Euripid. Fragm. XIII. p. 137.

κζ'. 312. B.] De Telamonis parentibus Apollodorus III. 12, 6. Reliqua hiſtoria explicatur in Meziriaci Comment. Epiſt. Ovid. T. I. p. 246. Latinum Parallelum, ut priora, fictum.

κη'. 312. C.] Græca res celebrata vel Ovidii Epiſtola Her. XI. Canaces ad Macareum: meminit et Hyginus Fab. CCXXXVIII. et citati ibidem a Munckero. Eodem auctore appoſuit ex hoc Parallelo Stobæus Flor. Tit. LXII. p. 404. Latinum cum utroque auctore εἰς κόραξας.

κθ'. 312. E.] Ἀρίστων Ἀριστώνυμος· ſenſum ſaltem aliquem haberet, ſi ſcriptum eſſet non niſi alterum. Stobæus hanc Græcam hujus Paralleli citans Flor. Tit. LXII. p. 404. habet ſine nomine proprio Ἐφέσιος τῷ γένει ναυλίας —υἱὸς Δημοστράτου—cætera paulo diverſe—tum Ὀνοσκελίαν, et auctorem in margine *Ariſtoclis Lib. 2. Paradoxorum*, qui æque confictus ac ſupra Parall. κε'. p. 311. F. *Ariſtotelis* Paradoxa ex hoc uno loco refert Fabricius B. G. II. p. 195. Ὀνόσκελιν nomen poſterioris ætatis pro Ἔμπουσα dictum intelligimus e Scholio Ariſtoph. Eccleſ. 1048.

λ'. 312. E.] Romanum ſaltem exemplum fabulari ferebatur traditione, quod cognoſcimus ex ſimili facto Romanarum ancillarum, aliis nominibus hominum relato, a Plutarcho in Vita Romuli p. 36. E. Camilli p. 145. F. ſeq. μυθώδη fatente, indeque feſtum Ancillarum Nonis Caprotinis. Indidem fortaſſe, ut ſolet, Macrobius Saturn. I. 11. p. 239. In Græco *Sardiani* dicuntur, qui dicendi erant *Lydiæ reges:* a quorum ætate id, ſi umquam fuit, minus abhorret quam a poſteriore, quo Sardiani ſub regibus Græcis erant. Larcherus ad Herodot. I. 14. hunc locum citans, *ſi verum eſt*, inquit, *quod iſte ſcriptor prodidit, hoc factum referri debet ad bellum quod Gyges contra Smyrnæos geſſit.* Ἐλευθερία feſtum potius dicendum erat Ἐλευθέρια· quo nomine ſimilia memorantur: v. c. in Plutarchi Ariſtide p. 331. F. Heniochi loco apud Stobæum Flor. Tit.

Digitized by Google

XLI. p. 241. alios notatos Meurſio Græc. Fer. III. p. 103.

λα'. p. 313. B.] Eumolpi adverſus Athenienſes bellum, attigimus Parall. κ'. *Pyrandri* nomen et facinus ab ipſo libelli opifice fictum: Harl. exhibet Χρύσανδρος. Alia de Eumolpo tradita apud Apollodorum III. 15, 4. e Callifthenis Thracicis ſumta eſſe, quod ſuſpicatus erat hujus loci indicio Galeus p. 91. quem ſequitur Heynius p. 861. nimis patienter uterque fert noſtrum tenebrionem. Hiſtoriola Romana ex M. Manlii et Sp. Mælii rebus conflata videtur.

λβ'. 313. B.] Romuli ſaltem obitus vulgo notus: cætera et in hoc, et Græcum Parallelum finxit ipſe ſcriptor. In oratione animadvertendum εἰς τοὺς κόλπους ἔλαβον, ubi utroque loco pro ἔλαβον dant ἔβαλον Ald. Baſ. Xyl. Voſſ. F. P. T. V. B. Harl. Tum Αἴτιος Πρόκλος, fortaſſe fuit Αἴλιος Πρόκλος; idque natum ex Ἰούλιος quo vulgo proditur hominis nomen: animadvertit etiam Bryanus ad Vitas Plut. T. I. p. 76, 1. Harleianus ἀνὴρ δέ τις τῶν ἐπιφανῶν καὶ πράων καὶ Ῥωμύλου φίλων ἐξ ἀγροῦ κατιών, εἰπὼν ἐωρακέναι τὸν βασιλέα—. Et idem codex in toto hoc libello magnam lectionis varietatem præbet: quam utinam melioribus præberet in libris, ut eam notare operæ pretium eſſet.

λγ'. 313. E.] Latina res nihili: Græca de Pelope, Chryſippo, Laio, in fabulis celebrata: de qua Interpretes ad Æliani Var. Hiſt. XIII. 5. Valckenarius in Diatribe in Euripid. Fragm. Cap. III. p. 18 et 24: de tragœdia Chryſippo. Heynius ad Apollodor. III. 5, 5. p. 587.

λδ'. p. 314. A.] Et hujus paris non niſi Græcum auctoritatem habet. Nota eſt fabula de Theſeo, Phædra, Hippolyto. Multa veterum teſtimonia exhibuit Bachetus Meziriacus ad Ovidii Epiſt. Her. IV. T. I. p. 320. ſequ. Stobæus ut alios horum Parallelorum locos retulit in Florilegio, ita hunc in editionibus omiſſum, ex codice Pariſino adſcripſit margini exemplaris ſui, nunc in Bibliotheca Lugduno-Batava ſervati, H. Grotius p. 405. inde depromſit Valckenarius et argumentis tragœdiæ Hippolyti p. 4. addidit. Cæterum aliud ibi auctoris nomen proſcriptum

Digitized by Google

est Ζωπύρου ἡ Θησηΐδος, non magis certi quam aliorum in hoc libello citatorum. Quod autem apud Valckenarium editur στρόφῳ τὸν βίον περιέγραψε, in Grotii exemplari legitur βρόχῳ τ. β. π.

λε'. 314. C.] Romana res rursus nova et inaudita, de Lupercalium origine et Luperca dea: quæ significari in hac narratiuncula videntur. Huic poterat nobile exemplum apponi Iphigeniæ. Nam de Helenæ hujusmodi causa nil in fabulis proditum fuisse videtur; licet Lycophronis in Alexandra vers. 102. ubi Helenam dicit ἄνυμφον πόρτιν, huc spectare putet Meursius, et item opinionem suam reponat in Miscell. Lacon. II. 16. p. 175. Quod nobis quidem non probatur. Ex diverso hujusce tamen Parallelorum libelli exemplare videtur fluxisse fabula narrata in Tzetzæ commentario ad Lycophr. vers. 132. de Helena a Paride rapta interea dum Menelaus oraculi jussu, ab exercitu ad Trojam sedente, Spartam profectus, sacrificium patraret—. Λοιμοῦ δὲ κατασχόντος Λακεδαιμονίους καὶ μαντευομένων ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων θεὸς μὴ παυθῆναι τὸν λοιμὸν εἰ μὴ εὐγενὴς Λακεδαιμονίων ἀπελθὼν ἐν τῇ Τροίᾳ θύσοι τοῖς τάφοις αὐτῶν· κ. τ. λ. satis est documenti in similitudine verborum, narrationis quamvis præposteræ. Ab eodem exordio profectus Stobæus Flor. Tit. VII. p. 93: Λοιμοῦ κατασχόντος τὴν Λακεδαίμονα transit in narrationem de Buli et Sperthie cognitis ex Herodoto VII. 134. seq.: auctorem professus Ἐκ τῶν Θησέως. De usurpata a Spartanis religione humanarum victimarum ex Apollodoro refert Porphyrius De Abstin. II. 55.

λς'. 314. E.] Romuli et Remi negotium nemini ignotum: contra, Græcum alibi non legimus: *Nyctimus* quidem et *Parrhasius* prodita in Arcadicis nomina. Pro ἐν Ἰουλίᾳ Anonym. et Bryanus ad Vit. Plutarch. T. I. p. 72. corrigunt ἢ Ἰλίαν: idem Φαῦστος in Φαυστύλος mutandum monet.

λζ'. p. 315. A.] Græcum argumentum, pervulgatum: Latinum, inauditum.

λη'. 315. B.] Hercules ἔθυσε τὸν Βούσιριν, ut est apud Plutarchum in Theseo p. 5. B. decantata fabula; *Quis illau-*

Digitized by Google

dati neſcit Buſiridis aras: duos diverſis ætatibus cognomines in unam perſonam confuſos notat Heynius ad Apollodor. II. 5, 11. p. 419: hoc in aliis multis factum. *Faunum* quidem cum *Caco* confundi, veriſimile eſt.

λϐ'. 315. C.] Cui non item notus Phalaris, bos, Perillus? Ex hoc loco retulit Stobæus Flor. Tit. XLVIII. p. 350. adſcripto auctore in margine edit. Geſn. Latine *Dorotheï in primo rerum Sicularum*: Trincavellianæ, Δωροθέου ἐν α Σικελικῶν. Noſtro in loco ἐν δευτέρῳ Αἰτιῶν ad Callimachi Αἴτια ſpectare oſtendit Ruhnkenius noſter ad Callim. Fragm. CXIX. edit. Erneſt. Vol. I. p. 487. et Epiſtol. Crit. II. p. 182. Ægeſtanum exemplum, ut alia, monſtri ſimile: Harleianus ſine nomine urbis dat, Ἐν πόλει τινὶ τῆς Ἰταλίας· mox Σωρῖνος pro Κενσωρῖνος. Aliunde ducebatur *Æmiliorum* nomen teſte Plutarcho in Numa p. 65. D. Æmil. Paul. p. 256. A. Fortaſſe confuſus eſt commentitius hic *Æmilius Cenſorinus* cum Albanorum rege Amulio, quod nomen in majoribus illius gentis memorat Silius Ital. VIII. 298.

μ'. 215. E.] Græca fabula celebratur apud Apollodorum I. 7, 8. et citatos ibi Heynio: et geminum falſarium in libello De Fluviis p. 1152. F. Et Bachetus Meziriacus eam attigit ad Ovid. Epiſt. Her. p. 281. In Latino nil ſani: Anienem Iliæ maritum a quibuſdam proditum narrat Servius ad Virgil. Æn. I. 273. De Alexandro Polyhiſtore conſtat.

μα'. 315. F.] De Hegeſiſtrato non repugnamus, quamvis alibi ut hujus facti auctore et urbis conditore, quod ſciamus, non memorato. Nomen quidem aliquoties legitur apud Herodotum, tum etiam fauſto omine commendatum IX. 90, 91. Diverſitatem formæ in nomine urbis Ἐλαιοῦντος et Ἐλεοῦντος, notarunt Pintianus et Iſ. Voſſius ad Melam II. 2, 95. Dukerus ad Thucyd. VIII. 103. Præſentem locum ſpectare videtur Scholiaſtes Ariſtoph. Plut. 383: ἱκετηρία ἐστὶ κλάδος ἐλαίας ἐρίῳ λευκῷ περιειλημένος, ὡς Πλούταρχος ἐν Παραλλήλοις φησί. Hemſterhuſius, *nihil, ut opinor,* inquit, *aliud in illo libello quod ad hanc rem pertineat.* At Scholiaſtes ſpectavit verba in Vita Theſei p. 7. F.

Digitized by Google

10. B. et alibi ἱκετηρίας fit mentio v. c. Pompeio, p. 633. C. F. Virt. Mulier. p. 251. E. 262. E. Ariſtides T. II. p. 381. Ælian. Var. Hiſt. III. 26. Porphyr. Antr. Nymph. §. 33. Telegoni res tractat Meziriacus ad Ovid. Ep. Her. T. II. p. 100. ſeq. Agyllinam quidem, Tuſculum, Tibur, condidiſſe dicebatur: Præneſtis conditor ferebatur *Cæculus*, ut eſt apud Virgilium Æn. VII. 681: ubi Servius hanc originem nominis memorat: *Præneſte locus eſt haud longe ab Urbe, dictus ἀπὸ τῶν πρίνων, id eſt, ab ilicibus, quæ illic abundant.*

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM,

DE FORTUNA ROMANORUM.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΤΥΧΗΣ.] Habet Lampriæ Catalogus Num. CLXV. Damophilus Bithynus memoravit hinc dictum Plutarchi nomine, proditum p. 316. E. laudatus Evagrio Hiſt. Eccleſ. VI. 1:—*τύχη καὶ ἀρετὴ—σπεισαμένας συνελθεῖν.* Et in Arſenii Violeto citatur ſub nomine Plutarchi, omiſſo tamen libri titulo, locus qui eſt p. 317. C: *Νυνὶ δέ μοι δοκῶ—λαφύροις.* Sed ut a nemine Veterum hic liber citaretur, Plutarchi eum eſſe materia et oratio arguit: parilitas etiam locorum cum aliis libris: v. c. de Sylla ejuſque victoriæ monumentis p. 318. D. *παρ' ἡμῖν ἐν Χαιρωνείᾳ·* quod eſt item in Vita Syllæ p. 473. D. Et eſt ex juvenilibus Plutarchi ſcriptis, et rhetorico genere, ut item duo proximi *De Alexandro*, et *De Athenienſibus;* quo de genere diximus in Diſputatione de Spuria Auctoritate libelli De Educatione, ſub finem p. 37. et ſequ. De hoc et duobus proximis libellis item fere, ac nos, judicavit vir magnus Joſias Mercerus ad Nonium Marc. p. 142. judicio ſuo clauſulam ſubjungens hanc: *Verum de tota ea re erit alius dicendi locus.* Qui locus an ab eo tractatus produtuſque exſtet, ignorare me fateor. Deeſſe quædam in fine libelli, res ipſa oſtendit: quorum

Digitized by Google

argumentum an tale fuerit, quale Reiskius ait, affirmare non audeo, de libello, cujus scriptor in suo ipse instituto turbavit. Quæstio illis temporibus agitata, utrum Virtuti an Fortunæ initia et incrementa tanti imperii debeantur: Græcis fere secundum *Fortunam* judicantibus: ut hoc in libello factum est; nisi ea pars, quæ intercidit, *Virtutis* vindicias habuit. Causam attigit Is. Casaubonus ad Polybii I. 4: in qua omnino adversarii ac rivales invicem fuerunt Græci et Romani: quorum hi illis imperii sui magnitudinem, illi his Alexandrum et Athenienses opponebant: quod proximis in libellis distertius explicabimus.

p. 316. C. Αἱ πολλοὺς πολλάκις ἠγωνισμέναι καὶ μεγάλους ἀγῶνας Ἀρετὴ καὶ Τύχη—] Certamina intelliguntur earum non *in rebus gerendis* invicem adversantium, sed *de rebus gestis* litigantium, laudem causamque effectionis utraque sibi vindicante: qualis est ὁ παρὼν ἀγών, *præsens certamen*, quod in hoc libello, tamquam coram judicibus ac testibus, agunt: qualiaque de aliis civitatibus virisque egerunt, de quibus quæritur Virtutine an Fortunæ plus debuerint: veluti Assyriorum, Persarum, Ægyptiorum, Carthaginiensium imperio; Semiramidis, Cyri, Sesostris, Hannibalis, aliorum, rebus gestis. Ergo est ἀγὼν *judicialis*, quo sensu et verbum ἀγωνίζεσθαι frequens est. De *opere* et *facto* dicitur aliquanto rarius. Cujusmodi dixit Polybius in hac ipsa re, de incrementis imperii Romani: τὸ κάλλιστον ἅμα καὶ ὠφελιμώτατον ἐπιτήδευμα τῆς Τύχης· πολλὰ γὰρ αὕτη καινοποιοῦσα καὶ συνεχῶς ἐναγωνιζομένη τοῖς τῶν ἀνθρώπων βίοις, οὐδέπω τοιόνδ' ἁπλῶς οὔτ' εἰργάσατο ἔργον, οὔτ' ἠγωνίσατο ἀγώνισμα. Plutarchus De Amicor. Multitud. p. 94. C: εἰς ἀγῶνα ἁπάσης τύχης. De Genio Socr. p. 575. C: ἀγῶνες ἀρετῆς καὶ τύχης, quasi adversariarum, declarantur. Julian. Or. I. p. 23. B. Sed hoc loco unice valet ἀγῶνος significatio *judicialis:* cujus tam frequens est usus, ut nil attineat exempla apponere. Et hoc verbo monere satis est, Τύχης nomine contineri omnem rerum actionumque efficientiam, quæ a Virtute disjuncta, nec in hominis potestate posita est; sive illa ut casus et temeritas, sive ut divina providentia informetur. Si quis autem desideret reprehensionem cæcitatis

Digitized by Google

Veterum hac in re, laudationemque aciei luminisque hodiernorum, huic ipsi cæco Amyoti argumentum satisfaciet.

316. C. ἀρετὴ μὲν, ὡς καλὸν, ἀναφελὲς δέ] De hac opinione, ejusque contraria, *virtutem et honestam et utilem esse*, dictum est et a Spanhemio ad Juliani Or. I. p. 19. C. et a nobis in Bibliothecæ Crit. Vol. III. Part. II. p. 18 et seq. ubi monuimus, hoc loco post καλὸν, addendum esse μέν.

316. D. Ἴων] Idem dictum exstat in Sympos. VIII. 1. p. 717. B: ἔφη γὰρ οὐ φαύλως Ἴωνα εἰπεῖν περὶ τῆς τύχης, ὅτι πολλὰ τῆς σοφίας διαφέρουσα, πλεῖστα αὐτῇ ὁμοια ποιεῖ. De Ione Chio nobili Tragœdiæ poeta et solutæ orationis scriptore Fabricius B. G. I. p. 683. ante hunc Bentleius Epist. ad Mill. p. 50: postea Toupius Epist. Crit. p. 104. A simili notatione fluxit Agathonis sententia apud Aristotelem memorata De Morib. ad Nicomach. VI. 4: Τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην.

316. D. προσκοσμοῦσιν] Videtur aliquid deesse; siquidem verbum hujusmodi constructionem postulat, ut dicatur προσκοσμεῖν τινί τι: in Stephani Thes. omissum annotavit Scottus ex Josepho Ant. Jud. XV. 10, 3. p. 776: τοῦτον ἐπισημότατον ὄντα τὸν τόπον καὶ τῷ ναῷ προσεκόσμησεν, ὃν ἀφιέρωσε Καίσαρι· et credibile est in quibusdam Plutarchi locis obliteratum ferri: v. c. in Cæsare p. 738. F: Πομπηΐου δὲ ἀνάθημα γεγονὼς τῶν προσκεκοσμημένων τῷ θεάτρῳ· *donarium Pompeii ex eorum numero quæ ornamenti causſa addiderat theatro*: vulgo editur προκεκοσμένων. ibid. 722. B: τὴν βασιλικὴν ἐκεῖνος, ὀνομαστὸν ἀνάθημα, τῇ ἀγορᾷ προσεκόμισεν· rectius legatur, προσεκόσμησεν. Cleomene p. 807. D: Αυδιάδας ὁ καθέμενος τὴν τυραννίδα, καὶ τοῖς πολίταις ἀποδοὺς τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν πόλιν προσκομίσας Ἀχαιοῖς· legendum καταθέμενος et προσκοσμήσας. Arato p. 1038. D. eadem ratione τοῖς Ἀχαιοῖς προσκομίσαι τὴν πόλιν· *civitatem adjungere fœderi Achæorum*, legendum προσκοσμῆσαι. In præsenti loco Harl. et P. dant προσκεκοσμοῦσιν.

316. E. Πλάτων] In Timæo p. 526. E: ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι (ὁ κόσμος) καὶ σῶμα ἔχων. p. 527. F: πυρός τε καὶ γῆς, ὕδωρ ἀέρα τὲ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς—ξυνέδησε καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν.

Digitized by Google

316. E. *τύχη καὶ ἀρετή—σπεισαμένας συνελθεῖν.*] Hanc ſententiam Plutarchi nomine laudavit Damophilus, ex quo eam retulit Evagrius Hiſt. Eccleſ. VI. 1: *Δαμόφιλος μὲν φησὶ τὰ κατὰ Ῥώμην ἀναγράφων, Πλούταρχον τὸν Χαιρωνέα σαφῶς εἰπεῖν, ὅτι διὰ ταύτην μόνην ἐσπείσαντο πρὸς ἀλλήλας ἀρετή τε καὶ τύχη.* Hunc Julianus Imp. in Miſopogone p. 358. C. ex aliorum libris ſuaviſſimos lectu ipſum libros compoſuiſſe, et ex Plutarcho etiam locos adſciviſſe ſcribit. Suidas in *Δαμόφιλος* ejus pueritiam ad Marci Antonini ætatem refert.

p. 317. A. *Δημόκριτος*] Alio in argumento dixit, ut apparet ex gemino Plutarchi loco De Amore Prolis p. 495. E: *ὁ γὰρ ὀμφαλὸς πρῶτον ἐν μήτρῃσιν, ὥς φησι Δημόκριτος, ἀγκυρηβόλιον σάλου καὶ πλάνης ἐμφύεται.* De vocabulo et forma *ἀγκυρηβόλιον*, præter Stephanum Theſ., quædam notavit Iſ. Caſaubonus, in noſtro loco perperam *Heraclitum* pro *Democrito* memorans ad Strabon. III. p. 240. C. Idem eum hiſtoriæ adhibet, indeque interpretatur ad Polybium I. 4. T. I. p. 747.

317. A. *Ὡς γὰρ οἱ φυσικοὶ—*] *Phyſicos* dicit non modo Ionicos veteres, aut Democriteos, Stratonicos, Epicureos, ſed univerſe omnes qui hanc partem tractarunt philoſophos, excepto tamen Ariſtotele, qui mundum *ſemper fuiſſe* ſtatuit: nam nec a Platonis ratione abhorret iſtiuſmodi elementorum pugna, quamvis ea proportione et modo in concordiam redacta dicat. Plura notabimus ad Placit. Philoſ. I. 4. quæ deſcriptio comparatur huic loco et Lucretio V. 417. Ovidio Met. I. 1—30. Pro *ὑπολήψεις* Mez. maluit *ἀντιλήψεις*, et *φορᾶς* pro *φθόρου*. Ad *κόσμον οὐκ εἶναι κόσμον* Margo Voſſ. habet hoc Scholion, "*κόσμον ἄκοσμον*, "*ὡς Σίβυλ . . . Ἔσται κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀνθρώπων.*" Et Latina verſio Budæi. Gemina eſt præſenti loco comparatio in Plutarchi Fragm. De Anima I. 1: *Τὸν μὲν γὰρ κόσμον οἱ φυσικοὶ λέγουσιν ἐκ τεττάρων σωμάτων πρώτων καὶ μεγίστων συνηρτῆσθαι, κατ' ἀντίθεσιν καὶ ἀντίταξιν ἀλλήλοις ἄνω καὶ κάτω φερομέναν καὶ ῥεπόντων· τὴν δὲ κακίαν καὶ ἀκοσμίαν τὴν ἐν ἡμῖν τέσσαρα πάθη τὰ πρῶτα κινεῖ καὶ διαφέρει πρὸς τοὐναντίον ἀτάκτως καὶ ἀλόγως.* Dione p. 962. B: *τὸ πᾶν ἡγουμένῳ πειθόμενον ἐξ ἀκοσμίας κόσμος ἐστί.* Sic in dicto Demonactis ap.

Digitized by Google

Anton. et Max. p. 141. quod Euclidi adſcribitur in Arſenii Violeto Titul. Ἡσυχίας. Cæterum, Sibyllinus verſus exſtat apud Lactantium Inſt. Div. VII. 16.

317. C. Νυνὶ δέ μοι δοκῶ—λαφύροις.] Arſenius in Violeto retulit, cujus loca Plutarchea repetiit eruditiſſimus vir Chr. Fred. Matthæi ad calcem libelli De Vitioſo Pudore p. 128.

317. C. Ἀλλὰ τῆς μὲν Ἀρετῆς—Τῆς δὲ Τύχης] Satis apparet imitatio exempli Xenophontei de Hercule Prodicio et duabus ei ſuadentibus Deabus: Memor. Soc. II. 1, 21.

317. D. Ἄνδρες ἀρηΐφατοι] Odyſſ. Λ. 41.

317. D. Λούκιοι—Κέστλας] Præter notata in Emendationibus, etiam hæc ſunt corrigenda Κούριοι—Σκευόλας· poſterius ita dant Baſ. Xyl. Mez. et margo Voſſ. .

317. E. Βριθὺς ὁπλιτοπάλας—] Æſchyli ex perdito dramate verſus aliquoties citatus Plutarcho: De Fortun. et Virt. Alex. II. p. 354. D. Cicerone p. 887. B. Sympoſ. II. p. 640. A. Euſtathius ad Iliad. E. p. 513. citat ἀντιμάχοισι· ſatis erat ἀντιμάχοις· quamquam ἀντιπάλοισι præbent Pol. Schott. Jannot. Anon. in Harleiano totus hic verſus abeſt. Retulit Grotius in Excerpt. Trag. p. 55. et Stanleius in Fragm. Æſchyl. T. II. p. 650.

317. E. οἱ Σπαρτιᾶται τὴν Ἀφροδίτην] Hoc argumentum erudite illuſtravit Larcherus in libro Gallice ſcripto, Commentatione de Venere, *Mémoire ſur Vénus* p. 218.

p. 318. A. Οὐ μὲν γὰρ ἀπευθὴς κατὰ Πίνδαρον—Ἀλκμάν] Horum locorum unica eſt, quod ſciam, hæc mentio. Pindari locum in Fragmentis retulerunt Schneiderus p. 82. Heynius p. 95: quod pro μὲν γὰρ ἀπευθὴς exhibet codex Petav. μεγαπενθὴς, habent quoque B. E. Voſſ. Jannot. ex his B. et Voſſ. vulgatam in margine gerunt antiqua item manu: Harlei. μεγαροπευθής: nec diſplicet mihi Reiſkii ἀπειθὴς, propter ſequens Πειθοῦς ἀδελφή. Alcmanis dictum ex hoc loco repoſuit Fulvius Urſinus in Lyricor. Fragm. p. 72. in Pindari dicto ipſe quoque μεγαπενθὴς exhibens, quod et Amyotus reddit *trouble feſte*. Alia ad hujus argumenti rationem annotat D. Heinſius ad Heſiodi Ἐργ. 80. p. 28. de Pandora. Fortunæ imaginem deſcriptam operæ pre-

Digitized by Google

tium eſt cognoſcere apud Dionem Chryſ. Or. LXIII. p. 591. C, D. et Galenum in Protreptico, cap. II.

318. B. Παῦλος Αἰμυλιος—ἄτρωτον στρατὸν ἄγων καὶ νίκην ἄδακρυν] Hoc declamatorie magis dictum quam vere: non modo ipſe Plutarchus in Æmilio Paulo p. 268. E: τῶν δὲ Ῥωμαίων ἔπεσον ὡς μὲν Ποσειδώνιος φησὶν, ἑκατὸν, ὡς δὲ Νασικᾶς, ὀγδοήκοντα. Livius XLIV. 42: *ex victoribus ceciderunt non plus centum.* Sic et Eutropius IV. 7. Pauci quidem pro multitudine hoſtium. Sed ἄδακρυς νίκη dicitur in qua nemo ex victore exercitu cadit: qualis fuit Archidami de Arcadibus, de qua hoc nomen adhibuit Oraculum, ut eſt apud Diodor. Sic. XV. 72. et alios citatos Meurſio De Regno Laced. XIX. p. 84.

318. B. Μέτελλος ὁ Μακεδονικός] Cicero Fin. V. 27: *Q. Metellus tres filios Conſules vidit, e quibus unum etiam et cenſorem et triumphantem, quartum autem Prætorem.* Tuſc. I. 35. Velleius Pat. I. 11, 7: *Mortui ejus (Metelli) lectum pro roſtris ſuſtulerunt quatuor filii: unus conſularis et cenſorius, alter conſularis, tertius conſul, quartus candidatus conſulatus: quem honorem adeptus eſt. Hoc eſt nimirum magis feliciter de vita migrare quam mori.* Valerius Max. VII. 1, 11. Plinius Hiſt. Nat. VII. 11 et 45. Ad illos locos conſulantur interpretes et Burmannus de Stemmate Metellorum ad Vellei. Pat. II. 3: noſtraque notata ad hujus Apophthegmata p. 201. F.

318. C. Αἰμύλιος Σκαῦρος] Atqui fuit e gente Æmilia, patricia majorum gentium. Aurelius Victor. De Vir. Illuſtr. LXXII: *M. Æmilius Scaurus nobilis, pauper; nam pater ejus quamvis patricius ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.* Cicero Or. Pro Muræna, 7: *Scaurus memoriam prope intermortuam generis ſui virtute renovavit.* Similis fuit origo et gens L. Cornelii Sullæ: ut conſtat ex Plutarcho in Ejus Vitæ initio p. 451. C, D. Hujuſmodi vir an proprie dictus ſit *homo novus*, καινὸς ἄνθρωπος, ſubdubito. *Princeps Senatus* ſubinde cognominatur: veluti Valerio Max. VIII. 5, 2. Aſconio Ped. in Argumento Cic. Orat. Pro M. Scauro. Græcis in more Romano ſignificando dicitur προγράφεσθαι τῆς βουλῆς, apud Plutarchum Æmil. Paulo

Digitized by Google

p. 275. E. reſtituendum in Catone Maj. p. 345. F: προσέγραψε μὲν οὖν τῇ Συγκλήτῳ τὸν συνάρχοντα καὶ φίλον, Λεύκιον Οὐαλέριον Φλάκκον. ſic vulgo, quod mutandum in προέγραψε —τῆς Συγκλήτου. Q. Flaminino p. 379. B: τὸν μὲν προέγραψε τῆς βουλῆς· vulgatur προσέγραψε. Tib. Gracch. p. 825. D: προγεγραμμένος κατ' ἀξίωμα τῆς Ῥωμαίων βουλῆς. Attigit Valeſius ad Polybii Excerpt. T. III. p. 189.

318. C. Νικοπόλεως τῆς ἑταίρας] Plutarchus in Sylla p. 452. B.

318. D. Σοφοκλέους] Œdip. Tyr. 1090.

318. D. Ῥωμαϊστὶ μὲν Φήλιξ—] Geminus eſt locus in Vita Syllæ p. 473. D: ἐκέλευσεν ἑαυτὸν ἐπὶ τούτοις Εὐτυχῆ προσαγορεύεσθαι· τοῦτο γὰρ βούλεται ὁ Φήλιξ μάλιστα δηλοῦν· αὐτοῖς δὲ τοῖς Ἕλλησι γράφων καὶ χρηματίζων ἑαυτὸν Ἐπαφρόδιτον ἀπηγόρευε· καὶ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς τροπαίοις οὕτως ἀναγέγραπται, Λεύκιος Κορνήλιος Σύλλας Ἐπαφρόδιτος. Conferatur Appianus Bell. Civ. I. 97. Diodorus Sic. Excerpt. T. II. p. 541. Helladius ap. Phot. p. 1588. ad eumque Meurſius p. 59.

318. D. κατὰ Μένανδρον] Eamdem nomine Menandri ſententiam adhibet Plutarchus Symp. III. 6. p. 654. D. Scholiaſtes Theocriti II. 10. unde Grotius in Excerpt. p. 755. retulit Ὦ νὺξ σὺ γὰρ δὴ πλεῖστον Ἀφροδίτης ἔχεις· quem ſecutus eſt Clericus p. 262. et Toupius ſine dubio ita legendum affirmavit in Emend. Suid. T. II. p. 46. et ad Theocritum l. c. T. I. p. 210.

318. D. Μάρκελλος τὸ Οὐϊρτοῦτις τε καὶ Ὀνῶρις] *Marcello* tribuit in Ejus Vita Plutarchus p. 314. C. Livius XXVII. 25. XXIX. 11. Valerius Max. I. 1, 8. Cicero Verr. IV. 54. Nat. Deor. II. 23. At idem Or. Pro Sextio 54. *C. Marium* perhibet auctorem templi, item Vitruvius III. 1. VII. Præfat. Feſtus: *Summiſſiorem aliis ædem Honoris et Virtutis C. Marius fecit; ne ſi forte officeret auſpiciis publicis, augures eam demoliri cogerent.* Diverſas duas Marcelli et Marii ædes iiſdem Numinibus dicatas, intelligit Roſinus Ant. Rom. II. 18. p. 167. ſeq. De Marii dedicatione Inſcriptionem apponens ex *Epigrammatum libro*, ut ait, quæ eſt apud Gruterum CCCCXXXVI. 3: ibidem C. 4. alia eſt VIRTUTI ET HONORI L. ULPIUS MARCEL-

Digitized by Google

LUS. LEG. AUG. PR. PR. PANNON. INF. V. S. Cæterum hinc apparet quæ fit cauſſa in varietate lectionis librorum noſtrorum E. Harl. Jannot. Petav. qui pro Μάρκελλος exhibent Μάριος. Nam quod mox p. 322. C. in eadem re, Marcelli nomen ponitur; eſt ille locus perperam hinc a librario repetitus.

318. D. Μέντις—Σκαῦρος Αἰμύλιος] Cicero Nat. Deor. II. 23. Nomen Αἰμίλιος ſcribitur hoc et aliis locis in Harl. et Petav.

318. E. τὴν Τύχην τῇ Ἀνδρείᾳ παρωνόμασεν] τῇ Τύχῃ τὴν Ἀνδρείαν π. quod præbet B, dat quoque Harl. Pro παρωνόμασεν maluimus παρωνόμασαν ut Mez. neque enim Ancus rex nomen *fortunæ* primus inſtituiſſe putandus eſt, ſed univerſe Latini. Eſt autem *fortuna* παράνυμον *fortitudinis*. Attamen infra p. 322. D. ubi hic locus repetitur, dicitur τὸ τῆς Ἀνδρείας Τύχης ἱερὸν ὑπὸ Μαρκίου Ἄγκου—ἱδρυθὲν καὶ ὀνομασθέν· nec tamen inde efficitur ut vel alterutro loco vera, vel utroque lectio vitiata ſit. Illud apparet, poſteriore loco perperam Ἀνδρείαν Τύχην factam eſſe ex ea quæ *Fors Fortuna* dicitur; ſiquidem non conſtat Fortuna *Fortis, Virilis* Fortuna eadem eſt quæ Ἄρρην *Maſcula*, et ad Servium Tullium pertinet: de quo p. 323. A. Conſulendus quoque B. Briſſonius De Formul. I. 87.

318. F. πρὸ Καμίλλου] Videtur delendum: et omittitur p. 322. D.

318. F—319. A. Γυναικείας Τύχης—] In Vita Coriolani p. 232. A. Dionyſius Hal. VIII. 58. Valerius Max. I. 8, 4. verbo Livius II. 40. Lactantius D. I. II. 7, 2.

p. 319. A. Φούριος Κάμιλλος] Plutarchus in Ejus Vita p. 144. D. Cicero Divinat. II. 32. Varro apud Gellium XVI. 17. Livius V. 32, 50. Dicit Φήμης καὶ Κληδόνος, *Aium Locutium:* De illis notavimus in Bibl. Crit. III. 1. p. 60.

319. A, B. Φόρτικαν] Φόρτιν dant Baſ. Xyl. Φόρτην margo Voſſ. Φόρτημ Mez. Cæſarem Populo R. hortos ſuos trans Tiberim ſitos teſtamento legaſſe, novimus ex Suetonio in Cæſare, 83. Dione Caſſio XLIV. 35. De hoc Plutarchi loco diligenter ac docte diſſeruit B. Briſſonius De Formulis

Digitized by Google

I. 87. probans nobis hanc non eamdem fuiſſe, quae *Fors Fortuna* a Servio Tullio ad Tiberim, ſed poſt C. Jul. Cæſarem a Germanico Cæſare in his Hortis dicata ſit, teſte Tacito Annal. II. 41.

319. B. Περὶ δὲ Γαΐου Καίσαρος—,] Non aptus eſt tranſitus, quaſi ad alium Cæſarem, atque eum, de quo dixerat: malim ita ſcriptum eſſet Ἐπεὶ γε Γαΐον Καίσαρα—. Hujus hiſtoriæ auctores annotavimus ad Apophth. Reg. et Duc. θ. p. 206. C. *Sabinus* in ejus ducibus memoratur ab ipſo Bell. Civ. III. 55 et alibi.

319. C. τῷ πνέοντι] Abeſt in Ald. Baſ. Xyl. B. E. Voſſ. P. adeſt in Schott. Jannot. Anon. unde ſumſit Stephanus. Harlei. dat μὴ πτήσσων ὅτι. Quod φέροντι in noſtris conjecturis poſuimus, pro *vento ferente* accipi voluimus: qua de ſignificatione diximus ad p. 95. B.

319. D. ἄρξας τέσσαρα—] Collat. Muret. Schott. Anon. Mez. T. V. B. interpoſitum exhibent γῆς καὶ θαλάττης.

319. D. ηὔξατο τοῖς θεοῖς] Notavimus in Apophthegm. ι'. p. 207. E.

319. E. καταβαλοῦσα — κατέλιπεν] Vulgo—καταβαλοῦσα, τούτους ἀναβῆναι μόνον, δι' ὧν ἀνέβη μόνον, κατέλιπεν. In his B omittit ἀναβῆναι μόνον. Harlei. omittit δι' ὧν ἀνέβη μόνον. Utroque modo ſenſus juvatur.

319. E. καὶ Μάρκῳ] Quem velit Marcum non apparet. Poterat Antonius uterque M. et L. memorari, item Sex. Pompeius. Sed mox in hujus ſententiæ interpretatione non niſi *Antonium* dicit. Aut hoc ſpurium eſt; aut aliquid germanum excidit.

319. F. περὶ ἣν ὡς ἕρμα κατέδυ] ἕρμα abeſt in B. et Voſſ. at in hujus margine ἅρμα. Vulgata lectio eſt exquiſitæ dictionis, adhibitæ etiam Platoni Rep. VIII. p. 495. D: ὅταν αὐτοῦ παῖς γενόμενος, τὸ μὲν πρῶτον ζηλοῖ τε τὸν πατέρα καὶ τὰ ἐκείνου ἴσχνη διώκῃ· ἔπειτα ἴδῃ αὐτὸν ἐξαίφνης πταίσαντα, ὥσπερ πρὸς ἕρματι, πρὸς τῇ πόλει, καὶ ἐκχέαντα τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτόν, ἢ στρατηγήσαντα, ἢ τιν' ἄλλην μεγάλην ἀρχὴν ἄρξαντα· κ. τ. λ. Ex re nautica ductum. Dio Caſſius XLIII. 31: εἴ γε μὴ προκαταφυγὼν ἐς τὴν γῆν ἀγκύρας εἰς τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἄλλας πρὸς ἄλλαις προσενεβεβλήκει, καὶ περὶ αὐτὰς οἱ πρῶτοι τῶν δικόν-

Digitized by Google

τῶν σφᾶς ὥσπερ περὶ ἕρμα ἐπταίκεσαν, πᾶν ἂν τὸ ναυτικὸν ἀπολωλέκει. Universe notat *firmamentum, fulcrum, retinaculum:* hinc et *suburram navis* et *palos, crepidines*, infra superficiem maris latentes, *scopulos:* ut fere interpretes hoc loco reddiderunt: sed VII. Sap. Conviv. p. 163. A. reddi potest *statio*, ut fecit Xylander, sed et *septum, agger.* Dio Chrys. Or. III. p. 47. C: τῷ δὲ κυβερνήτῃ ἀνάγκη μὲν ὁρᾶν πρὸς τὸ πέλαγος—οὐ μὴν οὐδὲ τὰ ἐν τῷ βυθῷ χρὴ λανθάνειν αὐτὸν, ἢ λήσεται περιπεσεῖν ὑφάλοις πέτραις, ἢ ἀδήλοις ἕρμασι. Or. XII. p. 217. C: στερεὸν ἕρμα legendum pro στερεὸν ἔργμα. Harpocration Ἑρμάς· ὕφαλος πέτρα· vix dubium quin sit librarii error pro Ἕρμα. Hesychius, Ἕρματα·—ὕφαλοι πέτραι. In simili sententia comparationem ἕρματος omisit Philo Jud. De Somniis p. 1128. D: ἐν αὐταῖς τοῦ βίου ταῖς δυσμαῖς ἐξοκείλαντες, ἢ περὶ γλῶτταν ἄθυρον, ἢ περὶ γαστέρα ἄπληστον, ἢ περὶ τὴν τῶν ὑπογαστρίων ἀκράτορα λαγνείαν. Ad eamdem rationem accipiendus Lysias apud Athen. XIII. p. 612. D: περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον ὡς περὶ στήλην διαφθείρονται. De hac notione dixit Fischerus ad Anacreontis Fragm. XXXVIII. p. 372. de eadem et aliis significationibus ἕρματος notavit quædam H. Stephanus Thes. Gr. L. T. I. p. 1143. Alteram illam *firmamenti* et *fulcri*, compluribus tralationibus frequentem, alibi attingemus.

319. F. Λέγεται δὲ πολλῆς—μεταβᾶσα πρὸς αὐτόν.] Eadem res iisdem fere verbis narratur a Plutarcho in Ant. p. 930. D.

p. 320. A—F.] Hæc rhetorice hoc loco explicita, magis historice narrantur in Vita Romuli p. 19—21. Res decantata: partim eam attigimus Quæst. Rom. κα'. p. 268. E. In fratrum fatu, ut in Herculis, longam noctem et eclipsin fuisse, item rhetoricum est, et fuerit proditum, ut alia de hoc ortu, tamen ab historicis, ne ut fabulam quidem, memoratam meminimus. Quod vulgatur περιέπτυξε, probum et ab omnibus libris firmatum, excepto Petaviano, ex quo annotatum est περιέστηξε· quod miror placuisse Abreschio Dilucid. Thucyd. p. 562. Ibidem τῶν σκύμνων ἀπολωλότων, αὐτὴ χρ. concinnius fit, τ. σκ. ἀπ. αὐτῇ, χρ.

320. F. Θεμιστοκλέους] Notavimus Quæst. Rom. κε'. p. 270. B. Pro ὑστέραν B dat ὑστεραίαν.

Digitized by Google

p. 321. D. συνήθειαν] Forte, συνέχειαν.

321. E. δρυάδων] Haud temere nobis videmur monuisse δρυόχων legendum esse: qua de voce satis est lectores ablegasse ad Ruhnkenii annotationem in Timæum Voc. Δρύοχοι· δρυόχους ἐν Τιμαίῳ καλεῖ τὰ στηρίγματα τῆς πηγνυμένης νηός. Adhibeatur Basilius in Naumachicis ap. Fabric. B. G. VIII. p. 139. Voss. aliquantum accedit dans δρυῶν.

321. E. ἐπέσχε] ἔσχε item dat Harl.

321. F. Μούλιος—Σίλων—Τελεσῖνος] Et Harl. dat Μουΐλος. Ex historia Belli Marsici et Civilis cogniti, C. Papius Mutilus, Q. Pompædius Silo, Pontius Telesinus: horum et Plutarchus meminit in Mario p. 424. D. Sylla p. 470. E.

p. 322. A.] Conferendus Plutarchus in Numa p. 73. A. B. Dionysius Hal. A. R. II. 76.

322. B. πολέμου τύχην] Immo πολέμου πύλην ut in Numa p. 73. A. ubi item de Jano ter clauso.

322. B. Τίτου] Mez. Τίτου Μανλίου· ut in Vita Numæ p. 73. A.

322. C. ἡσυχίας τῆς Νουμᾶ προσίστορηται.] εὐτυχίας præter B, E, dat quoque Mez. Porro pro vetere προϊστόρηται reddidimus προσιστόρηται ex E, Voss. Harl. Xyl. qui vertendo item expressit. Καντάβρων etiam habet Harl. et Xyl.

322. C. φερέπολιν] Hoc quidem, Pindari esse intelligimus ex Pausania IV. 30: ἦσε δὲ καὶ ὕστερον Πίνδαρος ἄλλα τε εἰς τὴν Τύχην, καὶ δὴ καὶ φερέπολιν ἀνεκάλεσεν αὐτήν.

322. C. Ἔξεστι δὲ οὕτω—] Temere hoc ex antecedentibus repetitum etiam notavit Jos. Mercerus ad Nonium Marcell. p. 142. quamquam ab eo dissentimus, quod hanc iterationem non librario, sed Plutarcho, *ejus ipsius declamationis aliud meditamentum facienti*, tribuit.

322. E, F. Σέρβιος δὲ Τούλλιος—Φενεστέλλαν—] Exposuimus ad Quæst. Rom. λς'. p. 273. B. φαινεστέλλαν est in E. et Harl.

322. F. ΠΡΙΜΙΓΕΝΕΙΑΣ—πρωτογονοῦν] Auctorem scripsisse πρωτογόνου verisimile est. De *Fortuna Primigenia* Cicero Leg. II. 10. Livius XXXIV. 53. ubi plura docent

Digitized by Google

interpretes. A Servio rege dedicatam narrat Plutarchus item Quæſt. Rom. ρς'. p. 289. B.

322. F. Ὀψικουέντης] B, E. Ὀψεκουέντις. Harl. Ἔντης. Eamdem vocat μειλιχίαν Quæſt. Rom. οδ'. p. 281. D. Memoratur apud Plautum Afinar. III. 3, 126. Inſcriptionibus apud Gruter. LXXV. 6, 8. CCL. *Vicus Fortunæ Obſequentis* Regione I Urbis: item P. Victori. Et in Nummis frequens.

322. F. Ἰδίας Τύχης] Hanc nominat in Quæſt. Rom. οδ'. p. 281. E. non exſtat apud P. Victorem De Reg. Urbis R. in Reg. X. quæ eſt Palatii, nec alibi quod ſciam. Dionyſius Hal. IV. 27. non niſi duas Fortunæ a Servio Tullio ædes dicatas tradit, alteram in Foro Boario, alteram ad Tiberis ripam Τύχης ἀνδρείας.

322. F. Ἰξευτρίας] Quæſt. Rom. οδ'. p. 281. E. alibi legere nos non meminimus. Fortaſſe ſit eadem quæ P. Victori Reg. Urb. Rom. X. Palatii, eſt *Fortuna Vicina:* ut vel apud hunc, vel Plutarchum, error ſit.

322. F. παρὰ δὲ τὴν Μουσκώσαν—Παρθένου Τύχης ἱερόν ἐστιν·] Hæc a proximis puncto erant disjungenda: in omnibus editionibus perperam continuantur. *Virgo Fortuna* eſt apud Nonium Voce *Undulatus* ex Varrone, p. 189. Arnobium Adv. Gent. II. p. 91. *Virginalis*, ubi videatur Def. Heraldus. *Muſcoſi fontes* cognominantur Virgilio Ecl. VII. 45. proprium nomen alibi non legimus: Μουσικώσαν quod eſt in Ald. B, E. Voſſ. Harl. non probandum. Quid ſi hæc *Fortuna* cum *Fonte et Aqua Virgine*, aut conjuncta fuit antiquitus, aut a Plutarcho confuſa?

p. 323. A. Ἀβησκύμαις] Non ſolum Mez. ſed etiam Joſias Mercerus ad Nonium Marc. p. 142. corrigendum monuit Αἰσκυλίαις *Eſquiliis*, et *Fortunam Reſpicientem* intelligit. Atqui in Eſquiliis nulla *Fortuna* memoratur apud Sext. Rufum et P. Victorem: apud Onuphrium quidem *Parva* et *Mala*. At in X Regione habet *Fortunam Reſpicientem* Inſcriptio apud Gruterum p. CCL. et alibi eadem occurrit. Poterat ἐπιστρεφομένη et *Reducem Fortunam* ſignificare: cujus frequens eſt mentio in Scriptoribus, Inſcri-

Digitized by Google

ptionibus, Nummis. Vid. Fabricius ad Dion. Caſſ. LIV. 10. Geſnerus ad Claudian. In VI. Conſ. Honorii, 1. *Aram Malæ Fortunæ Eſquiliis conſecratam* prodit Cicero Nat. Deor. III. 25. Leg. II. 11.

323. A. Τύχης εὐελπίδος] Memorata Quæſt. Rom. οδ'. p. 281. D.

323. A. Ἀφροδίτης Ἐπιταλαρίου] Non aliunde cognita. Larcherus Diſſ. de Venere p. 201. accipit a ταλάροις *qualis*, in quibus lanificii penſa et inſtrumenta ponuntur: ut fit *Venus lanificii præſes*. At Meziriacus annotavit ἐπὶ ταλαρίου *in ludo talario*: quaſi *ara prope ludum talarium* poſita fuerit. Nos in neutram partem ſtatuere poſſumus. Τύχης ἄῤῥενος mentio eſt Quæſt. Rom. οδ'. quam eamdem eſſe atque ἀνδρείαν, de qua Dionyſius Hal. IV. 27. et Plutarchus ſupra p. 318. E. putamus.

323. A. μεγάλη ῥοπὴ] Sunt ipſa Demoſthenis verba Or. Olynth. II. p. 8. C: μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Adhibuit Dio Chryſ. Or. LXIV. p. 598. D: μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ ὅλον, εἰπέ τις, ἡ τύχη.

323. A—C. ἐξ αἰχμαλώτου—ἀπέστρεψεν] Sumſit a Dionyſio Hal. IV. 1. comparandus Livius I. 39. Ὀκρισία, ut Dionyſio, dicitur in Harl. Feſto in Voce *Notbum* eſt *Oclifia*, Aurelio Victori *Ocreſia* Vir. Ill. VIII. p. 79. ubi Inſcriptio a Schotto allata.

323. B. κλινίντας] Ita Latinum et Græcum nomen πελάτην jungit in Romulo p. 25. A. De conditione hominum videantur citati ab Ruhnkenio ad Tim. Voce Πελάτης.

323. C. Οἱ δὲ περὶ Ἀντίαν—σπουδασάσης] Hinc in Fragmenta Hiſtoric. Lat. relatus hic locus edit. Salluſt. Haverkamp. T. II. p. 359. Nomen uxoris Servii Γεγανίαν maluit ſcribi Mez. Tanaquillidem ubique Ταρκυλλίδα habent Ald. B. E. Voſſ. Harl. quaſi a Tarquiniis oriundum.

323. D. τὴν βασιλείαν ἀποθέσθαι] Dionyſius Hal. IV. 40. Livius I. 48.

323. D. προέσθαι τὴν πάτριον Ῥωμαίων πολιτείαν·] Et Harl. dat προέσθαι: ſed hoc poſtulat negationem καὶ μὴ προέσθαι, *nec dimittere*, ut Xyl. monuit. Ῥωμαίων eſt in Ald. Baſ.

Digitized by Google

Xyl. Harl. Et πολιτείαν habet B in margine: at in ipſa oratione πομπὴν, ut Harl.

323. E. Τιμόθεος] Idem dictum animadvertimus De Audiend. Poet. p. 32. D.

323. F. Φίλιππον ἀπέβαλε Μακεδονία] Hæc eſt lectio Stephani et codicum noſtrorum ſcriptorum; nam in noſtra editione Μακεδονίᾳ eſt operarum error. Baſ. Xyl. Φίλιππος ἀπέβαλε Μακεδονίαν. Sic et Ald. excepto Μακεδονίας. Harl. κατέβαλε.

p. 324. A. ἀπέκοψεν ἠϊόνων] Reiſkii eſt conjectura ἀνέκοψεν ἐρήμων· *retulit uſque ad deſerta meridiana:* ſcilicet, quod, ut inquit, *litora in media continente fruſtra quæras.* Equidem ἠϊόνων retineam in dictione oratoria ut ad rem augendam compoſitum, nec ſine veriſimilitudine poſitum *uſque ad litora maris meridiani.* At ἀνέκοψεν probem, ut uſurpatum hoc ſenſu, et aliis et Plutarcho. v. c. Opp. Mor. p. 897. F. Vit. 265. F. 272. C. 296. A. 313. E. 402. B. 465. E. 699. B. 935. E. 971. D. Cæterum Pompeii illam Numidicam expeditionem ſimpliciter narravit Plutarchus in Ejus Vita p. 624. F. et ſequ.

324. B. ὡς Ἀθηναίων] ὡς ὁ Ἀθηναίων dant Harl. Voſſ. P.

324. B. ὡς ὁ Κολοφωνίων] Hunc quamquam antiquiſſimum, tamen ut minimum in fine adjecit. Nec ſane in Scriptoribus hoc imperium valde celebratur. Memorat Strabo XIV. p. 952. B. Inde Proverbium fluxiſſe dicitur, frequens illud τὸν κολοφῶνα ἐπιθεῖναι: de quo videantur Parœmiographi, et Platonis Scholiaſta p. 18. ad quem locum annotata Ruhnkenii edidit Heuſdius noſter in Specim. Platon. I. p. 33.

324. C. Μιθριδάτην] Magis oratorie, quam vere dictum, Mithridatem, tempore Belli Marſici, ipſum occupatum fuiſſe bellis Sarmaticis et Baſtarnicis; quippe hi populi dudum antea in ejus ditionem venerant, eique dediti et fideles erant, quum jam res inter eum Romanoſque ad arma ſpectabat. Ita colligimus ex Appiano Mithridat. 15. Vol. I. p. 661. Vaillant. Regn. Achæmenid. p. 67.

324. D. Μετὰ τὴν ἐπ' Ἀλλίᾳ—325. D.] Totum hoc argumentum hiſtorice magis explicuit in Vita Camilli p. 141

Digitized by Google

—144. quocum conferre operæ pretium eſt Livium V. 46—49.—Vulgo legebatur ἐν Ἀλλίᾳ, quod ex Schott. venit: *ad Alliam:* quo ſenſu ἐν item uſurpatur: veluti ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη, *pugna ad Chæroneam*, quod et nos monuimus ad p. 82. D. et Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 695. Et Harl. habet ἐν Παλλίᾳ.

Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν—] Iliad. A. 10.

p. 325. B. εἶδε ἴχνη ποδῶν ἀκράνυχα] Huc pertinet Fragmentum Æliani apud Suidam Voc. Τριμμούς· Καὶ ἀναβλέποντες ὁρῶσι τριμμοὺς τῆς ἀνόδου καὶ προσβάσεις· δι' ἃν ἀνῆλθεν ὁ Ῥωμαῖος, καὶ συνέβαλλον μὴ ἄπορον εἶναι, ἀλλ' εὐεπίβατον. Veſtigia levia et ſummis quaſi unguibus impreſſa, eleganter dicuntur ἀκράνυχα, ſic aliquoties Plutarchus: v. c. ſupra p. 317. E. 320. D. Eumene, 590. B. Seneca Epiſt. LVI. *ſuſpenſum veſtigium ponitur.*

325. D. Πομπεύει δὲ μέχρι νῦν—] Plinius H. N. XXIX. 14: *De anſerum honore quem meruere Gallorum in Capitolium adſcenſu deprehenſo, diximus. Eadem de cauſſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Juventatis et Summani, vivi in furca ſambucea arbore fixi.* Ælianus Nat. Animal. XII. 33: totius argumenti narrationem ita concludit: Ταῦτά τοι τίνουσι δίκην κύνες παρὰ Ῥωμαίοις, καὶ νῦν ἀνὰ πᾶν ἔτος προδοσίας ἀρχαίας μνήμῃ· τιμᾶται δὲ χὴν ταῖς τεταγμέναις ἡμέραις, καὶ ἐν φορείῳ πρόεισιν εὖ μάλα πομπικῶς.

325. F. Μαλίους καὶ Σερουίους.] Debuerat ſcribi vel Μαυλίους cum Xyl. vel Μαλλίους cum B, E. Alterius loco requiram Σερουιλίους, ut Cruſerius, *Servilios*, quum cætera ſint nomina gentium, non prænomina ſingularium virorum. Aldinum Σερερουίους vitioſum vulgatam quoque vitii ſuſpectam reddit. Budæus omiſit.

325. F. Πολύβιος] II. 18 et 22. ubi et hunc Plutarchi locum attulit Schweighauſerus.

p. 326. A. ὡς Λίβιος ἱστόρηκε] VI. 1. πράγματα vertunt Xyl. et Cruſerius *res Romanæ* quaſi dicitur hiſtoria *res geſtæ*. Apud Livium eſt: *Parvæ et raræ per eadem tempora literæ fuere; una cuſtodia fidelis memoriæ rerum geſtarum: et quod etiamſi quæ in commentariis Pontificum, aliiſque publiciſque erant monumentis, incenſa urbe pleræque interiere.* Pote-

Digitized by Google

rant πράξεις dici *Acta Senatus*, et similia scripta non item πράγματα. Sic Plutarchus Mario p. 425. D. Ciceron. 878. B. *acta alicujus rescindere, confirmare*, cet. Quid causſæ sit, quod Λίβιος a Budæo redditur *Polybius* nescio.

326. A. Ἐγὼ δὲ τίθεμαι] Conjecturæ firmandæ monendum τίθεσθαί τινι τι esse, *alicui aliquid tribuere, imputare:* veluti supra τιθέναι p. 319. F. Nude etiam τίθεσθαί τινι, subaudiendo τὴν ψῆφον v. c. apud Aristidem T. I. p. 145, 167, 168, 193, 194. II. 247.

326. B. ὁ Μολοττὸς Ἀλέξανδρος] Livius VIII. 17, 24.

326. B. ἐπυνθάνετο τὴν ἐν Ῥώμῃ δύναμιν] Alexandro non ignotos fuisse Romanos probabiliter et erudite differit Sanctocrucius noster Diss. de Alexandro p. 478. seq.

326. C. Οὐ γὰρ ἀναιμωτί γε] Odyss. Σ. 148.

326. C. τρισκαίδεκα μυριάδων] Hic numerus non caret probabilitate, si audimus Livium de hoc argumento differentem IX. 19.

326. C—Ἐπιστάμενοι—] Odyss. I. 49. Deesse quædam notavit Mez. Reisk. et nos ad Titulum libri.

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM,

DE ALEXANDRI M. FORTUNA AUT VIRT.

ORATIO I.

P. 826. D. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΥΧΗΣ Η ΑΡΕΤΗΣ ΛΟΓΟΣ Α'.] In Catalogo Lampriæ, ut duo diverſi produntur libri Num. CLXVI, περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης· et Num. CLXXVI, περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου ἀρετῆς. Sed unum fuiſſe librum duabus orationibus diſtributum, ut nunc fertur, non eſt quod dubitetur. In hac priore exordium fuiſſe de Fortuna Alexandri idque intercidiſſe ipſa prima verba arguunt—Οὗτος ὁ τῆς τύχης λόγος ἐστίν. Macarius Chryſocephalus apud Villoiſonum Anecdot. Venet. p. 9. locos inde profert eodem titulo qui hodie eſt: ἐκ τοῦ, περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, πρώτου· mox ἐκ τοῦ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς δευτέρου. Sine Plutarchi et libri nomine, locos inde protulerunt Stobæus ex Oratione II. p. 336. C: Κράτης ἰδὼν—τρόπαιον ἔστηκεν. Florileg. Tit. VI. p. 81. Indidem, Ἀντισθένης—κρατούντων· Flor. Tit. LII. p. 365. Sententiæ Maximi et Antonii p. 516. verba p. 337. E: Τὸ λαβεῖν καὶ ἀναθέσθαι δύναμιν——νοῦν ἔχοντος. Et omiſſa, ut ſolet, Plutarchi mentione, hunc librum ſignificavit Ælianus Var. Hiſt. III. 23, 5. ut recte judicat Perizonius.

Digitized by Google

Plutarcho hunc librum abjudicat Gatakerus ad M. Antonin. p. 9. a, G. citans his verbis, *Plutarchi nomine auctor de Fortuna Alexandri*, rectius pro juvenili et rhetorica commentatione habet Mercerus ad Nonium Marcell. p. 142. ut notavimus ad librum proxime antecedentem: item Sanctocrucius docte et prudenter, more suo, differens in Censura Historicorum Alexandri M. p. 83. sequ. Duæ sunt Orationes: non diversæ materia, quasi ejusdem argumenti duæ partes: sed duo rhetorica ἐπιχειρήματα εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν· veluti Plutarchi duæ sunt περὶ σαρκοφαγίας· Juliani duæ in Constantium; et similiter apud Senecam Rhetorem.

Et de Alexandro quæri solebat inter Græcos et Romanos Fortuna an Virtute magis valuisset: Romanis fere secundum Fortunam, Græcis, et Plutarcho his in declamationibus, secundum Virtutem judicantibus. Illi his, victores victis, præsentem Græciæ servitutem, et Macedoniam devictam, ut argumentum Fortunæ Alexandri et Virtutis Romanæ objiciebant: hi contendebant, sortem contra casuram, Romanos victos sub victoribus Græcis futuros fuisse, si Alexander in Italiam venisset. Hoc enim Alexandrum destinasse, constat. Hinc agitata quæstio, *quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit:* quam elegante digressione tractat Livius IX. 17. sequ. nec tamen ita diligente et vera, quam speciosa et ad Romanorum sensum composita: ut verissime judicavit Sanctocrucius noster in Censura Historicorum Alexandri M. p. 479. et nos aliis etiam indiciis animadvertimus, quæ nunc explicare nil attinet. Illud monuisse satis est, Plutarchi animo et moribus congruisse hoc argumentum, qui ubique studium tuendæ veteris Græcorum Gloriæ profitetur. Et monuit ante nos H. Dodwellus in Dissertatione libri Plutarchei spurii De Fluminibus, Geograph. Minor. T. II. p. 109. cujus eruditissimi viri sententiam ut universe minus probamus, ita huic parti subscribimus ubi ait: "in illa Græcorum Romanorumque æmulatione Græ-" carum partium studiosissimus erat Plutarchus. Hanc " ille κακοηθείαν in Herodoto reprehendit quod alios rerum

Digitized by Google

" inventores quam Græcos agnoverit Herodotus. Hoc " ſtudio *Vitas* collegit *Parallelas*, contulitque invicem ut " Græcos Romanis anteferendos oſtenderet. Hoc ſtudio " de Fortuna Romanorum ſcripſit; ut potiores Fortunæ " quam Virtutis partes in Romanorum rebus proſpere fe- " liciterque geſtis fuiſſe probaret. Alexandri, contra, For- " tunam ita laudandam cenſet, ut Virtutem tamen ejuſ- " dem majoris faciendam, pluſque ad eventus proſperos " contuliſſe doceret. Solum enim pene Alexandrum fu- " iſſe, quem Romanis ex animo opponendum eſſe Græci " arbitrarentur, ex Livio manifeſtum eſt." Uberius etiam de hac æmulatione differit laudatus Sanctocrucius p. 83. ſeq.

p. 326. E. Πολλὰς μὲν ἀΰπνους—] Iliad. I. 325.

326. F. Δαρεῖος—ἐκ δούλου καὶ ἀστάνδου] Sic Or. II. p. 340. B. et in Vita Alexandri p. 674. D. ubi ἀσγάνδου legitur: perperam; nam et Euſtathius ex Ælio Dionyſio ad Odyſſ. T. p. 1854, 28: κυρίως δὲ, κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· οἱ δὲ αὐτοί φησι καὶ ἀστάνδαι Περσικῶς. Attamen regio ſanguine ortum prodit Diodorus Sic. XVII. 5. Contra, Strabo XV. p. 1069. B: οὐκ ὄντα, τοῦ γένους τῶν βασιλέων. Ælianus XII. 43. δοῦλος ἦν· qua de cauſſa videatur Kuhnius et Perizonius h. l. inprimis Weſſelingius ad Diod. Sic. l. c.

τοὐμὸν δὲ σῶμα—] Videtur Plutarchus cogitaſſe orationem quamdam Alexandri ſua ipſius vulnera numerantis, cujuſmodi eſt quam ex auctoribus ſuis refert Arrianus VII. 10.

327. A. ἐν Ἰλλυριοῖς—ᾐλοήθην] Nec in altera quidem Oratione, ubi cætera vulnera repetuntur, memorat p. 341. A. nec in Vita: nec Arrianus, qui unus diligenter hanc expeditionem prodidit I. 1—6. nec alius ex iis qui exſtant.

327. A. περὶ Γρανικον] Or. II. p. 341. A. Vita p. 673. A. Arrianus I. 15. Diodorus Sic. XVII. 20.

327. A. ἐν δὲ Ἰσσῷ ξίφει τὸν μηρόν] Or. II. p. 341. A. memoratur in Vita p. 675. E. Arriano II. 12. Diodoro Sic. XVII. 34. Curtius III. 11, 10. Juſtinus XI. 9. 9.

327. A. πρὸς δὲ Γάζῃ—] Or. II. p. 341. A. ſaltem, ἐν

Digitized by Google

Γάζῃ βέλει πληγεὶς τὸν ὦμον· fic et in Vita p. 679. B. Arrianus II. 27, 3. alterum etiam vulnus addit Curtius IV. 6: *ſagittâ per loricam in humero:* tum *ſaxo crus ejus adfligitur.* Nil Diodorus et Juſtinus: ille totam obſidionem verbo afficiens XVII. 48. forte perdita deinceps narratione: Juſtinus XI. 10, 11. ne verbo quidem.

327. A. Μαρακαδάρτοις] Rectius erat Μαρακάνδοις, ut apparet ex Arriano III. fin. 30, 19. Curtio VII. 6, 3. In Or. II. p. 341. B. item reſtituimus Μαραγάνδοις.

327. A. ἐν ἅπασιν οἷς] Or. II. p. 341. B. rectius legitur ἐν Ἀσσακάνοις· ibi enim hoc vulnus eum accepiſſe conſtat ex Arriano IV. 23, 6. Curtio VIII. 3, 28. Sed de ſcriptura nominis dubia videantur ibi Interpretes, Cellarius Geogr. Ant. T. II. p. 527.

327. B. ἐν δὲ Γανδρίδαις] *Gandaritas* nominat Plutarchus in Vita Alex. 699. F. at nullum cum his prælium aut vulnus nec ipſe nec alii produnt. *Gangaridæ* a pluribus ſcribuntur. Horum et aliorum populorum cæſis exercitibus regiones eum expugnaſſe tradit Juſtinus XII. 8. ſed ſuſpecta fide, ut monet Glareanus ad h. l. cui adhibeatur etiam Sanctocrucius in Diſſ. de Hiſt. Alex. p. 399. Nec ex Diodoro XVII. 93, 94. hujuſmodi quid colligitur.

327. B. ἐν δὲ Μάλλοισι] Rectius Μαλλοῖς ut Harlei. Mez. Or. I. p. 341. C. Vita Alex. p. 700. C. Arrianus VI. 9 et 10. Diodorus Sic. XVII. 98. Curtius IX. 4 et 5. Strabo XV. p. 1056. A.

327. C. ἄορνα ὕψη] Vid. Not. ad Apophth. Alex. κε'. p. 181. C.

327. C. πάλιν προδοσίαι] παλιμπροδοσίαι, ut hoc loco Bryanus ad Plut. Alcib. Vol. II. p. 565. ſic ibi Stephanus corrigere jubebat p. 205. B. ubi vulgo legitur διὰ τὴν Ἀστυόχου πάλιν προδοσίαν, confirmandæ formæ citans ſimilem παλιμπροδότην Dinarchi ex Polluce VI. 194. et Appiani Bell. Civil. V. 96. Et ipſum παλιμπροδοσία D. Scottus in Append. ad Steph. duobus locis Polybii et Dionyſii Hal. probavit. Valckenarius ad Herodot. VIII. 5. pro ἐπέσπαιρε malebat ἐτ' ἔσπαιρε, quod non malum eſt; unus a vulgata diverſus G, qui dat ἔσπαρε.

Digitized by Google

327. C. *πρὸς Ἀμύνταν — καὶ τοὺς Ἀεροπου παιδας*] Hanc ſub regni initiis factionem alii non tradunt. Amyntas, niſi eſt ille Curtio *conſobrinus Alexandri* VI. 9, 17: IV. 1, 27: Diodoro Sic. XVII. 48. Arriano II. 13, 3. ſecundum grammaticam rationem, poteſt ita intelligi, ut Aëropi filius fuiſſe dicatur, et ſenſus ſit *ad Amyntam et cæteros Aëropi filios: ad Aëropi filios, in primis Amyntam.* Aeropum quidem ſignificari apparet eum, qui Macedoniæ rex fuit Olymp. XCV. cognitus ex Diodoro Sic. XIV. 37. Æliano Var. Hiſt. XII. 43. et aliis ibi ab utroque interprete citatis. Alexandrum Aëropi filium legimus apud Arrianum I. 7, 9. eumque cum hoc Plutarchi loco jungit Freinſhemius in Supplement. Curtii I. 10, 5.

327. D.] Geminæ ſunt narrationes Plutarchi Or. II. p. 342. D. Alex. p. 672. A. et ipſius Alexandri apud Arrianum VII. 9, 10. Parvas pecuniæ et militum copias, quibus Alexander fretus tantum bellum ſuſcepit, varie quidem, ſed tamen exiguas cuncti tradunt Scriptores; quorum diſſenſum notavit Sanctocrucius p. 236. ſeq. de Hiſtoricis citatis conſulatur idem: de Oneſicrito p. 38. Ariſtobulo, p. 42. Ptolemæo, p. 44. Anaximene, p. 33. Duri Samio, p. 53.

327. F. *τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδύσσειαν—*] Oneſicrito auctore prodit Plutarchus in Alexandro p. 668. D. et de ſola quidem Iliade: *καὶ τὴν μὲν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον νομίζων καὶ ὀνομάζων, ἔλαβεν μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν· εἶχεν δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησικράτης ἱστόρηκεν·* ita ſubinde hoc nomen *Oneſicrates* ſcribitur. Sed univerſe *Homeri carmina* dicunt Strabo XIII. p. 888. B. Plinius H. N. VII. 30. Videatur et Sanctocrucius, libro laudato p. 205.

p. 328. A. *ἐν Λυκείῳ περίπατον—ἐν Ἀκαδημίᾳ θέσεις*] *Λυκείῳ* eſt in E, F, G, Gron. Xyl. vulgo *Λυκίῳ*. Ambulationem congruere Lyceo, conſtat: Academiæ theſes, quod hujus erat de omni *quæſtione* propoſita in utramque partem diſputare. Eſt enim *hypotheſis, cauſſa*, oratio de facto aut re ſingulari, argumentum oratorum: at vero *theſis, quæſtio*, oratio de re univerſa, argumentum philoſophorum.

Digitized by Google

Sed idem inſtitutum tenuit Ariſtoteles et Theophraſtus—. De his Theon Sophiſta in Progymn. Cap. II. p. 20: παραδείγματα δὲ τῆς τῶν θέσεων γυμνασίας λαβεῖν ἐστὶ παρά τε Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου· πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν βιβλία θέσεων ἐπιγραφόμενα. Huc pertinet illud Hippolochi apud Athenæum IV. p. 130. E: σεαυτὸν εὐδαιμονίζεις τὰς Θεοφράστου θέσεις ἀκούων. Sic in Academia τὴν θέσιν τοῦ Ξενοκράτους εἰρηκότος apud Plutarchum Apophth. Lacon. p. 220. D. Libros θέσεων Ariſtotelis ac Theophraſti a Veteribus memoratos refert Fabricius B. G. II. p. 191, 249. Etiam ſummæ et argumenti breviſſima declaratio, ut hodieque ſic antiquitus dicebatur theſis: veluti illæ quæſtiones Ciceronis Attic. IX. 4, 9.

328. C. Κριτίαι, Ἀλκιβιάδαι, Κλειτοφῶντες] Dialogi Platonis exſtant horum inſcripti nominibus: duo priores clari ſunt homines, tertii obſcurior eſt fama.

328. C. Ὑρκανοὺς—κατεσθίουσι] Dubito an hæc de ſingulis populis hiſtorica diligentia pronuncientur. Quod Sogdianis et Scythis hoc loco tribuitur, Caſpiis tribuit Strabo XI. p. 787. A. Porphyrius De Abſtin. IV. 21: ἱστοροῦνται γοῦν Μασσαγέται καὶ Δέρβικες ἀθλιωτάτους ἡγεῖσθαι τῶν οἰκείων τοὺς αὐτομάτους τελευτήσαντας· διὸ καὶ φθάσαντες καταθύουσιν καὶ ἐστιῶνται τῶν φιλτάτων τοὺς γεγηρακότας. Τιβαρηνοὶ δὲ ζῶντας κατακρημνίζουσιν τοὺς ἐγγυτάτω γέροντας. De Maſſagetis jam Herodotus I. 216. paulo diverſe, tamen ſignificans et de his moribus eos a Græcis perperam ad Scythas referri: ὁ γὰρ Σκύθας φασὶ Ἕλληνες ποιέειν, οὐ Σκύθαι εἰσὶ οἱ ποιέοντες ἀλλὰ Μασσαγέται·—ἐπεὰν δὲ γέρων γένηται κάρτα οἱ προσήκοντές οἱ πάντες συνελθόντες θύουσί μιν, καὶ ἄλλα πρόβατα ἅμα αὐτῷ· ἐψήσαντες δὲ τὰ κρέα, κατευωχέονται. Ταῦτα μὲν δὴ τὰ ὀλβιώτατά σφι νενόμισται. Τὸν δὲ νούσῳ τελευτήσαντα οὐ καταρτιτέονται, ἀλλὰ γῇ κρύπτουσι—. Fortaſſe ex eodem capite fluxerunt quæ in hoc Plutarchi loco de Arachoſiis et Hyrcanis narrantur; ſiquidem Herodotus, promiſcuum cum mulieribus coeundi uſum et σπείρουσι δὲ οὐδὲν, ἀλλὰ ἀπὸ κτηνέων ζώουσι καὶ ἰχθύων, item de Maſſagetis dicit. De Maſſagetis et Derbicibus eadem ex Porphyrio refert Hieronymus Adv. Jovinian. II. p. 53. E. Theodoretus Serm. IX. p. 615. A.

Digitized by Google

pro his *Tibarenos* nominans. Similia legantur apud Diogenem Laert. IX. 83. Sextum Empir. Pyrrhon. Hyp. III. 210. Ælianum Var. Hiſt. IV. 1. ubi videndi interpretes Fabricius et Perizonius: tum vero Menagius ad Diog. Laert. VI. 79. Perſarum matrimonia cum matribus ſubinde memorantur: v. c. Diogeni Laertio Proëm. 7. IX. 83. et Menagio citatis. Dioni Chryſ. Or. X. p. 150. D. Cononi Narrat. IX. fin. p. 252. Sexto Empir. Pyrrhon. Hyp. I. 152. III. 205. ubi utriuſque Scriptoris interpres Schottus et Fabricius, ut Briſſonius De Reg. Perſ. II. 155. alios etiam teſtes appellant. Ne vero quis putet illos populos in Græcis ab Alexandro invectis inſtitutis permanſiſſe; nam antiquos mores et patrios alii partim retinuerunt, alii repetiverunt, quod et aliunde colligitur et ex Scriptoribus citatis Alexandro poſterioribus, qui illos mores ut ſua adhuc ætate in illis populis uſitatos referunt.

328. D. *Καρνεάδου — Διογένη τὸν Βαβυλώνιον*] Frigidum ſane argumentum nec niſi declamationis licentia excuſabile: quaſi vero Carthaginienſes et Babylonii illa ætate feri et agreſtes, ac non humanitate et artibus exculti, fuerint. In Diogene etiam bifariam falſum: primum *tempore*, quod is per ætatem non potuit eſſe Zenonis diſcipulus, quippe natus circiter viginti annis poſt hujus obitum, ut oſtenſum in Diſputatione De Panætio p. 13—16. deinde *loco*, quod Babylon tunc fuit florentiſſima literis Græca urbs Seleucia. Clitomachum patria Carthaginienſem, nomine Haſdrubalem, tradunt Diogenes Laert. IV. 67. et citati ad eum locum ab interpretibus.

328. D. *Σωκράτης μὲν ξένα παρεισάγων δαιμόνια*] Ex ipſa accuſationis formula ſumtum, quæ eſt apud Xenophontem Mem. Socr. I. 1, 1. Platonem Apol. Socr. p. 321. F. Diog. Laert. II. 14. In hujus rei mentione ſcriptores *καινὰ δαιμόνια* et *ξένα* promiſcue uſurpant: quæ proprie differunt, et in ſua lege diſtinguit Cicero Leg. II. 8: *neve novos ſed nec advenas niſi publice adſcitos, privatim coluntо*: quod ita interpretatur 12, *ſuoſque deos aut novos aut alienigenas coli.*

Digitized by Google

328. E. Θεμιστοκλῆς] Notavimus in Ejus Apophthegm. p. 185. F. Ex eadem disjunctione fluxit illud Ovidii Triſt. I. 4, 28: *Si modo qui periit, non periiſſe poteſt.*

328. F. περιοικοῦσαν] Mez. nomen proprium putavit. Teneo παροικοῦσαν ut item vertit Amyotus et Budæus *accolam urbem Græcam.* Nomen ei erat Ἀλεξάνδρεια, teſte Arriano III. 28, 6. IV. 22, 5. V. 1, 8. Curtio VII. 3, 23. Diodoro Sic. XVII. 83. ubi errorem Scriptorum rerum Alexandri perperam Paropamiſum pro Caucaſo accipientium et celebrantium, diligenter caſtigat Weſſelingius, ut item Sanctocrucius noſter p. 649. ſeq. hujus urbis ſitum deſignans p. 827.

p. 329. A. ἐμποδισθεῖσαν] Memoranda etiam prior noſtra conjectura, eademque nobis cum Reiſkio communis ἐμπολισθεῖσιν, *per quas in his terris conditas exſtincta eſt barbara feritas.* Verbum a Stephano in Theſ. L. Gr. omiſſum, appoſuit D. Scottus in Append. ex Dionyſio Hal. A. R. II. 1. p. 76, 5. Simplex πολίζειν *urbem facere,* ex Herodoto et aliis probavit idem Stephanus: et nos in Adverſariis annotavimus ex Plutarcho Romul. p. 22. F. Porphyrio Vit. Pyth. §. 20. Jamblicho Vit. Pyth. §. 30. Ariſtide T. I. p. 26, 231. II. 347.

329. A. πολιτεία—Ζήνωνος] Ex his fontibus fluxit Ciceronis diſputatio Leg. I. 7—12. et alibi, Off. I. 7. Ejus libros περὶ πολιτείας memorat Plutarchus Symp. III. p. 653. E. Lycurgo, 59. A. Diogenes Laert. VII. 32, 33, 34, 121, 129, 131. Indidem ſumtum videtur placitum decori expers ap. Sextum Empir. Pyrrhon. III. 205. Alii etiam citantur a Fabricio B. G. II. p. 415.

329. B. ὡς Ἀριστοτέλης συνεβούλευεν] Conſilium reprehendit, omiſſo tamen Ariſtotelis nomine, Eratoſthenes, quantum ex Strabone intelligimus II. p. 116. B: ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ὑπομνήματος οὐκ ἐπαινέσας τοὺς δίχα διαιροῦντας ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος εἴς τε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους· καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ παραινοῦντας τοῖς μὲν Ἕλλησιν ὡς φίλοις χρῆσθαι, τοῖς δὲ βαρβάροις ὡς πολεμίοις· βέλτιον εἶναι φησὶν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα· — διόπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἀμελήσαντα τῶν παραινούντων,

Digitized by Google

ὅσους οἷόν τ' ἦν ἀποδέχεσθαι τῶν εὐδοκίμων ἀνδρῶν, καὶ εὐεργετεῖν. Ex hoc Eratosthenis dicto fluxisse hanc Plutarchi sententiam satis apparet.

329. C. ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ μίξας τοὺς βίους.] Ut mundi creator Deus materiam in cratere temperavit, apud Platonem in Timæo p. 528. D. et 531. A: ταῦτ' εἶπε· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων κ. τ. λ. Item ut Legislator civitatem tamquam craterem temperans Leg. VI. p. 623. C. in lege nuptiali suadenda: πόλιν εἶναι δεῖ δίκην κρατῆρος κεκραμένην· οὗ μαινόμενος μὲν οἶνος ἐγκεχυμένος ζεῖ, κολαζόμενος δὲ ὑπὸ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ καλὴν κοινωνίαν λαβὼν ἀγαθὸν πόμα καὶ μέτριον ἀπεργάζεται· ταῦτ' οὖν γιγνόμενον ἐν τῇ τῶν παίδων μίξει, διορᾷν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, δυνατὸς οὐδείς—. In festo conventu Isthmiorum eadem comparatione usus est Aristides T. I. p. 25: ἐπὶ κοινὸν κρατῆρα συνιόντων, καὶ σπενδόντων ἅμα καὶ θυόντων. Hæc ex Platonis consuetudine: sed ipsum etiam factum spectatur, Alexander convivio excipiens principes Macedonum, Persarum, aliarumque devictarum gentium, quale est apud Arrianum VII. 11, 14:— ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀρυόμενοι, ἔσπενδον τὰς αὐτὰς σπονδὰς· εὔχετο δὲ τά τε ἄλλα ἀγαθὰ καὶ ὁμόνοιάν τε καὶ κοινωνίαν τῆς ἀρχῆς τοῖς τε Μακεδόσι καὶ Πέρσαις. Et ad illas amicorum nuptias cum Perfidibus, mox memorandis, hæc quoque pertinent.

329. D. Δημάρατος] Ejusdem nomine dictum refertur in Vita Alexandri p. 696. F. et 687. A. Plura de homine diximus ad p. 70. D.

329. E. νυμφαγωγίας.] Plutarchus Vit. Alex. p. 703. E: τῶν δὲ ἑταίρων γάμον ἐν Σούσοις ἐπιτελῶν—. Arrianus VII. 4. octoginta sponsorum sponsarumque paria prodit. Breviter nec numero addito refert Diodorus Sic. XVII. 107. Chares apud Athenæum XII. p. 538. B. nonaginta duo: hinc sua habet Ælianus VIII. 7.

p. 330. A. ἐκ τοῦ Μακεδονικοῦ καὶ Περσικοῦ τρόπου μεμιγμένην τινὰ στολὴν ἐφόρει] Sic fere in Vita Alexandri p. 690. E. Diodorus Sic. XVII. 77. ubi videatur Wesselingius: item Sanctocrucius in Diss. de Historicis Alex.

Digitized by Google

declamatorias ineptias in hoc Plutarchi loco notans p. 370.

330. A. Ἐρατοσθένης] libro ſupra memorato p. 329. B.

330. B. ἐλέφασι] Notavimus p. 144. D.

330. C. Ἀριστιππος—] Pertinet ad ejus acute dictum quod refertur a Diogene Laertio II. 70. et Sexto Empir. Pyrrhon. H. III. 204: παρὰ Διονυσίῳ τῷ τῆς Σικελίας τυράννῳ τοιαύτης ἐσθῆτος Πλάτωνι καὶ Ἀριστίππῳ τοῖς φιλοσόφοις προσενεχθείσης ὁ μὲν Πλάτων ἀπεπέμψατο, εἰπὼν, "Οὐκ ἂν δυναίμην "θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν, Ἄρρην πεφυκώς," ὁ δὲ Ἀρίστιππος προσήκατο, φήσας, "—καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν Οὖσα ἥ γε σώφρων οὐ "διαφθαρήσεται." Venuſtas eſt in opportuno reſponſo ex ejuſdem Euripidis tragœdia Bacchis; unde hi verſus petiti ſunt 317, 834. de quibus alia etiam notavimus in Epiſtola Critica p. 12.

330. D. Τρῆρες Ἰωνίαν] De horum incurſionibus in Ioniam Strabo I. p. 106. A, B. XI. p. 779. C. XII. p. 859. C. poſt conditas in Ionia Athenienſium colonias numerantur: Cimmericus populus Magnetas deleviſſe dicuntur XIV. p. 958. C. indeque Euſtathius in Odyſſ. Λ. p. 1671, 20. Ergo ab Herodoto et aliis non *Treres*, ſed *Cimmerii* nominantur. Illorum pars in Thracia habitantes *Treres* memorantur apud Thucydidem II. 96. Plinium IV. 17. p. 201. Stephanum Byz. Voc. Τρῆρος, e Callimacho et aliis.

330. D. Σκύθαι Μηδίαν] Herodotus I. 12, 85—87.

330. E. ταῖς φωναῖς] Propria ſunt Plutarcho apophthegmatum laus ac ſtudium: ut notavimus p. 172. A.

330. E. Ἀντίγονος ὁ γέρων] Ita cognominatur primus Antigonus, dux Alexandri M. pater Demetrii Poliorcetæ, avus Antigoni Gonatæ. Ejus apophthegmata ſunt p. 182. A. non item hoc, nec alibi. Eodem cognomine *γέρων*, *major*, ut a ſequentibus diſtinguatur, ponitur in Iſid. et Oſirid. p. 360. C. Vita Pelopidæ p. 278. D. Sic Metellus *γέρων* De Garrul. p. 506. D.

330. F. Διονύσιος—ἀστραγάλοις] Rectius Lyſandro tribuitur in Apophth. Lacon. p. 229. B.

330. F. Σαρδαναπάλου] Polybius Excerpt. Virt. et Vit. T.

Digitized by Google

III. p. 21. Plenius Strabo XIV. p. 984. A, B. ex Ariſtobulo, ipſam addens ſepulcri inſcriptionem, quam ſolam indidem refert Arrianus II. 5. et Apollodorus ap. Schol. Ariſtoph. Av. 1022. Athenæus ex Chryſippo VIII. p. 335, 336. duos illos ut famoſiſſimos refert Dio Chryſ. Or. IV. p. 81. D. tertium addit Clemens Alexandr. Strom. II. p. 411. D. Cicero illos vertit Tuſc. V. 35: *Hæc habeo quæ edi, quæque exſaturata libido Hauſit: at illa jacent multa et præclara relicta:* ubi alia etiam dedit Daviſius.

p. 331. A. Αὐδασοῦντι] Epigramma reponitur Or. II. p. 335. B. ubi videantur notata. Integrum duobus in principio verſibus additis legitur in Anthologia Epigr. Lib. IV. p. 454: Ἀρχελάου, οἱ δὲ Ἀσκληπιάδου· εἰς τὸν αὐτόν. Τόλμαν Ἀλεξάνδρου καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν Λύσιππος· τίν' ὀδὶ χαλκὸς ἔχει δύναμιν; Αὐδασοῦντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος εἰς Δία λεύσσων, Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ, σὺ δ' ὄλυμπον ἔχε. Videatur eruditiſſimus Jacobſius Animadverſſ. in Anthol. Vol. II. Part. I. p. 179.

331. A. καὶ Ἀλέξανδρος—υἱός] Alexandri videtur eſſe reſponſum ad illum epigrammatis poetam, ſed fine carens ac truncum. Alibi me legere, non nunc quidem recordor.

331. B. ἐπ' Ὀλύμπια] In Vita Alex. p. 666. D. breviter τῶν περὶ αὐτὸν ἀποπειρωμένων εἰ βούλοιτ' ἂν Ὀλυμπιάσιν ἀγωνίσασθαι στάδιον· ἦν γὰρ ποδώκης· Εἴ γε, ἔφη, βασιλεῖς ἔμελλον ἕξειν ἀνταγωνιστάς.

331. B. τῆς ἀρετῆς κατὰ βῆμα μνημονεύης] In Alexandrum tranſtulit quod de Lacæna prodidit ipſe in Apophth. Lacæn. ιβ'. p. 241. E.

331. C. Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθός—] Iliad. Γ. 179. Eumdem tractat Socrates ap. Xenophontem Ἀπομν. III. 2, 2. Inſcriptus Juliani Imperatoris ſepulcro, teſte Zoſimo III. 34, 7. et alios: quod Epigramma Libanio auctori tribuitur in Epigramm. Analect. Brunck. Vol. II. p. 404.

331. D. τὴν Πάριδος λύραν—] Hæc narratio paulum diverſe exſtat in Vita Alexandri p. 672. B. Ælian Var. Hiſt. IX. 38. ubi videndi Interpretes, Stobæo Flor. Tit. VII. p. 90. Homericus verſus eſt Iliad. I. 186.

Digitized by Google

331. E. Πύρρωνι δὲ τῷ Ἠλείῳ] Nil de donis in hunc ab Alexandro collatis Diogenes Laertius; quamquam non abeſt a verisimilitudine, siquidem cum Anaxarcho magiſtro apud Alexandrum in Asia fuit, ut ille prodit IX. 61. Et talem fuisse famam diserte narrat Sextus Empiricus Adv. Mathem. I. 282: λέγεται γὰρ αὐτὸν (τὸν Πύρρωνα) καὶ ποήσεν εἰς τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον γράψαντα, μυρίοις χρυσοῖς τετιμῆσθαι. Itaque diſſentiam a Sanctocrucio meo hujus facti fidem repudianti, in Differt. De Hiſtoric. Alexandri p. 210.

331. E. Ξενοκράτει δὲ—πεντήκοντα τάλαντα—] Hujus rei certior eſt auctoritas et a multis prodita: Plutarcho in Vita Alex. p. 668. E. in hoc ipſo libello p. 133. B. Apophthegm. Alex. λ'. p. 181. D. ubi plura notavimus.

331. E. Ὀνησίκριτον] Vit. Alex. p. 701. C. Arrianus VI. 2, 6. VII. 5, 9: 20, 6. Strabo XV. p. 1051. B. ibi Caſaubonus. Diogenes Laert. VI. 84. ad eum Menagius. Fabricius B. G. II. p. 223 et 365. Sanctocrucius l. l. p. 38, 210. 442, 732—747. et noſtra notata ad p. 327. D.

331. F. Διογένει — περὶ Κόρινθον.] Res vulgo celebrata. Plutarch. Vit. Alex. p. 671. D. Diog. Laert. VI. 32. Valer. Max. IV. 3. Ext. 4. alii.

331. F. Ἀργεάδας] Dicti ab Argeo Macedoniæ rege poſt Caranum quinto: quem ſignificat Stephanus Byzant. in Voc. Ἀργέου νῆσος·—ἀπὸ Ἀργέου τοῦ Μακεδόνος, ἀφ' οὗ Ἀργεάδαι· annotavit hunc locum etiam Meziriacus. Nam quod Reiſkius vult Ἀργειάδας ex eodem Stephano Voc. Ἄργος, habet et ipſum aliquam verisimilitudinem, nec tamen tantam, quantam vulgata, ſcilicet quia hæc a libris firmatur, illa non item.

p. 332. A. ἀνευρῶν] Probabilius eſt ἀνερευνῶν, in Jannot. Jun. Anon. Vulcob. margo G.

332. B. Διονύσου θεοῦ γενάρχου καὶ προπάτορος] Magis oratorie quam vere dictum. Hercules et Perſeus ita poterant dici: at cum Baccho nil commune ut in proavis numeraretur. Itaque hoc utitur ad eum argumento Anaxarchus apud Arrianum IV. 10, 8: Διόνυσος μὲν Θηβαῖος ἦν, οὐδέν τι προσήκων Μακεδόσι· καὶ Ἡρακλῆς Ἀργεῖος, οὐδ' οὗτος προσήκων, ὅτι μὴ κατὰ γένος τὸ Ἀλεξάνδρου. Ἡρακλείδην γὰρ

Digitized by Google

εἶναι τὸν Ἀλέξανδρον. V. 26, 8. ipſe Herculem πρόγονον nominat, Bacchum non item. Cæterum, laudem quæſiviſſe Alexandrum Herculis et Bacchi per Indiam factis inſtaurandis et celebrandis, communis eſt locus in hoc hiſtoriæ argumento.

332. B. γυμνήτιδος σοφίας ἰθάδες] Gymnoſophiſtæ: Vita Alex. p. 700. F. ſeq. cæterum ſatis celebrati.

332. C. παραχόψαι καὶ παραχαράξαι τὸ νόμισμα] Pervulgatum præceptum *Diogenis adulterare pecuniam*, id eſt, *receptos mores contemnere*: de quo videatur Julianus Imp. Or. VI et VII. Menagius ad Diog. Laert. VI. 20. Dictio et ad alia transfertur: de quo monuit Weſſelingius ad Diodor. Sic. I. 78.

332. C. χειροκρασίαν] Reiſkius malit χειροκρατίαν, laudans Weſſelingium ad Diodor. Sic. T. II. p. 534. in lectionis varietate huic aſſentientem. Eamdem attigit non oblitus Plutarchei hujus loci H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. IV. p. 422, 423. Differentia ſignificationis colligitur ex iis quæ diximus p. 20. A. de vocabulis γυναικοκρατία et γυναικοκρασία: ſic χειροκρασία intelligatur *libido manuum*, χειροκρατία, *imperium manuum*.

332. C. τὸν Στωϊκὸν ἐκεῖνον λόγον] Stobæus Eclog. Ethic. p. 169: Φασὶ δὲ (οἱ Στωϊκοὶ) καὶ πάντα ποιεῖν τὸν σοφὸν κατὰ πάσας ἀρετάς· πᾶσαν γὰρ πρᾶξιν τελείαν αὐτοῦ εἶναι· διὸ καὶ μηδεμίαν ἀπολελεῖφθαι ἀρετῆς.

332. D. ἐπίπονον] Harl. ἐπίμονον, ut Reiſk. Nec præferam vulgato.

332. E. τὸ τοῦ Πώρου—Βασιλικῶς] Notavimus in Apophthegm. λα'. p. 181. E.

332. E. Ῥωξάνης] Or. II. p. 338. D. Vit. Alex. p. 691. E: τὰ περὶ Ῥωξάνην ἔρωτι μὲν ἐπράχθη, καλὴν καὶ ὡραίαν ἔν τινι χρόνῳ (lege χορῷ) παρὰ πότον ἰφθεῖσαν. Arrianus IV. 19. ex communi fonte. Curtius VIII. 4. Pro Ὀξυάθρου Junius annotavit Ὀξυάρτου. Ita certe nomen ſcribitur apud Plut. Vit. Alex. p. 697. C. Arrianum loco memorato et alibi. Nam Curtium, qui patrem Rhoxanæ prodit *Cohortanum*, indeque hoc nomen in locum Plutarchi citatum in-

Digitized by Google

vehere volentem Weſſelingium pro ἔν τινι χρόνῳ legendo ἐν χορτάνου, non moramur.

332. F. καθάπερ τινὰ γένεσιν τύχης βασιλικῆς] Vix ſanum eſt γένεσιν· in mentem mihi venit γύμνωσιν· nec improbandum Reiſkii νέμεσιν. De re narrat Plutarchus Vit. Alex. p. 690. B: Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἐπῆλθεν, ἀλγῶν τε τῷ πάθει φανερὸς ἦν καὶ τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα λύσας ἐπέβαλεν τῷ σώματι καὶ περιέστειλεν.

332. F. Ἡφαιστίωνος] Vita Alex. p. 688. A. Apophthegm. p. 180. D. ubi eſt ὥσπερ εἰώθει, quod hoc loco ὡς ἔτυχε καὶ ἁπλῶς, *forte et ſimpliciter: ἁπλῶς non de induſtria, nec certo quodam conſilio*, ſed conſuetudine tacita: de qua notione quædam annotavimus ſupra alicubi.

p. 333. A. Σωκράτης ἠνέσχετο συγκοιμηθέντος Ἀλκιβιάδου] Plato Sympoſ. p. 334. G. Diogenes Laert. II. 31. Nepos Alcib. II. Pro ἠνέσχετο Junius notavit ἀπέσχετο· quo non opus eſt.

333. A. Φιλόξενος] Plutarch. Vit. Alex. p. 676. F. Adv. Epicur. p. 1099. C. Uſum particulæ ἵνα notavimus ad p. 67. F.

333. B. Ξενοκράτην] Diximus modo p. 331. E.

333. B. Τοῦτο ποσάκις Ἀλέξανδρος εἶπε—;] Quid illud ſit quod dixerit, excidit ex libris: ut pleraque hinc ad finem.

333. C. παρὰ τὰ δεινὰ—] Notavimus p. 172. F.

333. C. Εἷς οἰωνὸς—] Iliad. M. 243.

333. C. Πέρας μέν ἐστιν] Demoſthenis Or. Pro Coron. p. 326. C. Notavimus ſupra p. 166. F.

333. C. Θουκυδίδης] II. 87. Ut ſuo utitur Solinus Cap. I. p. 8. C. *Memoriam metus perimit:* ut ſententia aliena Achilles Tatius Hiſt. Amat. VII. p. 441: Ἀληθὴς δέ ἐστιν, ὡς ἔοικεν, ὁ λόγος, ὅτι μνήμην ἐκπλήσσειν πέφυκεν φόβος. Dudum monuimus Bibl. Crit. Vol. I. Part. II. p. 62.

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM,

DE ALEXANDRI M. FORTUNA AUT VIRT.

ORATIO II.

P. 333. D. χθὲς] Declamatio ſive Διάλεξις, biduo deinceps habita: ut illa περὶ Σαρκοφαγίας, quarum altera ſimile exordium habet, p. 996. D.

333. E. Ἀρχιστράτου] Hujus multi ſunt et luculenti apud Athenæum loci: ex eodem certe III. p. 104. A. quo Chryſippi de Archeſtrato dictum refertur, affirmantis carmen hujus γαστρολογίαν Epicuro fuiſſe μητρόπολιν τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ, colligitur eum inter Olympiadem CXIV. et CXXVII. floruiſſe, quarum illa Alexander, hac Epicurus obiit: igitur non ſatis recte in Poetis incertæ ætatis poni a Voſſio De Poet. Gr. p. 225. et rectius a L. Gyraldo T. II. p. 148. ſubjungi Antagoræ, æquali Antigoni Majoris: de quo diximus p. 182. F.

333. F. Διονύσιος γοῦν — κιθαρῳδοῦ] Animadvertimus p. 41. D.

p. 334. A. ὥστε τὸν μισθὸν—ἀντιτερπόμενος] Varietas lectionis duorum codicum non reticenda: Harlei. ὥστε ἀπέχεις τὸν μισθὸν τερπόμενος· item G, ultimum tamen ἀντιτερπόμενον retinet.

Digitized by Google

334. A. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Φεραίων τύραννος] Memorabile profecto exemplum a Plutarcho item relatum in Vita Pelopidæ p. 293. E: Τραγῳδὸν δέ ποτε θεώμενος Εὐριπίδου Τρωάδας ὑποκρινόμενον ᾤχετο ἀπιὼν ἐκ τοῦ θεάτρου, καὶ πέμψας πρὸς αὐτὸν ἐκέλευε θαρρεῖν, καὶ μηδὲν ἀγωνίζεσθαι χεῖρον· οὐ γὰρ ἐκείνου καταφρονῶν ἀπελθεῖν, ἀλλ' αἰσχυνόμενος τοὺς πολίτας, εἰ μηδένα πώποτε τῶν ὑπ' αὐτοῦ φονευομένων ἡλεηκὼς ἐπὶ τοῖς Ἑκάβης καὶ Ἀνδρομάχης κακοῖς ὀφθήσεται δακρύων. Eadem hinc ſumta narrat Ælianus Var. Hiſt. XIV. 40. Animi mobilitatem temeritatemque hac in cauſſa univerſe notat Iſocrates Panegyric. p. 129: ἀλλ' ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ταῖς ὑπὸ τῶν ποιητῶν συγκειμέναις, δακρύειν ἀξιοῦσιν· ἀληθινὰ δὲ πάθη πολλὰ καὶ δεινὰ γιγνόμενα διὰ τὸν πόλεμον ἐφορῶντες, τοσούτου δέουσι ἐλεεῖν, ὥστε καὶ μᾶλλον χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς ἀλλήλων κακοῖς, ἢ τοῖς ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς.

334. B. Ἀρχελάῳ — ἐσήμαινε] Animadvertimus in Apophthegm. p. 177. B. Hoc loco etiam Harl. dat ἐνεσήμαινε: quod verbum attigimus p. 129. E.

334. B. Ἀτέας] Item in Apophth. p. 174. E. annotavimus. Ἀνταίας E, F. Gronov. Pet.

334. C. Διονύσιος—Φιλόξενον εἰς τὰς λατομίας ἐμβαλών] Res a multis celebrata, paulum diſſentientibus, in ſumma conſentientibus: quorum pleroſque citarunt Lindenbrogius ad Ammian. Marcellin. XIV. p. 34. Daviſius ad Ciceronis Tuſc. V. 22. Perizonius ad Æliani Var. Hiſt. X. 9. et Weſſelingius ad Diodor. Sic. XV. 6. Verbum περιγράφειν ex hoc Plutarchi loco apponens Caſaubonus ad Athenæum, interpretatur *delere* p. 324. idem conſulendus p. 134. cui adhibeatur Ruhnkenius noſter ad Tim. Voc. Διαξύειν p. 82. Quam κορωνίδα hoc ſenſu dicant Græci monuimus p. 66. D.

334. C. Φίλιππος—πρός τινα ψάλτην] Animadvertimus p. 67. F. In καινοπρεπέστερος diſſentiunt quidam libri. Ald. Baſ. Xyl. E, F. Voſſ. Gronov. μικρότερος καὶ νεοπρεπέστερος, quod probem: at G et Pet. vitioſe μικρότερον καινοπρεπέστερον. Fortaſſe etiam duæ fuerunt antiquitus lectiones μικροπρεπέστερος et νεοπρεπέστερος: utrumque Plutarcho uſurpatur: illud Vit. p. 253. F. Mor. 8. A. hoc Vit. p. 589.

Digitized by Google

F. 825. A. Mor. 785. F. item Plato Leg. X. p. 667. B. illud etiam Ariſtidi T. I. p. 64. T. II. p. 367.

334. C. Βριθὺς—] Æſchyli verſus: notatus p. 317. E. et hoc loco dant ἀντιπάλοισι Ald. Baſ. E. F. Voſſ. Gronov. Harl. Pet.

334. D. τραγῳδοὶ μὲν οἱ περὶ Θετταλὸν καὶ Ἀθηνόδωρον—ἠττημένον] Iiſdem fere verbis res narratur in Vita Alexandri p. 681. D. ubi nomen eſt Θεσσαλὸς, ut in alia re memoratur p. 669. D. et in Vita Demoſthenis p. 854. A. ſiquidem idem hiſtrio ſignificari videtur: item apud Athenæum XII. p. 538. F. ex Charetis hiſtoria Alexandri, cum *Athenodoro* jungitur.

334. E. Λύκωνα τὸν Σκαρφέα] Item gemino loco refertur Vit. Alex. p. 681. E. Sic ab hiſtrionibus mutatam dramatum dictionem monet Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 432.

334. F. Ἀριστόνικος] De hujus citharœdi obitu Arrianus IV. 16. In Philippi compotatoribus numeratur a Theopompo ap. Athen. XV. p. 435. B. In Memnonis amicis a Polyæno V. 44, 1.

p. 335. A. Ἀντιγενίδου] Eamdem rem narrans Dio Chryſ. Or. I. initio, et Baſilius M. De Legendis Gr. p. 499. B. tibicinem Timotheum produnt: et Anonymus Schol. in Hermogenem edit. Ald. T. II. p. 343. Sed neutrius ætati ſatis congruit, de qua diximus p. 22. A. 32. D. 193. F. Et quidem Timotheus citharœdus perhibetur. Ἁρμάτειος νόμος Plutarch. Muſic. p. 1133. E, F. Euripid. Oreſt. 1391. Etymol. M. Heſychii interpretes.

335. A. Ἕρπει γὰρ ἅντα—] Alcmanis eſſe colligitur ex Plutarcho in Vita Lycurgi p. 53. D: Ἕρπει γὰρ ἅντα τῷ σιδάρῳ τὸ καλῶς κιθαρίσδειν· ὡς ὁ Λακωνικὸς ποιητὴς εἴρηκεν. Ultimum verbum recte κιθαρίσδεν edidit Joſ. Scaliger ad Varronem R. R. p. 195. primum legi vult ῥέπει, *ferro præponderat egregie fidibus canere*, quod metaphora ſumta ſit a ſtatera: non ſine veri ſpecie: melius quidem, quam quod vulgata profitetur *obviam it horti bonus cithariſta.*

335. A. Ἀπελλῆς—τὸν κεραυνοφόρον] Plutarchus in Vit. Alex. p. 666. A. Plinius H. N. XXXV. 36, 15: *Apelles—*

Digitized by Google

pinxit et Alexandrum Magnum fulmen tenentem in templo Ephesiæ Dianæ, viginti talentis: Fr. Junius Catalogo Artificum p. 20.

335. B. Λυσίππου—] Plutarchus Vit. Alex. p. 666. A. Alexandri ἔγκλισις τοῦ τραχήλου notata p. 53. C. Tzetzes Chiliad. XI. 368.

335. B. Αὐδασοῦντι] Or. I. p. 331. A.

335. B. μόνον Λύσιππον] Id est, *solum Lysippum statuas facere.* Nam idem proprium munus in pictura Apelli, et in sculptura Pyrgoteli tribuit, ut est apud Plinium H. N. VII. 28: *Idem hic imperator edixit, ne quis ipsum alius, quam Apelles, pingeret: quam Pyrgoteles, sculperet: quam Lysippus ex ære duceret:* conferatur de priore XXXVII. 4. At duo postremi nominantur soli ab aliis: veluti Cicerone Ep. Div. V. 12: *Alexander—ab Apelle politissimum pingi, et a Lysippo fingi volebat.* Horatio Ep. II. 1, 239—*idem rex ille—Edicto vetuit ne quis se præter Apellem Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra, Fortis Alexandri vultum simulantia.* Valerius Max. VIII. 11. Ext. 2. Himerius Eclog. XXXII. p. 288. edit. Wernsdorf. At Plutarchus utroque loco solum Lysippum dicit: item Arrianus I. 16, 7. quamquam is quidem non ita, ut duos reliquos excludere voluisse videatur; si quidem ipsi non nisi de statuis dicendum erat. Quod hoc loco dicitur ἦθος, Plinius XXXV. 36, 19. de Apellis æquali Aristide Thebano: *is omnium primus animum pinxit, et sensus hominis expressit, quæ vocant Græci ἤθη·* et ibid. 2. appellat *mores.* Xenophon Mem. Socr. III. 10, 3. ἦθος dicit, quod pictori exprimendum esse dubitantem Parrhasium docet Socrates, cujus disputatio conferatur cum Dione Chrys. Or. XII. p. 211. B. igitur in vultu expressum χαρακτῆρα dixerunt: ut monuimus Bibl. Crit. III, I. p. 16. ad Plutarchi Quæst. Plat. I. p. 999. E. et alias disertius monebimus.

335. C. Στασικράτης—] Brevius rem narrat Plutarchus in Alexandro p. 705. B. et Strabo XIV. p. 949. C. *Cheirocratem* eumdemque Alexandriæ in Ægypto architectum dicens. Atqui is *Deinocrates* fuit: cujus nomen ponit in hac item re fuse narranda Vitruvius Lib. II. Præfat. p.

Digitized by Google

17. Tzetzes Chil. XI. 367, 368. Plutarchum, ut ſolet, ſequens, *Staſicratem* dicit. Mox ἔργα δειλῶν τεχνιτῶν καὶ ἀγεννῶν eſt quoque in Harl.

335. E. Ἤμωδα] *Emodus*, Indiæ mons: Plinio H. N. VI. 17. Arriano Indic. p. 510. ed. Blancard. Dionyſio Perieg. 748. 1146. 1162. Straboni XV. p. 1010. A. 1023. A.

335. F. τὸν Ἐπὶ τῆς αἰχμῆς] Non aliunde cognitum opus.

p. 336. A. Ἀντισθένης ἔλεγεν —] Hunc ipſum locum, omiſſo Plutarchi nomine, reponit Stobæus Flor. Tit. LII. p. 365: Ἀντισθένης ἔλεγεν ὅτι πάντα δεῖ τοῖς πολεμίοις εὔχεσθαι τ' ἀγαθὰ παρεῖναι, χωρὶς ἀνδρείας· γίνεται γὰρ οὕτως οὐ τῶν ἐχόντων ἀλλὰ τῶν κρατούντων.

336. B. Ἐπίχαρμος] Multis celebratum. Ex Stobæo Flor. IV. p. 54. ubi in noviſſima editione apponitur Κερκίδας ἐν Μελιάμβοις, nec niſi exordium præponitur Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, plenius refert Grotius Dict. Poet. Stob. p. 33: Νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει· τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά. Attingunt Porphyrius Vit. Pythag. §. 46. ubi videndus Ritterſhuſius, Jamblichus Vit. Pythag. §. 228. Julianus Or. VIII. p. 247. A. Plinius formam imitatur, H. N. XI. 54: *Animo autem videmus, animo cernimus*—. Attigimus dictum p. 98. B.

336. B. καταισχύνει χωρὶς ἀρετῆς—] Ex Platonis monito in Menexeno p. 408. B: οὔτε γὰρ πλοῦτος κάλλος φέρει τῷ κεκτημένῳ, μετ' ἀνανδρίας· ἄλλῳ γὰρ ὁ τοιοῦτος πλουτεῖ καὶ οὐχ ἑαυτῷ· οὔτε σώματος κάλλος καὶ ἰσχὺς δειλῷ καὶ κακῷ ξυνοικοῦντα, πρέποντα φαίνεται, ἀλλ' ἀπρεπῆ, καὶ ἐπιφανέστερον ποιεῖ τὸν ἔχοντα, καὶ ἐκφαίνει τὴν δειλιάν· πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, οὐ σοφία, φαίνεται.

336. C. Βαβυλῶνας] Malim cum Reiſkio Βαβυλῶνα.

336. C. ἔξαινεν οἴκοι πορφύραν ἀναβάδην ἐν ταῖς παλλακαῖς καθήμενος] Manavit ex narratione Cteſiæ, quam refert Athenæus XII. p. 528. F: Ἀρβάκης—εἶδεν αὐτὸν ὁ Μῆδος ἐψιμυθιωμένον καὶ κεκοσμημένον γυναικιστὶ, καὶ μετὰ τῶν παλλακίδων ξαίνοντα πορφύραν, ἀναβάδην τε μετ' αὐτῶν καθήμενον. Dio Chryſ. Or. LXIII. p. 588. D: Σαρδανάπαλος—εἰς τὴν γυναικωνῖτιν καθῆστο ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης, ἀναβάδην—ὃν οὐκ ἦν δια-

Digitized by Google

γυᾶναι τῶν παλλακῶν· Cleomedes Κυκλ. Θεωρ. II. p. 476: εἴ τις Σαρδανάπαλον ἐπινοήσειε — καὶ τὰς παλλακίδας, μεθ' ὧν ἐπὶ ταῖς κλίναις διημερεύσειε, ποτὲ μὲν πορφύραν ξαίνων, ἄλλοτε δὲ στεφάνοις ἀναδούμενος—. Clemens Alexandr. Pædag. III. p. 251. C: τὸν θηλυδρίαν Σαρδανάπαλον, τὸν Ἀσσυρίων βασιλέα ἐπὶ κλίνῃ ἀναβάδην ἐζόμενον εἰσάγουσι πορφύραν ξαίνοντα. Adverbium ἀναβάδην accipimus *pedibus in altum sublatis*, ut Scholiastes Aristophanis Plut. 1124. Acharn. 409, 410. Item accipi potest apud Pollucem III. 90. VI. 175. eamque interpretationem præferam alteri ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου καθήμενος· et præfert Hemsterhusius ad Hesychium T. I. p. 314. vere monens hujus dictionis frequentiam ex hac narratione Ctesiæ venisse.

336. C. ἐπορχουμένην ἑαυτῇ —] Korayus, eruditissimus Græcus, in notis ad Hippocratis librum De Aere et Locis T. II. p. 330. corrigendum contendit ἐποχουμένην, quasi *quæ pedem pedi impositum habeat*, quod Latine dici possit *inequitantem sibi ipsi*. Nobis retinenda videtur vulgata, *sibi ipsi insultantem barbarico modo*; quippe a libris commendata, et aliquanto etiam facilior intellectu, quam illud ἐποχουμένην ἑαυτῇ; quamquam ejus verbi exemplum in Plutarcho legisse non memini, nec nisi unum Stephanus attulit locum ex Appiani Punicis Vol. I. p. 388. ἐπορχούμενος τοῖς πολεμίοις. Neque magis nobis probatur altera eruditissimi viri ratio de voce ἀναβάδην, quam eodem quo ἐποχουμένην sensu accipit. Unus codex Harl. variat, dans ἐπερχομένην. Habitum hunc statuæ et inscriptionem prodiderat Aristobulus, unde retulerunt Strabo XIV. p. 988. C. Athenæus XII. p. 530. B, C. Arrianus II. 5. crepitum digitorum συμβάλλοντα τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους ὡς ἂν ἀποκροτοῦντα diserte declarantes, statum item gradumque lascivientis significantes.

336. C. Κράτης ἰδὼν χρυσῆν εἰκόνα Φρύνης—] Plutarchus Defect. Orac. 401. A:—τὴν χρυσῆν ἐν τοῖς στρατηγοῖς καὶ βασιλεῦσι θέασαι Μνησαρέτην, ἣν Κράτης εἶπεν τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνακεῖσθαι τρόπαιον·—Μνησαρέτη γὰρ ἐκαλεῖτο· τὴν δὲ Φρύνην ἐπίκλησιν ἔσχε διὰ τὴν ὠχρότητα. Et præsentem locum omisso Plutarchi nomine refert Stobæus Flor. Tit. VI. p.

Digitized by Google

81: Κράτης ἰδὼν χρυσῆν εἰκόνα Φρύνης τῆς ἑταίρας ἐν Δελφοῖς ἑστῶσαν, ἀνέκραγεν ὅτι τοῦτο τῆς Ἑλλήνων ἀκρασίας τράπαιον ἕστηκεν. Athenæus XIII. p. 591. B: αὐτῆς δὲ τῆς Φρύνης οἱ περικτίονες (an Ἀμφικτύονες?) ἀνδριάντα ποιήσαντες ἀνέθηκαν ἐν Δελφοῖς χρύσεον ἐπὶ κίονος Πεντελικοῦ· κατεσκεύασε δὲ αὐτὸν Πραξιτέλης· ὃν καὶ θεασάμενος Κράτης ὁ Κυνικὸς, ἔφη, τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνάθημα· ἕστηκε δὲ ἡ εἰκὼν αὕτη μέση τῆς Ἀρχιδάμου τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως καὶ τῆς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, ἔχουσα ἐπιγραφὴν, ΦΡΥΝΗ ΕΠΙΚΛΕΟΥΣ ΘΕΣΠΙΚΗ, ὡς φησιν Ἀλκέτας ἐν δευτέρῳ Περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων. Dictum tribuit Diogeni Cynico Scholiaſtes Ariſtoph. Plut. 179. Et Ælianus Var. Hiſt. IX. 32. id ſignificare videtur, cui *Græci non omnes* ἀλλ' οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀκρατέστεροι hanc ſtatuam poſuiſſe dicuntur. Diverſa fuit hæc ſtatua ab alia, item Praxitelis opere, quam ipſa in patria Theſpiis dedicavit, Pauſania teſte IX. 29. et aliis citatis Caſaubono ad Strabonem IX. p. 629. A. perperam Glyceram nominante. Delphica ſtatua fuit ἐπίχρυσος, ut narrat Pauſanias X. 14. aliique citati Kuhnio ad Ælian. l. l.

336. E. Ὀάρσην] Νάρσην ſcribitur apud Strabonem XV. p. 1069. A. ubi P. Leopardus corrigere jubet Ἄρσην Emend. XI. 9. itaque legitur in Arriano II. 14. Diodoro Sic. XVII. 5. ubi conſulatur Weſſelingius.

336. E. Τιγράνην] Plutarchus in Vita Pompeii p. 637. A. Velleius Pat. II. 37. Valer. Max. V. 1, 10. Appianus Mithridat. 104. alii.

336. E. Νικομήδην] Atqui Pruſias hic fuit, ut novimus ex Polybio Excerpt. Legat. XCVII. T. II. p. 736. unde habet Plutarchus—: πρεσβευτῶν παραγεγονότων Ῥωμαϊκῶν πρὸς αὐτὸν ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν, καὶ πῖλον ἔχων καὶ τηβέννην καὶ καλιγίδια, ἄπηντα τούτοις, καὶ καθόλου τοιαύτῃ διασκευῇ κεχρημένος, οἵαν ἔχουσιν οἱ προσφάτως ἠλευθερωμένοι παρὰ Ῥωμαίοις, οὓς καλοῦσι λιβέρτους—· ſed operæ pretium eſt hæc apud ipſum legere Polybium. Breviter hujus reprehenſionem refert Livius XLV. 44: *Hæc de Pruſia noſtri ſcriptores. Polybius eum regem indignum majeſtate nominis tanti tradit: pileatum, capite raſo, obviam ire legatis ſolitum, libertumque populi Ro-*

Digitized by Google

mani ferre: et ideo insignia ordinis ejus gerere—. Appianus in Mithridaticis II. p. 644.

336. F. Κύκλωπι μετὰ τὴν τύφλωσιν] Animadvertimus in Apophthegm. p. 181. F.

p. 337. A. Ἡφαιστίωνι—πρὸς Κρατερόν] Similiter narratur in Vita Alex. p. 691. F.

337. D. κτήσει—χρήσει] Videantur notata p. 137. E.

337. D. Χάριλλος ὃν Λυκοῦργος—] Plutarchus in Vita Lycurgi p. 41. A. paulo aliter: recens natum, in cœnam magistratuum allatum κατέκλινεν ἐν τῇ βασιλικῇ χώρᾳ, καὶ Χαρίλαον ὠνόμασε διὰ τὸ τοὺς πάντας εἶναι περιχαρεῖς ἀγαμένους αὐτοῦ τὸ φρόνημα καὶ τὴν δικαιοσύνην.

337. E. ἀγωνιστῇ γὰρ ἡγεμονίας ὑποκριτὴν ἐπεισήγαγε] Eleganter invertit frigidum Timæi, si quidem illud dictum cogitavit quod memorat in Sympos. VIII. p. 717. C: Εὐριπίδου—ἀποθανόντος καθ' ἣν (ἡμέραν) ἐγεννήθη Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων, ἅμα τῆς τύχης, ὡς Τίμαιος ἔφη, τὸν μιμητὴν ἐξαγούσης τῶν τραγικῶν παθῶν, καὶ τὸν ἀγωνιστὴν ἐπεισαγούσης.

337. E. διάδημα κωφὸν διεξῆλθε] Gemina notatio Plutarchi De Rep. Ger. Seni p. 791. E: Ἀριδαῖος ἦν νέος, γέρων δὲ Ἀντίγονος· ἀλλ' ὁ μὲν ἅπασαν ὀλίγου δεῖν κατεκτήσατο τὴν Ἀσίαν· ὁ δὲ, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς δορυφόρημα κωφὸν, ἦν ὄνομα βασιλέως, καὶ πρόσωπον ὑπὸ τῶν ἀεὶ κρατούντων παροινούμενον. Sic Philo Jud. de Flacco p. 968. A: κωφὸν ὡς ἐπὶ σκηνῆς προσωπεῖον, ἕνεκα προσχήματος αὐτὸ μόνον παραλαμβάνοντες, ἐπιγεγραμμένον ὄνομα ἀρχῆς. Conferatur Spanhemius ad Aristoph. Ran. 944. et ad Juliani Cæsares p. 355. A. edit. Heusingeri p. 63.

337. E. Καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος—] Apud Aristoph. Equit. 1053. inter Metrica Schotti. 67.

337. E. Λαβεῖν καὶ ἀναθέσθαι—φρόνημα ἔχοντος] Relatum exstat in S. Antonii p. 316. omisso nomine Plutarchi, et illa parte Οἄρσῃ—βασιλείαν. Scripturam nominis Οἄρσης notavimus modo p. 336. E. De Bagoa Ælianus Var. Hist. VI. 8. ibique Kuhnius.

337. F. Κακοὶ γὰρ ἐμπλησθέντες—] Euripidis ex Erechtheo ap. Stob. Flor. III. p. 36. Gesn. p. 19. Grot. in Fragmen-

Digitized by Google

tis Musgrav. T. III. p. 562. Non ignorasse videtur Thucydides, illa scribens IV. 17 :—μὴ παθεῖν ὅπερ οἱ ἀήθως τι ἀγαθὸν λαμβάνοντες τῶν ἀνθρώπων· ἀεὶ γὰρ τοῦ πλέονος ἐλπίδι ὀρέγονται, διὰ τὸ καὶ τὰ παρόντα ἀδοκήτως ἀτυχῆσαι.

p. 338. A. Κλεῖτος ἐν Ἀμοργῷ—] Navarchum Antipatri bello Lamiaco legimus apud Diodorum Sic. XVIII. 15. eumdem 72. victorem non ad Amorgum, sed ad Echinades.

338. A. Δημήτριος] Sic in Ejus Vita p. 893. D. attigimus rem supra p. 57. F.

338. B. Κλέαρχος] Jovem se appellasse, tradit Memnon in Excerpt. Photii CCXXIV. p. 704. ubi alia etiam de ejus insania et crudelitate. Athenæus III. p. 85. B. Ælianus Var. Hist. IX. 13. Diodorus Sic. XV. 81. Justinus XVI. 4, 5.

338. B. Διονύσιος ὁ νεώτερος] Doridem habuit matrem, Plutarchus Dione p. 959. B. Versum hunc significat Scriptor Epist. Socrat. XXXIV. p. 75. Dionis ad Speusippum: πάνυ γὰρ οἶομαι αὐτὰς ἀξιηκόους εἶναι ἀνδρὸς, Κέκροπος κοινώμασι βλαστόντος· lacessitus ab hoc Ep. XXXIII. diserte posito dicto p. 74: πάνυ γὰρ ἀξιηκόους αὐτὰς οἶομαι εἶναι ἀνδρὸς, Φοίβου κοινώμασι βλαστόντος.

338. B. ὁ δὲ πατὴρ—ἀποπνίξας] Rei notitiam servavit et Ælianus XIII. 45: Διονύσιος τὴν μητέρα διέφθειρε φαρμάκοις· Λεπτίνην δὲ τὸν ἀδελφὸν σῶσαι δυνάμενος, ἐν τῇ ναυμαχίᾳ περιεῖδε ἀπολλύμενον· ubi consulendi Kuhnius et Perizonius.

338. C. Ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ] Exstat apud Stobæum Flor. Tit. XLVII. p. 343. apposito in edit. Gesner. *Dionysii tyranni, alias Euripidis*, apud Grot. XLIX. p. 186. *Dionysius*. In Proverbiorum Appendice Vaticana II. 7. proditum, numero exemit Schottus p. 280. De ejus in tragœdiam scribendam studio Cicero dixit Tusc. V. 22. Ælianus Var. Hist. III. 18. utroque loco interpretes adhibendi.

338. C. Ἀρετὴν—Σωφροσύνην—Δικαιοσύνην—] Duæ priores cognitæ sunt ex Plutarchi Dione p. 960. C. et Nepotis I. 1. tertiam an alii affinxerint, haud statuimus.

338. C. φθορὰς παίδων, καὶ τυμπανισμοὺς ἐν ἀνδρογύνοις] In-

Digitized by Google

terpretes alii perperam acceperunt: recte Cruſerius: *puerorum ſtupra, tympanorum inter ſemimares pulſationes.* Τυμπανισμοὶ ſunt ſacerdotum Deæ Phrygiæ, Matris Deorum, *Gallorum, caſtratorum:* ut p. 60. A. et 56. D, E. qui locus huic fere eſt geminus: item p. 144. D, E. ubi argumentum expoſuimus.

338. C. ἡρίστα μὲν ὄρθρου καθεζόμενος—ἄρματος] Hæc ſimplicius ac diſertius narrantur loco gemino Vitæ Alex. p. 677. D, E—ubi plenius rectiuſque ſcribitur—τοξεύειν ἢ ἐπιβαίνειν ἅρματος ἐλαυνομένου καὶ ἀποβαίνειν. De more *aſſidendi ad prandium* notavimus quædam p. 150. A.

338. D. ἐκύβευε δὲ πρὸς Μήδιον] Vit. Alex. p. 706. D. Confer notata p. 65. C, D.

338. D. Ῥωξάνην—Στάτειραν] De *Rhoxanæ* conjugio diximus, p. 332. E. de *Statiræ* Plutarchus Vit. Alex. p. 703. E. eamdem prodit Diodorus Sic. XVII. 107. Juſtinus XII. 10. at Arrianus *Barſinen* natu maximam Alexandro tunc nupſiſſe refert VII. 4. quam certe unam inter Alexandri uxores fuiſſe, documento eſt filius ex ea relictus Hercules, de quo mentio fit a ſcriptoribus citatis Freinſhemio ad Curtium X. 6, 11. De harum celebritate nuptiarum vidimus p. 329. E.

338. D—F. περὶ δὲ τῆς Δαρείου γυναικὸς—μαρτύρων] Eadem leguntur hiſtorice narrata, in Vita Alex. p. 682. C, D. Simillime Arrianus IV. 20. Athenæus XIII. p. 603. C. Curtius IV. 10. Quibus adhibeatur judicium Sanctocrucii p. 261—264.

p. 339. B, C. Ταρρίας ὁ Δεινομένους—πολεμίους.] Hujus nomen in ſociis Alexandri non niſi hoc loco exſtat. Res quidem ipſa et factum a Plutarcho in Vita Alex. p. 703. E, F. tribuitur *Antigeni*, cognomen ἑτεροφθάλμου, ex hoc vulnere, adepto. Hic fortaſſe idem ſit *Tarrias* qui *Tauron*, Arriano V. 14 et 16. Curtio V. 3: VIII. 14.

339. B, C, D. Ἀντιγένης—Τελεσίππης ἱερᾶν] Item de Antigene narratur in Apophth. p. 181. A. at in Vita Alex. p. 689. B. Eurylocho Ægeo.

339. D, E, F. Φιλώτας—Ἀντιγόνα] Eadem res brevius narratur in Vita Alex. p. 692. B.

Digitized by Google

339. E. ὁ σιδάρεος ἐκεῖνος πεπαινόμενος] Ipsa verba produnt vel dictum vel imitationem poetæ: πεπαίνειν explicuimus p. 102. A. dictum cum aliis poetarum dictis comparavit Wartonus ad Theocrit. Addend. T. II. p. 412. Pro ἔκ τινος Harl. ἔν τινι.

339. F. Ἡφαιστίωνι] Notavimus p. 333. A.

p. 340. B. Ξέρξην Δαρεῖος ὑπὸ Ἀτόσσης] Auctor Herodotus VII. 3.

340. B. διάθημα τῆς βασιλείας] Haud negligenda est mentio lectionis E, F, G. Pol. Schott. δ. τ. Ἀσίας.

340. B. ἀστάνδου] Notavimus p. 326. E.

340. C. τὴν βασιλικὴν καὶ ὀρθοπαγῆ κίταριν] Persicum nomen κίταρις, proprie notans *fasciam tiaræ regiæ*, hoc et aliis locis pro ipsa *tiara* usurpatur. Hanc soli regi rectam gestare licebat. Satis est de hoc argumento scriptorem laudasse in primis Brissonium De Regno Pers. I. 46—52. cui adhibeatur Gatakerus Adversf. Posthum. XIV. p. 691. seq. Interpretes Pollucis X. 162. Hesychius in Voce Κίδαρις. Dio Chrys. Or. XIII. p. 226. A: ὀρθὴν ἔχων τιάραν καὶ ἐπὶ θρόνου χρυσοῦ καθίζων. XIV. p. 233. C. 234. D: ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὅπως μὲν ἕξει μόνος ὀρθὴν τὴν τιάραν ἐφρόντιζεν. Scribitur in libris quidem κίδαρις, κίθαρις, et κίταρις: apud Plutarchum in Vitis subinde legitur p. 126. E. 637. A. 641. C. 1024. E. 1025. E. 1052. A.

340. C. Αἴγων] Non conveniunt hæc cum Pausania II. 19. abrogatam regiam potestatem tradente. An Ægonis hujus notitia alibi exstet, alii videant.

340. C, D. ἐν Πάφῳ—Ἀλύνομος] In nomine hominis et in loco variant scriptores. Diodorus Sic. XVII, 46, 47. *Tyri* everſæ regem *Ballonymum* ab Alexandro constitutum refert. Justinus XI. 10. Curtius IV. 1. *Sidonis Abdolominum*. Conferantur Interpretes, in primis Wesselingius ad Diodori l. c.

340. E. βάθεσι χιόνων κατακεχωσμένα ἔθνη] Diodorus Sic. XVII. 82. Curtius V. 3. Narratio tota oratorie exaggerata, aut ipsius ingenio oratoris aut ex Scriptoribus fabulosis.

340. E. θάλατταν μαχομένην ἔπλευσε] Arrianus VI. 19.

Digitized by Google

prudenter narrat: Curtius IX. 9. declamatorie. Conferatur Sanctocrucius p. 410—412.

340. E. Γεδροσίων καὶ Ἀραχωσίων] Plutarch. Vit. Alex. p. 702. A. Arrianus VI. 22. seq. Diodorus Sic. XVII. 81. Curtius IX. 10.

p. 341. A. ἔγχεΐ τ' ἄορί τ'—] Iliad. Λ. 265, 541.

341. B. ἐπὶ Γρανίκου—ἐν Μαλλοῖς] Horum pleraque supra leguntur et a nobis annotata sunt p. 327. A.

341. B. περὶ τὴν Ὑρκανίαν] Immo περὶ τὴν Κύρου πόλιν· ut Curtius VI. 6. cervix ejus saxo ita icta est, ut oculis caligine offusa, conlaberetur; ne *mentis quidem compos*. Arrianus brevius IV. 3: καὶ βάλλεται λίθῳ αὐτὸς Ἀλέξανδρος βιαίως τήν τε κεφαλὴν καὶ τὸν αὐχένα.

341. B. Τουτὶ μὲν αἷμα] Notavimus p. 180. D.

341. B. ὡς Χάρης φησὶν, ὑπὸ Δαρείου—ἀπήντησεν] Eadem leguntur in Vita Alexandri p. 675. E.

341. C. διαβὰς δὲ τὸν Τάναϊν—ἐνοχλούμενος] Item in Vita Alexandri p. 691. A. Arrianus IV. 4, 17. Curtius VII. 9, 13. Quod in numero variat Plutarchus, non debebat mirari Freinshemius, si hujus libelli rationem habuisset.

341. D. ὑπερείπουσα] *subruens, suffodiens*: verbum saepissime cum verbo ὑπερείδειν confusum: ut diximus p. 71. B.

341. D. ἡ Ἀθηνᾶ πρὸ τοῦ Μενελάου] Iliad. Δ. 128.

341. E. Ποίους γὰρ Τυφῶνας—ἀλλοφύλων] Rhetoricus ornatus ut Or. I. p. 327. A. Ne Hercules quidem adversus Typhonem, sed adversus natum ex illo leonem Nemeum, pugnasse fertur: Apollodor. II. 5, 1.

341. F. παρατεττόμενος διώκων] Legam διώκων ἐν ἀποστάσεσι, ut constructio sibi constet: quam turbatam diligentissimus, in hoc genere, Perizonius neglexit in hoc loco citando ad Æliani Var. Hist. III. 23. 6. Sogdianorum et Bactrorum defectionem memorat Arrianus IV. 1. illorum Curtius VIII. 8, 11. horum IX. 7. ubi videatur Freinshemius: Asiæ majorem partem VII. 9, 17, universe *defectiones* Plutarchus Vita Alex. p. 702. E.

341. F. Τίς γὰρ ἂν—Ἡρακλῆς] Aut ductum ex Tragico, aut formatum ad tragicam dictionem. Hujusmodi est in

Digitized by Google

Euripidis Herc. Fur. 22: Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐξεμόχθησεν πόνους. et 1050. Ὁ πολλὰ δὴ τλὰς Ἡρακλῆς λέγει τάδε.

p. 342. A. Καλυδώνιος οἶνος] Χαλυβώνιος οἶνος, Syriæ: Strabo XV. p. 1068. B. Perſarum regibus expetitum vinum, οἱ βασιλεῖς πυρὸν μὲν ἐξ Ἀσσου τῆς Αἰολίδος μετήεσαν, οἶνον δ' ἐκ Συρίας τὸν Χαλυβώνιον. Poſidonius apud Athen. I. p. 28. D. Heſychius in Voce Χαλυβώνιος· Suidas Χαλυδώνιος· ut hoc loco G. Briſſonius De Perſ. Regn. I. 84. jam Χαλυβώνιος ex hoc Plutarchi loco citaverat; ubi plura notavit Lederlinus.

342. A. Τρκανικοὶ ἰχθύες] Non ignotos vulgo fuiſſe, ſuſpicetur quis inde quod eos librarii perperam invexerunt in alium Plutarchi locum Adv. Epicur. p. 1101. A: οὕτως ἔχομεν πρὸς αὐτοὺς—ὡς πρὸς τοὺς Τρκανοὺς ἰχθῦς ἔχομεν· ubi Xyl. Mez. et Toup. ad Suid. Cur. Nov. p. 145. recte judicant corrigendum ὡς πρὸς τοὺς Τρκανοὺς ἢ Σκύθας ἔχομεν. Mare idem et Caſpium et Hyrcanium dictum conſtat: indeque ſale conditos piſces Ecbatana aſportari narrat Ælianus Nat. Animal. XVII. 32. Comparetur Curtius VI. 4, 18.

342. B. πρέσβεις παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως—] Hæc minus rhetorice narrantur in Vita Alexandri p. 666. E.

342. B. περὶ τῆς χρυσῆς ἀναδενδράδος] *De vite arbuſtivo aureo.* Videatur Briſſonius Regn. Perſ. I. 77. Diodorus Sic. XIX. 48. ibidem Weſſelingius.

342. B. διαπυνθανόμενος πόση] Sic et Harl.

342. B. ποῦ δέ οἱ ἔντεα—] Iliad. K. 407.

342. C, D. Φιλίππου τελευτήσαντος—τέλος ἔχουσαν] Hiſtoriæ partes animadvertimus Or. I. p. 327. D. Poſtrema verba poetam redolent.

342. D. Φύλαρχος] Sic et Harl. Hujus loco in hoc argumento teſtem citavit *Durin Samium* in Vita Alex. p. 672. A. Or. I. p. 327. E. De Phylarcho Voſſius Hiſt. Gr. I. 17. Fabricius B. G. II. p. 225. qui monet a Radero perperam in Scriptoribus rerum Alexandri numeratum.

342. D. Περδίκκας οὐδὲν ἔλαβε] Item in Vita Alexandri p. 672. B.

342. E. τείχεσι πόλεων μυριάνδρων—] Significantur inſana

Digitized by Google

Xerxis facta in perfodiendo Atho, caſtigando Helleſponto, et numerando exercitu, cognita ex Herodoto VII. 21. ſeq. 35, 54: et 60.

p. 343. A. Ὄμματα καὶ κεφαλὴν—] Iliad. B. 478.

343. A. κουριδίης] Iliad. A. 114.

343. B. Ἀχιλλέως] Iliad. Ω. 555—585.

343. B. Διομήδους] Iliad. E. 335, 855.

343. B. Ὀδυσσέως] Odyſſ. Λ. 200.

343. C. Ἀριστείδης ἀπὸ τύχης ἦν δίκαιος] De Fortuna p. 97. C.

343. C. Οὐδὲν ἄρα τῆς ἀρετῆς ἔργον ἐστὶν ἀλλ' ὄνομα] Euripidis de quo diximus p. 165. A. et dicemus p. 1066. C.

343. D. Σόλων—σεισάχθειαν.] Vita Solonis p. 86. D, E. 87. D. alibi.

343. D. Ἀλέξανδρος τὰ χρέα—ἐξέτισε] Vita Alex. p. 703. E. Arrianus V. 5. Diodorus Sic. XVII. 110.

343. D. Περικλῆς—] Vita Periclis p. 158—162.

343. D. Ἀλέξανδρος—νάους] Hæc templa deſtinaverat exſtruere, ut conſtat ex Diodoro Sic. XVIII. 4. Ergo hoc loco rhetorice loquitur Plutarchus. Vide Sanctocrucium p. 482.

343. D. Βρασίδαν] Thucydides, II. 25.

343. D. ἐν Ὀξυδράκαις] Idem quod ἐν Μαλλοῖς p. 341. C. 327. B. Harduin. ad Plin. VI. 18. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 41. Rhetoricus libelli epilogus: item Curtius in hac hiſtoria rhetorice egit, IX. 6.

p. 345. B.] Deſunt quædam in fine, judice Mez.

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM,

ATHENIENSES BELLO AN DOCTRINA CLARIORES FUERINT.

ΠΟΤΕΡΟΝ ΑΘΗΝΑΙΟΙ ΚΑΤΑ ΠΟΛΕΜΟΝ κ. τ. λ.] In Lampriæ Catal. Num. CLXXXVI: κατὰ τί ἔνδοξοι Ἀθηναῖοι. Plutarcheum eſſe res ipſa oſtendit. Genus item eſt rhetoricum ut proxime antecedentium libellorum, aliquanto tamen parcius ac modeſtius, ſed oratione magis et forma, quam argumento et materia. Producuntur imperatores et ſcriptores, illorum victoriæ cum horum ſcriptis committuntur: judicatur ſecundum imperatores: rhetorice nimirum, pejore cauſſa meliorem vincente. Nam Athenienſes ut magni fuerunt bello, ita maximi literis ac doctrina: illam laudem cum aliis populis communem habent: hujus ipſi ſunt auctores, et, ut propriæ poſſeſſionis domini: harum luce prodenda et diffundenda toti hominum generi profuerunt, et omnem ſequentium ſeculorum poſteritatem ad ingenii cultum converterunt: victoriarum quidem pauciſſimarum fructus ad libertatem Græcorum pertinuit, plerarumque conſilium et eventum victores ad ſuum ipſi in Græcos imperium retulerunt. Porro, ſilentio prætereuntur legum latores, rei publicæ et conſtituendæ auctores, et moderandæ gubernatores; niſi iidem et bello

Digitized by Google

clari fuerint. Omittitur Solon, de quo, ut de toto hoc genere, recte judicat Cicero Off. I. 22: *Sed quum plerique arbitrentur res bellicas majores esse quam urbanas, minuenda est hæc opinio.—Quamvis enim Themistocles jure laudetur, et sit ejus nomen, quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis ei, quo primum constituit Areopagitas; non minus præclarum hoc quam illud judicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit civitati. Hoc consilio leges Atheniensium, hoc majorum instituta servantur. Et Themistocles quidem nihil dixerit in quo ipse Areopagum adjuverit: at ille vere, ab se adjutum Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio Senatus ejus qui a Solone erat constitutus.* Sed totum hoc et proximum caput legendum est. Plutarchus præterea omisit Philosophiam, donum deorum, medicinam animorum, cujus Athenarum urbs parens et nutrix ad omne ævum celebratur. Denique in loco de Oratoribus expromitur callida et prope maligna irrisio in Isocratem, nec multo lenior in Demosthenem: certe periniqua; siquidem et ille juvenes saluberrimis præceptis ad reip. tractationem et omne virtutis studium instruxit: hic multas reip. partes ipse gessit, et optimis consiliis patriam adversus Macedones tutatus est: uterque cives ad bellicam gloriam et libertatem armis vindicandam incitavit. Ergo Plutarchus nisi fecit aliam quoque declamationem in contrariam partem, aut nisi loci a nobis desiderati ex hoc libello exciderunt; certe proposito suo nimium serviit. Nam si quærimus quid ἔνδοξον, *glorioſum*, sit, utrum veritate et honestate, an opinione vulgi, æstimandum; (ut Epicurus statuit, ap. Cic. Fin. II. 15.) certe prius omnes tuebuntur. An igitur sapientia cedet fortitudini, cui ne existere quidem sine illa datum est? Aut dicamus ἔνδοξον esse quod fama celebretur et laudetur? An igitur temporum locorumque spatio laus Athenienſium bellica latius patuit, quam laus doctrinæ? Hoc nemo rerum peritus dixerit. Sed credo in ista erga scriptores iniquitate speciem æquitatis consectatus est, qui ipse scriptor et doctus et doctor, se non sui studii amore auferri siverit, sed suam

Digitized by Google

laudem laudi imperatoriæ poſtpoſuerit, et illi ab hominibus doctis et pacis artium ſtudioſis jactatæ ſententiæ *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ* contrariam theſin ornaverit.

p. 345. C. Ταῦτα ὀρθῶς ἐκεῖνος] Dictum Themiſtoclis eſt apud Plutarchum, ſupra p. 270. C. 320. F. Vita Themiſtocl. p. 121. B.

345. D. Κράτιππος] Conſtat hunc Thucydidis hiſtoriam ſuppleviſſe; quod ita interpretamur ut in primis res illo temporis ſpatio, quod Thucydides complexus erat, geſtas et ab illo prætermiſſas, colligeret: tum et poſtea geſtas ſubjungeret: quas quouſque continuaverit, non conſtat. Nec poſtulare poſſumus ut Plutarchus in hoc declamatorio ſcripto terminos operis Cratippei accurate et cum grammatica fide definiverit; non magis, quam Thucydidei: cujus non initium et finem deſignavit, ſed illuſtres quaſdam partes de medio expromſit. De Cratippi quidem argumento et ſpatio ita colligimus ex Dionyſio Hal. Judic. de Thucyd. §. 16. Marcellino Vit. Thucyd. p. 6. Pſeudo-Plutarcho Vit. X. Orat. p. 834. D. Cratippus quidem Thucydidi συναχμάσας fuit, ut ait Dionyſius, id eſt *æqualis, ejuſdem ætatis*, eoque adhuc vivo hujus hiſtoriam ſupplevit, certe, res poſt hanc ſcriptam et vivo adhuc Thucydide geſtas ſcripto conſignavit; ſiquidem hic obiit Olympiad. XCVII. 1. ut ſuſpicatus eſt Dodwellus et aſſentitur Corſinus Faſt. Attic. Vol. III. p. 289. Victoria autem Cononis ad Cnidum contigit fere triennio antea. Attamen, quum Thraſybuli et Cononis res ſint pars *Hellenicorum* Xenophontis, horumque mentio a Plutarcho prætermittatur; facile quis in eam ſuſpicionem incidat, aliquid hoc loco excidiſſe, quod mentionem illius operis Xenophontei continuerit; præſertim quum aliis in libris Plutarchus illius auctoritate et teſtimonio utatur. *Archini* mentio apud Xenophontem quum nulla fiat, relinquenda hæc eſt Cratippo. Ἀρχίνου enim hoc loco corrigendum eſſe hiſtoria illorum temporum docet, et monuit Taylorus ad Vitam Lyſiæ p. 51. et plura de viro attulit Ruhnkenius Hiſtor. Crit. Or. Gr. p. 42. Thraſybuli quos dicit τοὺς ἀπὸ Φυλῆς

Digitized by Google

ἑβδομήκοντα, in numero consentit cum Xenophonte Hellenic. II. p. 470. E. de aliorum dissensu auctorum monuerunt Wesselingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 667. Taylorus ad Lysiæ Vitam p. 47.

345. E. Θεμιστογένη — τὸν Συρρακούσιον] Ferrem si scriptum esset συντάξαι. Nunc malim Meziriaci et T. V. B. Θεμιστογένει—τῷ Συρρακουσίῳ. Et sic Xenophon Hellenic III. p. 480. A: Θεμιστογένει τῷ Συρακουσίῳ γέγραπται.

345. E. Κλεινόδημοι, Δίυλοι, Φιλόχορος, Φίλαρχος] *Clinodemus* scribæ error videtur corrigendus, ut legatur vel Κλεί̈δημοι, vel Κλειτόδημοι· illo nomine scriptorem citat Plutarchus Thes. p. 8. C. 12. F. Themistocle 117. A. Aristide 330. E. et alii: hoc, item complures: de utroque Vossius Hist. Gr. III. p. 344, 345. et fortasse est scripturæ varietas in nomine ejusdem hominis, ut monuit Bryanus ad Plutarchi Vit. T. I. p. 68. *Diyllus* τῶν οὐ παρημελημένων ἐν τῇ ἱστορίᾳ dicitur Plutarcho De Malignit. Herodoti p. 862. D. de operibus ejus Vossius l. l. III. p. 360. Wesselingius ad Diodor. Sic. XVI. 14. *Philochorus* de quo Vossius I. 18. Suidas: sæpe citatus aliis, et Plutarcho, Opp. Mor. p. 403. E. 785. B. 846. B. 847. A. Vit. 6. C. 7. E. 8. B. 12. A. 14. A. 16. D. item ut Clidemus Atticarum rerum scriptor, de quibus et Heynii est annotatio ad Apollodorum III. 14. *Phylarchus*, ita enim sæpius scriptum reperitur nomen, nobis animadversus supra p. 342. D.

345. E. ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταὶ—μνήμαις.] Plutarchi nomine apponit Grammaticus Græcus apud Hermannum in Emend. Rat. Grammat. Gr. p. 368.

p. 346. A. Ἀπολλόδωρος—μιμήσεται] Hesychius Voc. Σκιαγραφίαν· τὴν σκηνογραφίαν οὕτω λέγουσιν· ἐλέγετο δέ τις Ἀπολλόδωρος ζωγράφος, Σκιογράφος· οὗτος δὲ καὶ πίλον ἐφόρει ὀρθόν· καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ἐπιγράφεται, Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται· idem deinceps Σκιαγράφος ὁ Ἀπολλόδωρος. Proverbium Zeuxidi tribuit Plinius XXXV. 36. habet Diogenianus VI. 74. Apostolius XIII. 53. Alia de Apollodoro Plinius XXXV. 36. 1. Junius Catalog. Pictor. p. 24. *Colorum temperationem* recte φθορὰν reddit Xylander: quam

Digitized by Google

ſignificationem nominis aliquoties notavit et uſurpavit Plutarchus: v. c. De EI apud Delph. p. 393. C: τὰ μιγνύμενα τῶν χρωμάτων οἱ βαφεῖς φθείρεσθαι, καὶ φθορὰν τὴν μίξιν ὀνομάζουσιν. De Pythiæ Orac. p. 395. D. 436. B. Sympoſ. VI. p. 725. C: τάς τε μίξεις τῶν χρωμάτων οἱ ζωγράφοι φθορὰς ὀνομάζουσι. Porphyrius Abſtinent. IV. 20. Kuſterus ad Schol. Ariſtophan. Plut. 530. *Primus hominum hoc fecit:* formula Plutarcho alibi uſurpata: Mario p. 432. F: ὕπατος δὲ πρῶτος ἀνθρώπων ἐπτάκις ἀνηγορευμένος. Cæſare, p. 718. F: δόξης ἐφιέμενος καὶ τοῦ πρῶτος ἀνθρώπων στρατῷ διαβῆναι τὸν Ῥῆνον.

346. A. Εὐφράνωρ—βοσία] De hoc et cæteris videatur Junius in Catalogo Artificum. Dictum ejus de ſuo et Parrhaſii Theſeo memorat Plinius H. N. XXXV. 36, 5: *opera ejus ſunt—Theſeus: in quo dixit, eumdem apud Parrhaſium roſa paſtum eſſe, ſuum vero carne.*

346. A. πεποίηται—Δῆμον Ἐρεχθῆος] Verſus Homericus Iliad. B. 547. magis congruens in Δῆμον Ἀθηναίων, opus Parrhaſii, quam in Theſeum; quo de opere Plinius XXXV. 36, 5: *Pinxit Δῆμον Athenienſium, argumento quoque ingenioſo. Volebat namque varium, iracundum, injuſtum, inconſtantem: eumdem exorabilem, clementem, miſericordem, excelſum, glorioſum, humilem, ferocem, fugacemque oſtendere.* Quo probabilior eſt ſuſpicio, labem hærere in illo πεποίηται καί τι προσέοικε, ſi quidem illa hunc vicinum etiam locum affecit.

346. B. γέγραφε δὲ καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ πρὸς Ἐπαμινώνδαν ἱππομαχίαν Εὐφράνωρ] Opus Euphranoris memoratur a Plinio XXXV. 36, 25: *Opera ejus ſunt, equeſtre prælium, duodecim Dii:* cet. Prælium hoc narratur a Xenophonte Hellenic. VII. 5. nec tamen diſerte ab aliis rerum Epaminondæ ad Mantineam narratoribus. Polybio IX. 8. Diodoro Sic. XV. 84. Plutarcho autem in Ageſilao p. 615. F. omnino omittitur: quem hoc ipſo loco putem ex Ephoro plurima ſumſiſſe: qui res Epaminondæ uberius explicuerat, et Grylli, Xenophontis filii, in pugna deinceps inter totos exercitus commiſſa, obitum prodiderat: quod legimus apud Diogenem Laertium II. 54: ὁ δὲ Γρύλλος τεταγμένος κατὰ τοὺς ἱππέας, ἦν δὲ ἡ μάχη περὶ Μαντίνειαν, ἰσχυρῶς

Digitized by Google

ἀγωνισάμενος ἐτελεύτησεν, ὡς φησιν Ἔφορος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ· Κηφισοδώρου μὲν ἐπάρχοῦντος, Ἡγεσίλεω δὲ στρατηγοῦντος· ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ καὶ Ἐπαμινώνδας ἔπεσε. Hanc igitur postrema pugna priorem et singularem Athenienſium, Euphranoris opere celebratam, ἐπομαχίαν, ſignificari dicam ab Ariſtide in Panathenaico p. 386: ἡ πόλις—τούς γε ἄλλους ἀναμφισβητήτως ὑπερβέβληκε· πεζομαχία μὲν ἡ ἐν Μαραθῶνι· ναυμαχία δὲ ἡ ἐν Σαλαμῖνι· ἐπομαχία δὲ, ἄπορῶ μὲν ἥντινα κρινῶ, ἔστω δὲ ἡ ἐν Μαντινείᾳ.

346. D. καὶ διαβουλευομένοις αὐτοῖς ἀκμὴν τοῦ πέμπειν] Si ſcriptum eſſet, διαβουλευομένοις ἀκμὴν πέμπειν τὴν εἰς Λακεδαίμονα βοήθειαν, καὶ εὐθέως ὁπλίζεσθαι προσέταξε τοῖς Θηβαίοις, nil requireremus. Ut nunc eſt, διαβουλευομένοις αὐτοῖς accipiendum pro Dativo Conſequentiæ, de quo diximus p. 169. D. Tum, niſi τοῦ deleamus, ellipſis Præpoſitionis περὶ intelligenda erit, pro περὶ τοῦ, cujus exempla notavit Abreſchius Dilucid. Thucyd. p. 121. 451. 747. Animadv. in Æſchyl. Lib. III. p. 25. Auctar. Thucyd. p. 273. Sic eſt in dictione ἀμφισβητεῖν τινός pro περί τινος, apud Iſocratem Panegyr. p. 135. ed. Mori. Or. Philipp. p. 169. Archidam. p. 226. Platonem p. 183. F. Ariſtidem T. I. p. 483. In alia compoſitione Dio Chryſ. Or. XXXVI. p. 444. D: ἐπεὶ ἤψω τῶν λόγων τῆς θείας διοικήσεως· *quum attigeres ſermones de divina gubernatione.* Ariſtides T. I. p. 196: εἴρηται ταύτης· *de hac dictum*, poterat èt ſcriptum fuiſſe ταύτῃ. Sed et Plutarchus VII. Sap. Conviv. p. 167. A: οἰκονομίας λόγος γέγονε poterat probari pro περὶ οἰκ. λ. γ. Sympoſ. III. p. 649. A: βοηθεῖν τῷ Τρύφωνι τῶν στέφανων· *adjuvare Tryphonem de coronis* i. e. in controverſia de coronis. 650. F: ἔφη, τὸν μὲν τῶν γερόντων λόγον ἀποδέχεσθαι, *dixit, ſe probare rationem de ſenibus allatam.*

346. E. σύγγραμμα] σύρρηγμα, *conflictum*, ſic p. 350. E: σύρρηγμα φάλαγγος. Frequentius σύρραξις· p. 339. B. Vit. p. 420. F. 587. A. 605. D. 729. B. Verbum συρρήγνυσθαι frequens eſt in re bellica.

346. F. κρίσιν προσθείητε] Satis eſt una demta litera προθείητε, *neque cauſſam proponeretis agendam pictoris adverſus imperatorem.* Ita προθεῖναι κρίσιν· Mario p. 413. C: προύθηκε

Digitized by Google

τῷ Τρεβωνίῳ κρίσιν. Catone Min. 766. C. Agide 800. C. Sic γνώμην προθεῖναι, ſæpiùs et ſimilia.

346. F. Σιμωνίδης τὴν μὲν ζωγραφίαν—] Notavimus p. 17. F.

p. 347. A. ὁ γοῦν Θουκυδίδης] Hanc in ejus narratione evidentiam Plutarchus laudat item in Nicia p. 523. C, F. attingit Longinus De Sublim. 25.

347. A. Ὁ γὰρ παρὰ τὴν Ῥαχίαν—] Thucydides, IV. 11, 12.

347. B. καὶ πάλιν ὁ ἐν τοῖς Σικελικοῖς—] Idem VII. 71. ubi hunc Plutarchi locum Cimmeriis tenebris obſcuriorem, ut ait, expedire ſtuduit Dukerus. Thucydidea narratio longior eſt, quam ut hic apponatur. Eamdem partem ſignificat Plutarchus in Nicia p. 539. E. Nos in nota Græco contextui ſubjecta fecimus quod potuimus.

347. C. τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην] Singularis hæc notitia, ex hoc loco memorata Larchero ad Herodot. VI. 115. T. IV. p. 461. Haud inſcita eſt ſuſpicio Wernſdorfii qui huc refert excerptum Himerii Eclog. XXI. 7. p. 276: Ἀγγέλλει ποτὲ τὴν νίκην τῶν τις ἀριστέων τῷ δήμῳ· οἱ δὲ οὕτως αὐτὸν τῆς προθυμίας ἠγάσθησαν, ὥστε χαλκοῦς παῤ Ἀθηναίοις ἀπὸ τῶν λάγων ἐκείνων ἕστηκεν. Alterius Therſippi Athenienſis meminit idem Heraclides apud Plutarchum in Solone p. 96. D. quod noluimus reticere, ſi forte in hujus pro *Euclis* nomine ponendo aliquis error ſubfuerit. Ἐρανεὺς populus non aliunde cognitus, hinc a Corſino prolatus Faſt. Attic. Vol. I. p. 221. et probatus, niſi forte corruptum nomen ſit, ut Ἐρεσιάδης vel Θορεὺς, nota populorum nomina ſubſtitui deberent. Nobis vulgata lectio, in qua omnes conſentiunt libri, retinenda videtur.

347. D. ἣν Θουκυδίδης ἱστόρηκεν—ἀπέστειλαν] Thucydides V. 65. ſequ. hanc pugnam narrat: nil tamen de carne εὐαγγελίας præmio; quam rem aliunde habuit Plutarchus et iiſdem fere verbis retulit in Ageſilao p. 614. F: τῆς ἐν Μαντινείᾳ μάχης γινομένης, ἣν Θουκυδίδης γέγραφε, τῷ πρώτῳ φράσαντι τὴν νίκην οἱ ἄρχοντες ἐκ φιδιτίου κρέας ἔπεμψαν εὐαγγέλιον, ἄλλο δὲ οὐδέν. Cæterum hoc loco ratio conſtructionis pro ἀπέστειλαν poſtulat ἀποστεῖλαι, ut monuerunt Xyl.

Digitized by Google

Mez. Reisk. At eadem ratione ἀπέστειλαν postulat Λακεδαιμόνιοι ὥς φασι. Alterum verum est. Morem, ex εὐαγγελίων victima partes amicis mittendi, notavit Stanleius ad Æschyli Agamemn. 87.

347. E. ἐξικνούμενοι] *pertingunt et penetrant orationis pulcritudine*, scilicet *ad aures et animos legentium:* quod subaudiendum ex re ipsa: itaque acceperunt Amyotus et Reiskius. Nam ut Xylander et Cruserius verterunt, scriptum debebat esse ἐφικνούμενοι τῶν πραγμάτων, *æquantes, assequentes rerum magnitudinem orationis facultate:* quo sensu hoc verbum ab optimis scriptoribus usurpatur, ut notavit Valckenarius ad Joh. Chrys. Or. p. 4. Et ἐξικνεῖσθαί τινος, πρός τι, εἴς τι, similiterque junctum, frequens est Plutarcho: et nude positum, ut hoc loco, legitur in Vita Aristidis p. 329. C: ἤδη δὲ καὶ βέλος ἐξικνεῖτο· *jam telum pertingebat, jam intra teli jactum erant.* Xenophon Cyropæd. III. 3, 27: οἱ δὲ τοξόται καὶ ἀκοντισταὶ καὶ σφεδονῆται αὐτῶν ἀφίεσαν τὰ βέλη πολλῷ πρὶν ἐξικνεῖσθαι· et alibi sæpius.

347. E. Ἴσκε ψεύδεα] Odyss. T. 203.

347. E. Μενάνδρῳ] Scholiastes Horatii Art. Poet. versu 311. *Verbaque provisam rem haud invita sequentur:* edit. Cruquii p. 633: *Menander cum fabulam disposuisset, etiamsi nondum versibus adornasset, dicebat tamen se jam complesse.* Magis sententiæ et usui conveniat στιχιδία, *versiculos, modulos:* sic diminutiva forma legitur p. 60. A. 668. A. Vit. 168. F. στίχος *versus*, passim.

347. F. Ἡ δὲ Κόριννα τὸν Πίνδαρον] Huc pertinet illud in Anonymi Vita Pindari metrica 9: Τῷ δὲ λιγυφθόγγων ἐπέων μελέων θ' ὑποθήμων, Ἔπλετο δῖα Κόριννα, θεμείλια δ' ἅπασε μύθων Τὸ πρῶτον—. Ab hac sæpe victum certamine narrat Ælianus Var. Hist. XIII. 25.

p. 348. A. Ἰσμηνὸν—] Ita omnes nostri codices nisi quod versus non distinguit, quod editorum primus fecit Xylander, ita ut nos dedimus, excepto fine Ἡρακλέους ἦτταν, quod mutavi cum Mez. et exemplis Luciani T. III. p. 525. in quibus ἀνδρῶν recte abest: cui redundantiæ ut occurreret Fulvius Ursinus in Carm. IX. Illustr. Femin. p. 48. ἱερὸν omisit. Plutarchus versum tertium omisit: Luci-

Digitized by Google

anus quartum diverſe dat; Ἡ τὰν κυανάμπυκα Θήβαν, Ἡ τὸ πάντολμον σθένος Ἡρακλέος· duos alios ſubjungit. Qui plura de hoc loco diſcere volunt, adeant eruditiſſimos viros, Schneiderum, Hermannum, Heynium, in hujus poſtrema editione Pindari Vol. III. Part. I. p. 64.

348. A. Πλάτων] Phædone p. 376. E. 377. A. et Plutarchus De Aud. Poet. p. 16. C. ubi notavimus.

348. A. Ὁ δὲ μῦθος εἶναι βούλεται—] Dictio videtur ab eodem auctore fluxiſſe, quo illa apud Julianum Or. VII. p. 207. A. de μύθου et αἴνου diverſitate: βούλεται γὰρ ἐπικρυπτόμενος παραινεῖν τε καὶ διδάσκειν—· quem locum retulit Suidas in Voc. Αἶνος et Μῦθος: et Schol. Ariſtoph. Veſp. 1251.

348. B. Κινησίας] Diximus de homine ad p. 22. A. Fortaſſe ἀργάλεος nominatus fuerit ab aliquo Comico. Sic Vit. Demoſth. *Argas* ποιητὴς ἦν νόμων πονηρῶν καὶ ἀργαλέων. p. 847. F. Amator. p. 749. C: φεύγοντες ἀργάλεον ἀγῶνα κιθαρῳδῶν. Ut in hoc poeſeos genere proprium vitii nomen fuiſſe videatur.

348. B. νόμος ἦν μηδένα ποιεῖν κωμῳδίας Ἀρεοπαγίτην] Non aliunde niſi ex hoc loco apponit S. Petitus De Leg. Attic. p. 329. Xylandrum notans vertentem, *ut lege Areopagitæ caverint, ne quis porro comœdiam ſcriberet:* quod vertendum erat, *ut lege caveretur, ne quis Areopagita comœdiam ſcriberet.* Qui error doctiſſimo homini non niſi per ſummam feſtinationem accidere potuit.

348. C. Γοργίας—] Exſtat item in libello De Aud. Poet. p. 15. D.

348. D. Εὐριπίδου—Σοφοκλέους—Αἰσχύλου] Scita et concinnæ brevitatis comparatio: cujus in Æſchylo στόμα, in Euripide σοφία, ut propriæ dotes agnoſcuntur: at in Sophocle quomodo præ ceteris λογιότης, ſive *facundiam*, ſive *doctrinam* eam dicas, cernatur, non ſatis apparet. Suſpicatus aliquando ſum, γλυκύτης antiquitus ſcriptum fuiſſe: veluti in illo Phrynichi Σοφιστικ. Παρασκ. apud Photium p. 328: τῶν τραγικῶν Αἰσχύλον τὸν μεγαλοφωνότατον, καὶ Σοφοκλέα τὸν γλυκὺν, καὶ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην—προκρίναν—· Anonymus in Vita Sophoclis ei tribuit εὐκαιρίαν, γλυκύτητα,

Digitized by Google

τόλμαν, ποικιλίαν· tum illud aliorum de illo dictum adfert, Σοφοκλέους τοῦ μέλιτι τὸ στόμα κεχρισμένου. Conferantur et Dio Chryſ. Or. LII. p. 552. A. Dionyſius Hal. Opp. Rhet. p. 69, 21. Stanleius ad Vit. Æſchyli T. II. p. 706.

348. E. Εὐφημεῖν χρὴ] Ariſtoph. Ran. 356.

348. E. μηχανὰς ἀπὸ σκηνῆς περιάκτους] Sic mox μηχανῶν ἀπὸ σκηνῆς. Pollux IV. 126, 130, 131. Et quædam notavimus Bibliothec. Crit. Vol. III. Part. I. p. 41. ſeq.

348. E. Νικόστρατοι—Πῶλοι.] Hiſtriones nobiles tragici. *Callippides*, nobis animadverſus p. 212. F. *Polus* memoratus Plutarcho Opp. Mor. p. 787. E. 816. F. 848. B. Gellio VII. 5. Luciano Necyomant. 16. T. I. p. 479. ubi videatur Moſes Solanus. *Theodorus* Plutarcho memoratus Opp. Mor. p. 545. E. 737. A. 816. F. Æliano Var. Hiſt. IX. 41. ubi plura de eo dedit Perizonius: et Valckenarius Diatrib. Fragm. Eur. p. 182. *Nicoſtratus* apud Suidam in hoc nomine, comœdiæ actor perhibetur. *Meniſcum* et alibi nos legere meminimus, et illis in Scriptorum locis, quos ad Ariſtotelis Poeticam Sect. XLVII. p. 95. citat Tyrwhittus, probans noſtri loci ſcripturam præ illa aliorum locorum *Myniſco*.

348. F. δυσπραγμάτευτος λαός] Minus recte reddiderunt: Xylander, *negotioſiſſima turba*: Cruſerius, *odioſa natio*: rectius Stephanus Theſ. Gr. L. Indic. p. 790. *difficulter tractabilis, Quocum rem habere difficile eſt, Difficilis, Moroſus*: unum hunc Plutarchi locum apponens: ſimiliter vertit Amyotus. Notio vocabuli diſertius apparet ex cognato ἀπραγμάτευτος de quo expoſuit Weſſelingius ad Diodor. Sic. XVII. 41.

348. F. ὁ Λάκων] Notavimus Apophth. Lac. p. 230. B.

348. F. ἐφόδια καταχορηγοῦντες εἰς τὸ θέατρον] Pertinet huc Demoſthenis dictum Olynth. I. p. 4. D: τὰ στρατιωτικὰ χρήματα—ὑμεῖς οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. III. p. 36. D: οἱ μὲν τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι διανέμουσι θεωρικά· 39. C. Harpocration in Θεωρικά· Heſychius in Θεωρικὰ χρήματα· et in Θεωρικὸν ἀργύριον. Plutarchus in Pericle p. 156. E. 157. A.

p. 349. A. ὅσου κατέστη] Videtur Latiniſmus, *quanto con-*

Digitized by Google

ſtiterit. Verbum ex Græco uſu accipiendum, *comparatum, confectum ſit:* G dat ὅσου· at in genitivo pretii nil eſt difficultatis.

349. A. πολεμῶν τοὺς βαρβάρους] T. Mez. τοῖς βαρβάροις. Non opus. Sic Plutarchus Sylla p. 492. C: πολεμήσαν Ἰουγούρθαν· alibi ap. eumdem ſemel legi. Plura dedit Weſſelingius Diodor. Sic. IV. 61. T. I. p. 305.

349. A. ἄπυρα σιτία] De uſu dictionis et rei videatur Weſſeling. ad Diodor. Sic. XIX. 37.

349. A. σκελλίδας] Saltem σκελίδας *pernulas*, vel σκυλλίδας *parvulas ſquillas*, requirebamus. Meziriacus adſcripſit conjecturam τριχίδια καὶ σκυλλίδας καὶ μυλλούς· qua facile caremus.

349. B. τοῖς μὲν ἡττηθεῖσι περιῆν προσυβρίσθαι—] Breviter ac docte iſtam ignominiam deſcribit Barthelemius in Peregrinat. Anacharſidis Cap. LXX. T. VII. p. 251.

349. B. τοῖς δὲ νικήσασι—οἶκον] *Tripes* quidem cum inſcriptione, tribûs, choragi, et poetæ, ut ἀνάθημα, *donarium*, in templo Bacchi reponebatur: quale negotium narratur de Ariſtide in Ejus Vita p. 318. E: νίκης ἀνάθημα χορηγικοὺς τρίποδας ἐν Διονύσου κατέλιπεν—τοιαύτην ἐπιγραφὴν διασάζοντες· Ἀντιοχὶς ἐνίκα· Ἀριστείδης ἐχορήγει· Ἀρχίστρατος ἐδίδασκε· comparetur p. 319. A. Nicia p. 524. E. Athenæus p. 32. F. Epigramma in Simonidem ap. Bentlei. Differt. Phalar. p. 169. Sed hi tripedes, hæc donaria οὐχ ὑπῆρχον αὐτοῖς, *non erant proprietas ac poſſeſſio poetarum*, quippe conſecrata in templis: ita ὑπάρχειν dicitur ut alibi docebimus. Demetrius ita nude dictus vix dubium eſt quin Phalereus ſignificetur: ἐπὶ πεισμάτων ἐκκεχυμένος βίος quomodo in hunc locum conveniat, non apparet; ſi quidem hac in metaphora laudem paupertatis haberet: veluti in Ariſtonymi dicto apud Stob. Flor. XCV. p. 521: πλῷ ἔοικε τῷ παρὰ γῆν ὁ τῶν πενήτων βίος· ὁ δὲ τῶν πλουσίων τῷ διὰ πελάγους· τοῖς μὲν γὰρ ῥᾴδιόν ἐστι καὶ πεῖσμα βαλεῖν, καὶ προσσχεῖν, καὶ νεμλκῆσαι· τοῖς δ' οὔ. Igitur credam ſcriptum reliquiſſe auctorem ἐκδεγμα τῶν ἐκκεχυμένων βίων καὶ τῶν ἐκλελοιπότων κενοτάφιον οἶκον· i. e. *domum bonorum cum effuſorum documentum, tum deficientium quaſi ſepulcrum vacuum.* Similiter Plutarchus

Digitized by Google

De Latenter Vivendo p. 1130. C: κενοταφῶν τὸν βίον· Similiter videtur correxiſſe Amyotus reddens: *un ſervir d'exemple de ceux qui ont follement deſpendu le leur, et ont laiſſé leur maiſon comme une ſepulture vuide.*

349. C. εὐφημεῖν χρὴ—εὔτολμος] Imitatio illius Ariſtophanei loci p. 348. E. adhibiti. Pro εὔτολμος ſententia poſtulat ἄτολμος, ut T. Mez. Reiſk.; niſi forte ante εὔτολμος reponendum.

349. C. Κλῦθι Ἐνυὼ—θάνατον.] Totum hoc ejuſdem Pindari eſſe videtur; et hujus nomen, aut forte ἐγκωμιῳδὸς, pro eo quod nunc eſt a ſcriptore poſitum fuiſſe putem. Prior pars legitur apud Plutarchum De Frat. Am. p. 483. D: Κλῦθ' ἀλάλα πολέμου θύγατερ: et duobus locupletius verbis apud Athenæum I. 19. A: Κλῦθ' Ἀλάλα πολέμου θύγατερ, ἐγχέων προοίμιον· unde retulit Euſtathius ad Iliad. Ξ. p. 994. In Ἐνυὼ diſſentiunt noſtri libri: Ald. Baſ. ἄννα ἐγὼ: E ἄννα . . . γω: G, ἀνάγω. Xyl. et Mez. emendatione ex altero Plutarchi loco ducto ἀλάλα: Leonic. et Schott. Ἐνυὼ, unde Stephanus ſumſit. Fortaſſe hujuſmodi fuerint verſus: Κλῦθ' Ἀλάλα Πολέμου θύγατερ—ἐγχέων προοίμιον'—ἀμφίετ' ἄνδρες—τὸν ἱερόθυτον θάνατον. In verbo ἀμφίετε aſſentientem habemus Mez. et Amyot.

349. C. νίκας—τρυγὸς ὀδωδυίας] Νίκαι ſigna et ſtatuæ deæ *Victoriæ*, ut ſubinde apud Plutarchum Opp. Mor. p. 841. D. 852. B. Vit. 424. B. 458. B. 579. E. 709. F. 1002. A. *Hedera*, κιττῷ, coronabantur victores: quo pertinet Dioſcoridis Epigramma in Sophoclem Anthol. III. p. 398. Anonymi in Ariſtophanem I. p. 136. Alciphronis II. 3. III. 48. *Fæcis*, τρυγὸς, quæ fuerit cum Tragœdia communio, apparet ex ejus cognomine τρυγῳδία quod *eam agerent canerentque perunctis fæcibus ora*, ut eſt in Horatiano verſu Art. Poet. 277. et Scholiaſt. Ariſtoph. Nub. 295. aut quod fæx in præmii parte eſſet, teſte eodem Acharn. 498. alia etiam videantur in Oderici libello De Marmorea Didaſcalia p. 58. ſequ. in primis Bentleium Diſſert. Phalarid. p. 170. ubi *bovem* dithyrambicæ victoriæ præmium fuiſſe notat; nam *bircum* τράγον Tragœdiæ proprium fuiſſe, monere nil attinet. Victorem poetam coronatum, cœna in

Digitized by Google

arce honoratum, colligimus ex Œnomao apud Eusebium Præp. Evang. V. p. 228. D.

349. D. *νηχοτάλαντοι*] Verisimillima est Bryani conjectura *ναοὶ χιλιοτάλαντοι* ad Plutarchi Vit. Vol. I. p. 100. loco gemino in Vita Periclis p. 158. F:—*ἡμᾶς τὴν πόλιν καταχρυσοῦντας καὶ καλλωπίζοντας, ὥσπερ ἀλάζονα γυναῖκα περιαπτομένην λίθους πολυτελεῖς καὶ ἀγάλματα καὶ ναοὺς χιλιοταλάντους*. In alio argumento De Facie in Orbe Lunæ p. 924. A: *μυδροὺς χιλιοταλάντους*.

349. D. *παρθενῶνες ἑκατόμπεδοι*] Templum Minervæ in arce, *παρθενών*, item *ἑκατόμπεδον*, et *ἑκατόμπεδος ναὸς*, dictum: Periclis opus de quo in ejus Vita Plutarchus p. 159. E. Solert. Animal. p. 970. A. alibi. Harpocration in *Ἑκατόμπεδον*. Hesychius in *Ἑκατόμπεδος*. Meursius Attic. Lect. III. 16. Cecropia p. 30.

349. D. *νότια τείχη*] Pluralis ponitur ut proximis *παρθενῶνες*, *ἑκατόμπεδοι*, *νεώσοικοι*, quæ singularia et erant et usurpabantur. Arcis Athenarum, opus Cimonis ut Plutarchus in Ejus Vita p. 487. B: *τῇ ἀκροπόλει τὸ νότιον τεῖχος κατεσκεύασεν*· quod et Nepos prodit Cim. III. fin. *His ex manubiis Athenarum arx, qua ad meridiem vergit, est ornata.* Pausanias I. 28: *τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ᾠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου, περιβάλλειν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγούς*—· ibid. 21: *τοῦ νοτίου καλουμένου τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρον ἐστὶ τετραμμένον*—· Ab hoc diversum est, *τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ νότιον* apud Andocidem Or. De Pac. p. 24: *τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ νότιον ἐτειχίσθη*· i. e. murus qui ab urbe in Phalerum pertinebat, ac distinguitur ab altero ex urbe in Piræum pertinente: qui ibidem p. 23. dicitur *τὸν Πειραιᾶ ἐτειχίσαμεν—εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ βόρειον*· quæ eadem leguntur in Æschinis Oratione De Falsa Legat. p. 270. C. Ambo dicuntur *τὰ μακρὰ τείχη, τὰ μακρὰ σκέλη*: illud eorum quod urbem cum Piræo jungebat, per excellentiam subinde vocabatur *τὸ μακρὸν τεῖχος* et *τὰ μακρὰ τείχη*. Ita mihi quidem videtur comparanti Thucydidem I. 69, 107, 108. II. 13. cum aliorum locis proditis a Meursio Lect. Att. III. 4. Athen. Attic. III. 11.

Digitized by Google

Omnino in diverſorum horum nominibus murorum etiam ab antiquis turbatum eſt, quum non conſtanter ſingulos ſingulis nominibus afficerent. Quod in primis cernitur in loco Harpocrationis Διὰ μέσου τείχους· Ἀντιφῶν πρὸς Νικοκλέα· τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι, τοῦ τε Βορείου, καὶ τοῦ Νοτίου, καὶ τοῦ Φαληρικοῦ· διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ Νότιον· οὗ μνημονεύει καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ. Quid ſit Φαληρικὸν intelligitur: non item quid Βόρειον et Νότιον. Deinde inter duos muros qui certe ſunt τό τε Φαληρόνδε, καὶ τὸ εἰς Πειραιᾶ, ut Thucydides loquitur I. 107. quis fuit medius murus? Nullum quidem novimus qui inter utrumque item ab urbe ad mare ductus eſſet. Ergo fuerit tranſverſus murus, qui illos duos jungeret. Talem unum novimus, eam partem mœniorum urbis quam Thucydides II. 13. dicit τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, *medium inter longum et Phalericum murum.* Apud Platonem in Gorgia p. 284. F. legitur, Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους· quod Plutarchus mox p. 351. A. item dicit διὰ μέσου τεῖχος· ſed in Pericle p. 160. A. ita reddit, τὸ μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸς εἰσηγουμένου γνώμην Περικλέους. At Scholiaſtes Platonis a Ruhnkenio editus, habet ad hunc locum quod audire operæ pretium ſit: Διὰ μέσου τεῖχος λέγει, ὃ ἄχρι νῦν ἐστὶν ἐν τῇ Ἑλλάδι· ἐν τῇ Μουνυχίᾳ γὰρ ἐποίησε καὶ τὸ μέσον τεῖχος, τὸ μὲν βάλλον ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ, τὸ δὲ ἐπὶ Φάληρα—. Sit igitur vel hoc ut murus διὰ μέσου a Piræo ad Munychiam indeque ad Phalerum pertinuerit, vel ut illa mœniorum urbis pars τὸ διὰ μέσου τεῖχος dicta ſit; ſive ipſi duo muri ab urbe in Piræum et Phalerum pertinentes hoc διὰ μέσου τεῖχος nomen habuerint, ut Plutarchus l. c. et Dio Chryſoſtomus Or. VI. p. 87. C. uſurparunt: apparet certe veteres in appellatione τοῦ νοτίου τείχους illius extra urbem variaſſe: et antiquiores quidem murum ex urbe ad Piræum τὸν βόρειον, ex urbe ad Phalerum τὸν νότιον appellaſſe: quam rationem video et Barthelemium ſecutum eſſe in Tabula Geogr. 4. Capitis VI. poſteriores autem illud νότιον nominaſſe quod a Piræo per Munychiam ad

Digitized by Google

Phalerum pertineret, quam rationem ut diſerte Scholiaſtes Platonius, ita obſcurius Harpocration ſecutus eſt. Nam Urbis quidem mœnia dicebantur ὁ κυκλὸς τοῦ ἄστεος ap. Thucydid. II. 13. Ariſtidem Panathen. p. 149 et 187.

349. D. νεῶν οἶκοι] Solennis eſt forma νεώσοικοι. Pollux IX. 128. Suidas in Vocib. Νεώρια καὶ νεοσοίκους· et in Νεώσοικοι. Harpocration item in Νεώρια καὶ νεώσοικοι ſpectans Demoſthenis Orat. De Claſſib. p. 75. A: διανεῖμαι τόπους δέκα τῶν νεωρίων, σκεψαμένους ὅπως ὡς ἐγγύτατα ἀλλήλων κατὰ τριάκοντα ὦσι νεώσοικοι. Nam νεώρια ſunt *navalia*, quæ habent complures νεωσοίκους, ſingularum receptacula triremium. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 1006. Schefferus Milit. Naval. III. 4. Eſt et ap. Plutarchum Opp. Mor. p. 841. D. 852. C. 159. E. Ariſtidem T. I. p. 541.

349. D. προπύλαια] Athenarum arcis propylæa, portarum veſtibulum, Thucydidi II. 13. τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως Periclis conſilio facta Plutarchus in Ejus Vita p. 160. B. Harpocration in Voce Προπύλαια ταῦτα, Cicero Offic. II. 17. et multi memorant citati Meurſio Lect. Attic. VI. 33.

349. D. Ἀμφίπολις—] Hanc ab Agnone, Niciæ filio, colonis Athenienſibus occupatam conditamque auctor eſt Thucydides IV. 102. ſexaginta annis poſt expulſum ex Mileto a Dario Ariſtagoram. Igitur longo tempore poſt occupatam et colonia frequentatam a Miltiade Cherſoneſum: præſertim quum hic fuerit Miltiades Cypſeli filius, teſte Herodoto VI. 34. ſeq. æqualis temporum Piſiſtrati et Crœſi: non is qui poſtea Cherſoneſi imperium habuit Miltiades Cimonis filius, cujus vitam Nepos prodidit, in qua perperam huic tribuit coloniæ Athenienſium in Cherſoneſum deductionem.

349. D. τὴν Βρασίδου ἀσπίδα] Thucydides IV. 12. Diodorus Sic. XII. 62.

349. E. Νειλέου καὶ Ἀνδρόκλου] Codri filii, duces Athenienſium coloniæ in Ioniam deductæ: Pauſanias VII. 2. Strabo XIV. initio p. 938. Plutarchus De Exil. p. 603. B. Pro *Androclo* Himerius Or. I. 14. p. 350. *Andronicum* dixit: ut bene vidit Wernſdorfius. De coloniæ initiis vi-

Digitized by Google

deantur Lipſius, Burmannus, Ruhnkenius ad Velleium Pat. I. 4.

349. E. Πόντον Εὔξεινον] Rhetorice dictum. Hunc quidem jam antiquitus ſibi aperuerunt Mileſii aliique Græci, qui in his oris urbes condiderunt. Poterant et Athenienſes dici Ponti Euxini dominium Perſis ademiſſe, expugnato Byzantio: de quo Thucydides I. 94. Omnino Ἑλλήσποντον magis conveniebat in hoc argumentum.

349. E. ἡ δὲ πενταχοσίας τριήρεις, ἡ δὲ μυρία τάλαντα—] Hoc univerſe de omnibus intelligendum victoriis, non de ſingulis quæ ſingula hæc munera pepererint. Non videntur hiſtorica diligentia, ſed oratoria exaggeratione, *quingentæ* triremes poni. Florentibus rebus numerus cenſebatur ad *trecentas*, veluti a Pericle apud Thucydidem II. 13. atque alios, citatos Meurſio De Fortun. Athen. VII. p. 57. Lycurgus orator *quadringentas* comparavit, teſte Pauſania I. 29. p. 75. Pſeudo-Plutarcho Vit. X. Orator. p. 841. C. et Pſephiſmate ibid. p. 852. C. At μυρία τάλαντα dicuntur numero in hac re celebrato, v. c. apud Demoſthenem Or. Olynth. III. p. 13. B: πλείω δὲ ἡ μυρία τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν συνήγαγον· quod iiſdem verbis iteratur in Or. De Rep. Ordinanda p. 71. A. Lycurgus orator item plura intulit, ut eſt apud auctores modo citatos.

349. E. Καρκίνος—Ἀστυδάμας] *Carcini Alope* memoratur ab aliis quos citat Valckenarius Diatrib. p. 13. *Aſtydamantes* tragici duo produntur a Suida pater et filius: ille ducentarum et quadraginta fabularum ſcriptor, et quindecies victor, ut hunc videatur ſignificaſſe Plutarchus. Adeatur Fabricius B. G. I. p. 671, 673. In συνῆν conveniunt omnes libri, et interpretes vertendo *quando Carcinus rem habuit cum Aerope:* candidius etiam Amyotus, *quando concubuit:* reprehenſus a Valeſio ad Harpocrat. p. 43. reticente correctionem. Mihi videtur vera ſcriptura fuiſſe vel ἐνίκα vel εὐημέρει.

349. F. ἕκτῃ μὲν ἱσταμένου Βοηδρομιῶνος—τὴν ἐν Μαραθῶνι νίκην—] Locus parallelus Plutarchi in Camillo p. 138. A: Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ μὲν ἐν Μαραθῶνι—ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. De Malignit. Herodot. p. 861. E. quod tue-

Digitized by Google

tur Corſinus Faſt. Attic. Vol. III. p. 148. adverſus Ælianum Var. Hiſt. II. 25. huic pugnæ *ſextum Thargelionis* aſſignante.

349. F. ἕκτῃ δὲ μηνὸς οἰνοχοεῖται τῆς Χαβρίου περὶ Νάξον ἐπινίκια ναυμαχίας] μηνὸς mutandum in μεσοῦντος oſtendit locus parallelus p. 138. A: Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. De hac pugna Diodorus Sic. XV. 35. mirum tacuiſſe Nepotem in Chabria: meminit et Plutarchus in Phocione p. 744. C: περὶ Νάξον—ἐνίκων μεγάλοις μυστηρίοις· καὶ παρεῖχεν οἰνοχόημα Χαβρίας Ἀθηναίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος.

349. F. τῇ δὲ δωδεκάτῃ—ἀπὸ Φυλῆς κατῆλθον] Videtur hac de re diviſſe in loco perdito Sympoſ. IX. 6. ut recte ſuſpicatur Taylorus ad Vitam Lyſiæ p. 50. Meurſius Græc. Feriat. VI. p. 277. ſub titulo Χαριστήρια ἐλευθερίας hunc unum locum adfert.

349. F. τρίτῃ δ' ἱσταμένου τὴν ἐν Πλαταιαῖς] Plutarchus Camillo p. 138. B: τρίτῃ δὲ ἐν Πλαταιαῖς καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν—. Ælianus qui Var. Hiſt. II. 25. ſimile argumentum narrans ſecutus videtur Plutarchi vel Camillum vel perditum librum Περὶ Ἡμερῶν, in adverſariis ſuis turbavit, hos dies in Thargelionem menſem referens, τοῦ δὲ αὐτοῦ μηνὸς ἕκτῃ ἱσταμένου καὶ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην φασὶ γενέσθαι. At ipſe Plutarchus in Ariſtide p. 330. F: ταύτην τὴν μάχην ἐμαχέσαντό τε τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς τετράδι Πανέμου φθίνοντος· ubi prius τετράδι fortaſſe mutandum in τρίτῃ ut ortum ex ſequente. Conferatur Weſſelingius ad Diodorum Sic. XI. 29. et Herodotum IX. 101. Cæterum in hoc Plutarchi loco pro vulgata omnium librorum lectione μὲν dedimus τὴν ex E et Jun.

349. F. τὴν δὲ ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Μουνυχιῶνος—περὶ Σαλαμῖνα νικῶσιν ἐπέλαμψεν ἡ θεὸς πανσέληνος.] Aliter in Camillo p. 138. B: ἐν δὲ Σαλαμῖνι περὶ τὰς εἰκάδας (τοῦ Βοηδρομίωνος) idque verius et rectius ut demonſtravit Petavius ad Themiſtium Or. XII. p. 638. ſeq. edit. 4. Or. V. p. 405. edit. Harduin. Doctrin. Temp. X. 26. p. 110. Scalige-

Digitized by Google

rum reprehendens ex hoc loco pugnæ Salaminiæ tempus definientem, De Emendat. Temp. V. p. 407.

p. 350. A. ὁ Μαντινιακὸς ἀγών] Non apparet quem dicat ἀγῶνα· utrum pugnam alterutram Mantineenſem, illamne *priorem* quam Thucydides prodidit V. 65. ſeq. de qua notavimus in hoc libello p. 347. D. an poſtremam, qua Epaminondas occubuit: an ἱππομαχίαν, de qua vidimus p. 346. B.

350. A. Ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος] Pindari dictum tractavimus in Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 49. ad Juliani Or. I. p. 8. C. Conferantur viri docti in editione Heyniana III. I. p. 74.

350. B. παῖδες Ἀθηναίων] Notavi ad Plutarchum Ser. Num. Vind. p. 552. B. veteris editionis p. 39. Poſtea ita diſtinxi: ὅθι παῖδες Ἀθηναίων—ἐβάλοντο φαεννὰν—κρηπῖδ' ἐλευθερίας. Heynius in ultima editione ita cum Hermanno diſponendos ait:—ὅθι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεννὰν—κρηπῖδ' ἐλευθερίας.

350. B. ὥσπερ ἀδαμάντινοι] Amyotus vertit quaſi legeret ἀδαμάντινον· Cruſerius et Xylander, quaſi ἀδαμαντίνοις, *tamquam adamantinis fulcris muniverunt Græciæ libertatem*: unde Reiſkius ſuſcepit neſcio quid conjecturæ, ὥσπερ βάσεσιν ἀδαμαντίναις. Vulgata bene habet: ſenſus eſt *fortes, duri et patientes, invicti laboribus*. Pindarica eſt imitatio illius apud Athenæum XIII. p. 601. D: ἐξ ἀδάμαντος ἠὲ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν· de quo diximus ad Ser. Num. Vind. p. 558. A. edit. veteris p. 69. ut de Stoicis dicit p. 1057. D. item Theocritus III. 39. de Amaryllide οὐκ ἀδαμαντίνα ἐντί. Frequentius etiam dicitur de re quæ firmatur: de tyrannide ſua Dionyſii ipſius dictum apud Plutarchum in Dione p. 961. A. 962. B. De Garrulit. p. 508. F. Monuerunt et Perizonius ad Ælian. Var. Hiſt. VI. 12, 6. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 86. De aliis quoque rebus: v. c. Æſchyl. Prom. 6. Æſchines Adverſ. Cteſiphont. p. 286. B: χαλκοῖς καὶ ἀδαμαντίνοις τείχεσιν, οὓς αὐτὸς φησι, τὴν χώραν ἡμῶν ἐτείχισε. Horatius Carm. III. 24, 5.

350. B. ὡς Αἰσχίνης—] Adverſ. Cteſiphont. p. 295. A: εἰ

Digitized by Google

δέ τις αὐτῷ τῶν στρατηγῶν ἀντεῖποι, καταδουλούμενος τοὺς ἄρχοντας καὶ συνεθίζων μηδὲν αὐτῷ ἀντιλέγειν, διαδικασίαν ἔφη γράφειν τῷ βήματι πρὸς τὸ στρατηγεῖον. Quod Victorius Var. Lect. V. 23. opportune comparat cum illo Ciceronis, *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.*

350. B. Ὑπερίδου Πλαταϊκὸν] *Plataïcum* hujus loci ratio poſtulat: quo nomine oratio exſtat Iſocratis: at Hyperidis, hoc uno loco memoratur: itaque ab auctore hoc loco Ἰσοκράτους Πλαταϊκὸν ſcribendum fuiſſe putem.

350. B. τὸν Λυσίου κατὰ τῶν τριάκοντα] Eodem nomine citatur in Ejus Vita apud Pſeudo-Plutarchum p. 836. B. ſignificari eam, quæ exſtat κατὰ Ἐρατοσθένους τοῦ γενομένου τῶν τριάκοντα perſuadent Fabricius B. G. I. p. 898. et Taylorus ad Lyſ. Fragm. p. 655.

350. C. Φωκίωνος εἰς Βυζάντιον] Plutarchus in Ejus Vita p. 748. A. Diodorus Sic. XVI. 77. ibique Weſſelingius.

350. C. ἢ τοῖς κοινοῖς στεφάνοις—παραβάλωμεν] Compoſitio minus apta ſententiæ abſolvendæ, hanc fere orationem poſtulantis: ἢ τοῖς κοινοῖς στεφάνοις οὓς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσας ἔλαβεν ὁ δῆμος, τὸν Δημοσθένους περὶ τοῦ στεφάνου παραβάλωμεν· *an communibus coronis quas Athenienſis populus accepit, quod Græcos liberavit, Demoſthenis orationem Pro Corona comparabimus.* Opponitur privata Demoſthenis corona publicis coronis quas totus populus Athenienſium ab aliis populis accepit: veluti a Byzantiis et Cherroneſitis, propter illa modo dicta adverſus Philippum miſſa auxilia: quorum in hanc rem decreta in eadem Demoſthenis Oratione produntur: p. 323. C: στεφανούμενον τὸν δᾶμον τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ τῶ δάμω τῶν Βυζαντίων καὶ τῶν Περινθίων· alterum p. 326. A: Χερρονησιτῶν οἱ κατοικοῦντες Σηστὸν, Ἐλεοῦντα, Μάδυτον, Ἀλωπεκόννησον, στεφανοῦσιν Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα κ. τ. λ.

350. C. ὀμόσας τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας] Celebratum Demoſthenis jusjurandum in Oratione Pro Corona p. 343. A: ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι

Digitized by Google

ναυμαχήσαντας, καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κ. τ. λ. quod a Thucydide fluxiſſe I. 73. monet Waſſius.

350. C. οὐ τοὺς ἐν ταῖς σχολαῖς — ἐφ' οἷς οὐ τοὺς Ἰσοκρ.] Utrumque οὐ eſt a Stephano. Prioris loco Ald. Xyl. habent ἢ: at Leonic. Schott. Anon. οὐ, non diſſentientibus noſtris codicibus. Poſterius prorſus abeſt in Ald. Baſ. Xyl. E. G: nec tamen eo adhibito, ſenſus ſatis conſtat: qui, ut nunc eſt lectio, ſic accipiendus eſt: *in qua oratione id unum ſplendidiſſimum et doctiſſimum fecit, quod majores juravit, qui apud Marathonem pro libertate pugnaſſent, et non magiſtros qui in ſcholis diſcipulos ea facinora docent propter quæ civitas non Antiphontes, Iſæos, Iſocrates, ſed hos (pro patria occumbentes) publica ſepultura honoravit.* Fortaſſe aliquid excidit. Verbum προδιδάσκειν habet non modo elegantiam oppoſitionis ad προκινδυνεύειν, ſed etiam commendationem ab uſu in docendis juvenibus frequentato. Plutarchus Gryllo p. 992. B: αἱ δὲ ἀηδόνες τοὺς νεοσσοὺς προδιδάσκουσιν ᾄδειν. Solert. Animal. 968. C. 973. B. Cato Min. 770. C. Plato Gorg. p. 298. E: πρᾳότερόν με προδίδασκε, ἵνα μὴ ἀποφοιτήσω παρὰ σοῦ. Ubi Scholiaſtes Ruhnkenii p. 117: περιττεύει ἡ πρόθεσις Ἀττικῶς· perperam; habet enim præpoſitio vim *oſtendendi* et *exemplo præeundi*. Epinom. p. 704. D: πολλὰ προδιδάσκοντα καὶ ἐθίζοντα δεῖ διαπονεῖσθαι παῖδα ὄντα καὶ νεανίσκον. Ariſtides T. I. p. 107, 137, 507, 509. II. 71, 101, 149. ubi legitur vulgo προσδιδάσκω, 189, 226.

350. C. οὓς οὐκ ἐμιμεῖτο] Similiter Plutarchus in Ej. Vita p. 852, C: ἐπαινέσαι μὲν ἱκανώτατος ἦν τὰ τῶν προγόνων καλὰ, μιμήσασθαι δὲ οὐχ ὁμοίως.

350. D. Ἰσοκράτης δὲ τοὺς ἐν Μαραθῶνι—] In Panegyrica Orat. p. 98 et 99: ἁπάντων οἰκείαν δύναμιν ἔχοντες ὀλίγοι πρὸς πολλὰς μυριάδας ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύειν. Similiter antea dixerat Thucydides I. 70. de Athenienſibus dicentem Corinthium faciens: τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται, τῇ δὲ γνώμῃ οἰκειοτάτῃ εἰς τὸ πράσσειν τι ὑπὲρ αὐτῆς· quem ad locum Abreſchius in Dilucid. Thucyd. complures hujus exempli imitatores producit p. 65. Quibus addantur Ælianus Nat. An. VIII, 1. de

Digitized by Google

Indico cane. Gregorius Naz. Stelit. I. p. 76. A. Basilius M. Epist. LXXIX. p. 140. C. aliique ecclesiæ doctores martyribus accommodantes. Attigit hoc argumentum H. Valesius Emend. II. 16.

350. D. *αὐτὸς, ὥς φασι, ἤδη γέρων—θάνατον.*] De aliis, credo, narratum, inimicus aliquis oratoribus philosophus in Isocratem transtulerit: quamquam fortasse ipse isti convicio materiam præbuerit, in Panathenaica sic de se scribens p. 405: *ἀλλ' οὕτω μοὶ τὸ γῆρας ἐστὶ δυσάρεστον καὶ μικρολόγον καὶ μεμψίμοιρον, ὥστε πολλάκις ἤδη τὴν μὲν φύσιν τὴν ἐμαυτοῦ κατεμεμψάμην ἧς οὐδεὶς ἄλλος κατεπεφρόνηκε, καὶ τὴν τύχην ὠδυράμην—.* Sed procul abest hujusmodi confessio ab illa: hujus candor, ab illius dedecore. Et Cicero longe diversam Isocratis personam ac senectutem prodit in Catone Maj. V: *Est etiam quiete et pure et eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus: qualem accepimus Platonis, qui uno et octogesimo anno scribens mortuus est: qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea. Cujus magister Leontinus Gorgias centum et septem complevit annos, neque umquam in suo studio atque opere cessavit: qui quum ex eo quæreretur, cur tam diu vellet esse in vita? "Nihil habeo, inquit, quod incusem senectutem." Præclarum responsum et docto homine dignum! sua enim vitia, et suam culpam in senectutem conferunt.* Hæc scribens Cicero, si tam dissimile magistri ac discipuli responsum cognitum habuisset, non prætermissurus fuisset. Gorgiæ gemina de hoc argumento dicta exstant in Stobæi Flor. p. 600. Omnino hæc tota Plutarchi de Isocrate narratio iniquior et magis rhetorica quam historica censeri debet.

350. D. *οὐ γὰρ ἀκονῶν τὸ ξίφος—φωνῆσιν φωνήεντι συγκροῦσαι*] Scita et venusta descriptio: cujus copia et exempla fuisse videntur, partim in Aristophane, partim in rhetorum libris: illius in Lamacho, Acharn. 1070—1140. Agathone, Thesmophor. 57—75. ubi nimia orationis componendæ poliendæque cura cum fabri opere comparatur: veluti ipsum Isocratem notat Dionysius Halic. De Vi Demosth. 4. p. 270: *ἁμαρτάνει δὲ ἐν οἷς ὡραΐζεταί ποτε, τοὺς Γοργίου νεα-*

Digitized by Google

φοὺς σχηματισμοὺς ζηλοῦσα· τὰ γὰρ ἀντίθετα καὶ πάρισα καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις οὐ μετριάζοντα οὔτε καιρῷ γινόμενα καταισχύνει τὴν μεγαλοπρέπειαν αὐτῆς, καὶ—δι' εὐλαβείας μὲν λαμβάνει τὸ συγκροῦσαι τὰ φωνήεντα τῶν γραμμάτων, δι' εὐλαβείας δὲ ποιεῖται τὸ χρήσασθαί τινι τῶν τραχυνόντων. Et proverbii inſtar videtur συγκροῦσαι φωνῆεν φωνήεντι in libro De Vitioſo Pud. p. 534. F. Atque Chryſippus περὶ τῆς τῶν φωνηέντων συγκρούσεως—φησὶ ταῦτα παρετέον—. De Repugn. Stoic. p. 1047. B. Hermogenes De Formis Or. I. p. 263: Συνθήκη δὲ καθαρὰ, πρῶτον μὲν ἡ ἁπλῆ, καὶ μηδὲν περὶ συγκρούσεως τῶν φωνηέντων μικρολογουμένη. De Gorgia inventore harum rerum Diodorus Sic. XII. 53. ibique Weſſelingius.

350. E. Μιλτιάδης—νενικηκώς·] Trajectiones quamquam Plutarcho non ſunt infrequentes, tamen non ab ipſo putem factam hanc verborum τῇ ὑστεραίᾳ, quæ poſt ἦκεν juſtum ſibi locum poſtulant. Et Reiſkius medelam tentavit, qua legeretur Μιλτιάδης γὰρ παραγεγονὼς εἰς Μαραθῶνα τῇ ὑστεραίᾳ—· offendens in αὐτὸς, et εἰς Μαραθῶνα pro ἐν Μαραθῶνι· quorum illud otioſum, hoc minus probum, videtur. Sane αὐτὸς quam vim hoc loco habeat, non apparet: at εἰς Μαραθῶνα, probum cenſendum. Igitur fortaſſe ſic auctor ſcripſerit: Μ. μὲν γὰρ αὐτόθεν εἰς Μαραθῶνα τὴν μάχην συνάψας, ἦκεν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς ἄστυ νενικηκώς. *Miltiades confeſtim pugna Marathone commiſſa, poſtridie victor in urbem venit*: αὐτόθεν, frequentiſſimum Plutarcho hac ſignificatione alibi oſtendemus: εἰς τόπον, pro ἐν τόπῳ *in loco*, multa habet exempla in Plutarcho et aliis auctoribus, et alibi a nobis illuſtrabitur: nunc ſatis eſt laudaſſe Berglerum ad Ariſtoph. Veſp. 1183. Hemſterhuſium ad Plut. p. 456. Dukerum ad Thucydid. III. 104.

350. E. Περικλῆς ἐννέα μησὶ Σαμίους—] Ex Ione refert Plutarchus in Pericle p. 167. E: θαυμαστὸν δέ τι καὶ μέγα φρονῆσαι καταπολεμήσαντα τοὺς Σαμίους φησὶν αὐτὸν ὁ Ἴων ὡς ποῦ Ἀγαμέμνονος ἔτεσι δέκα βάρβαρον πόλιν αὐτοῦ δὲ μησὶν ἐννέα τοὺς πράτους καὶ δυνατωτάτους τῶν Ἰώνων ἑλόντος. Thucydides I. 117: οἱ Σαμίοι—ἐξεπολιορκήθησαν ἐννάτῳ μηνί—.

350. F. Ἰσοκράτης δὲ—] Scriptor De X. Orator. p. 837. F: τὸν δὲ Πανηγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνέθηκεν, οἱ δὲ δεκαπέντε λέγ-

Digitized by Google

ουσιν. Quinctilianus Inſtit. Or. X. 4: *Panegyricum Iſocratis, qui parciſſime, decem annis dicunt elaboratum.* Interpretes ad Æliani Var. Hiſt. XIII. 11.

350. F. Τιμόθεος — Χαβρίας — Ἰφικράτης.] Hæ victoriæ item una mentione junguntur a Demoſthene Or. De Rep. Ordinand. p. 70. B: νῦν δὲ οἱ πολλοὶ τοῦτο λέγουσιν, ὡς Κερκύραν εἶλε Τιμόθεος· καὶ τὴν μόραν κατέκοψεν Ἰφικράτης· καὶ τὴν περὶ Νάξον ἐνίκα ναυμαχίαν Χαβρίας· quæ iiſdem verbis reponuntur in Or. Adv. Ariſtocratem p. 457. A. De Iphicratis facto diximus Apophth. Lac. p. 219. C. et ſatis conſtat: et Chabriæ victoriam ad Naxum notavimus ſupra p. 349. F. Timothei in Corcyram expeditio nota eſt e Xenophonte Hellenic. VI. p. 585. B. ac Diodoro Sic. XV. 47. Nepote II. At Eubœam liberavit et ipſe ſuafor et imperator Timotheus, ut novimus ex Demoſthenis Orat. De Cherſoneſo p. 43. B, C. Poſtea Phocion, ut in Ejus Vita narrat Plutarchus p. 747. et Æſchines Or. De Falſa Legat. p. 270. A.

351. A. ἰσόψηφον αὐτοῖς τὴν Ἑλλάδα] Scilicet *Lacedæmoniis*, quibus reliquos Græciæ populos Athenienſis populus jure æquavit. Eſt hæc pax a Xenophonte prodita Hellenic. VI. p. 593. D. et Diodoro Sic. XV. 38. quam Thebani accipere noluerunt.

351. A. προπύλαια—ἑκατομπέδους] Videantur ſcriptores a nobis laudati ad p. 349. D.

351. A. Κρατῖνος—περὶ τοῦ διὰ μέσον τείχους] Legendum διὰ μέσου ut ſupra oſtendimus p. 349. D. ad verba νότια τείχη. Cratini dictum retulit Plutarchus in Pericle p. 160. A: Πάλαι γὰρ αὐτὸ λόγοισι προσάγει Περικλῆς, Ἔργοισι δ' οὐδὲ κινεῖ· quorum in ultimo metrum poſtulat κινέει, ut edidit Grotius Excerpt. Comic. p. 495.

351. A. Ἀλλὰ δὴ μετὰ—ἐπαινεῖ] Hæc uſque ad finem ita corrupta, lacera, et hiulca ſunt, ut ex uno codice vermibus et putredine adeſo, reliqua vocabula quamvis rara et disjuncta in unum hunc locum conjunxiſſe librarius videatur; et ipſius libelli extremam partem deeſſe, manifeſtum eſt. In primis verbis tenemus noſtram correctionem, quam ita vertimus: *Sed, hercle, Demoſthenis oratoris*

Digitized by Google

orationes nimirum dignæ ſunt, quæ cum Demoſthenis imperatoris rebus geſtis comparentur! Oratio illius κατὰ Κόνωνος non eſt ἀνοίας ſed αἰκίας, ut habent noſtri codices G et Jun. et reddidit unus Xyl.: nam Cruſerius, *in amentiam Cononis:* Amyotus nude, *adverſus Cimonem:* mendum hujus loci jam notaverat Meurſius Lect. Attic. III. 6. indeque Fabricius B. G. I. p. 921. Oratio πρὸς Ἀμαθούσιον nulla cognita eſt: Spartiatas captos novimus ex Thucydide IV. 41. et ſupra legimus p. 349. D. Ἢ ὅτι τοὺς ἐποίκους ἔγραψεν, et conſtructione et argumento obſcurum eſt: qui ſunt ἔποικοι? utrum Arcades an Meſſenios, quos tuendos et conſtituendos in Orationibus Pro Megalopolitis, De Fœdere Alexandreo, et aliis, ſuadet: an de conciliatis Græcis, ipſius auctoritate et legatione, adverſus Macedones: G dat ἐπ' οἴκους, quo nil proficimus: ſed hæc ſunt naufragia verborum unde cætera perdita cognoſcere non licet. Alcibiadis quidem factum, quo Mantineenſes et Eleos adverſus Lacedæmonios conjunxit, eſt illud proditum apud Thucydidem V. 43. Poſtrema ſatis ſunt perſpicua, quamquam inchoata nec abſoluta: Meziriacus annotavit λείπει τὸ τέλος.

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM,

DE ISIDE ET OSIRIDE.

PLUTARCHUS hunc librum ſcripſit Delphis, ut intelligitur ex ejus verbis p. 378. C. et ſcripſit ad Cleam, amicam, mulierem haud indoctam, eamdemque religioſam, quippe Iſidis et Oſiridis sacris jam a parentibus initiatam, ac Thyiadum Bacchicarum Delphis principem; cui item inſcripſit librum *De Virtutibus Mulierum*, ut notavimus ad p. 242. E, F. 351. E. Conſilium ſcriptoris videtur fuiſſe, ut amicam de horum Ægyptiorum numinum ortu et cultu ſaniora, quam quæ vulgo ferrentur, doceret, religionemque fabularum deliriis cærimoniarumque ineptiis mirifice deformatam et apud prudentiores homines in contemtum adductam, iſtis quoad ejus fieri poſſet ſordibus purgaret, omnique literarum et philoſophiæ inſtrumento ad hiſtoriæ fidem, naturæ rationem, dignamque divinitate ſpeciem reformaret. Quod an probabiliter ad judicium doctorum hominum fecerit, poſtea videbimus: illud non eſt dubitandum, quin huic obſecutus conſilio librum confecerit qui doctrinæ copia et varietate non modo in eruditiſſimis Antiquorum operibus, ſed in præcipuis etiam rerum Ægyptiacarum veterum fontibus cenſeri debeat. *Veteres* autem res dicimus eas, quæ fuerunt ſtante regno, necdum a Perſis ſubacto, et ſi quædam earum ſub

Digitized by Google

illis, ac deinceps ſub Græcis, tum ſub Romanis integræ manſerunt. Harum igitur rerum cognitionem non niſi a Græcis Latiniſque ſcriptoribus habemus. Nam libris literiſque Ægyptiorum deperditis, ne pauciſſima quidem illa ædificiorum reliquiis inſcripta ſigna elementaque literarum intelligimus: nec illa quæ dicitur Coptica lingua quid quantumque ex vetere Ægyptiorum lingua ſervaverit, ſatis apparet: nec aliorum populorum, veluti Arabum, ſcripta, ut recentiora, ad illam antiquitatem pertinent: nec in antiquiorum, id eſt Judæorum ſacris libris, mentio harum rerum niſi tenuis et perexigua fit: et hæc omnia lucem magis deſiderant quam adferunt. At vero Græci Latinique homines, qui quidem doctrinæ cognitioniſque ſtudioſi eſſent, unam exterarum regionum maxime Ægyptum cognitu memoratuque dignam judicarunt, ſpectatum venerunt, ſcriptis celebrarunt. Itaque Scriptorum qui nunc exſtant, nullus facile reperitur quin Ægyptiorum aliquam mentionem fecerit: complures etiam dedita opera et copioſe de Ægyptiis expoſuerunt: ex ætate quæ fuit ſub Perſis, Herodotus: ſub Græcis, Eudoxus, Eratoſthenes, Manethos, hic quidem Ægyptius ſed Græce ſcribens, quamquam ex horum operibus non niſi reliquiæ ſuperſunt: ſub Romanis, Diodorus Siculus, Strabo, Plutarchus hoc ipſo in libro, Jamblichus, Horapollo de Hieroglyphicis, Pomponius Mela, Plinius; ne dicamus de iis qui brevius et carptim hujus argumenti partes memorarunt; quos enumerare infinitum ſit. Ergo ex Græcis Latiniſque auctoribus materiam promebant, eaque ut unica contenti erant, etiam recentiore ævo inde a renatis doctrinæ ſtudiis, qui res Ægyptiacas vel cognoſcere, vel conſcribere vellent. Cumque aliorum populorum literatura et eruditio quatuor habeat partes has vulgo dictas, Linguam, Libros, Hiſtoriam, Antiquitates, harumque duabus prioribus carerent res Ægyptiacæ, ecce venit qui eas adferre videretur Athanaſius Kircherus multæ lectionis homo multarum rerum linguarumque cognitione imbutus, Græcarum tamen Latinarumque literarum nec ad copiam nec ad diligentiam ſatis intelligens, cæterum repertæ a ſe doctrinæ

Digitized by Google

veluti magicam tabernam oſtentans. Ac primum, veram et antiquam Ægyptiorum linguam ſe ex tenebris in lucem emittere profeſſus eſt edito *Prodromo Copto ſive Ægyptiaco*, Romæ 1636. 4. et ejuſdem linguæ Copticæ Inſtitutionibus et Nomenclatore, alio volumine inſcripto *Lingua Ægyptiaca reſtituta*, Romæ 1644. 4. Denique omnem Ægyptiorum doctrinam, antiquitatem, hiſtoriam, tractavit in *Œdipo Ægyptiaco*, tribus Tomis formæ maximæ, editis Romæ 1652. Et profecto ſua utrique operi debetur laus; modo ex ea oſtentationem et hyperbolas Kircheri circumſcribamus. Nam et in Œdipo multas partes ita inchoavit ut aliis viam ad pergendum aperiret, maxime apponendis imaginibus operum artis iiſque et ſignis hieroglyphicis, quibus illa opera notata ſunt, explicandis, veluti Menſæ Iſiacæ, Obeliſcorum, corporum humanorum condiendo ſervatorum, quas Mumias dicunt, Canoporum, Amulettorum, Lucernarum; quamquam ſubinde legenti in mentem veniat illud, *Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.* Lingua autem *Coptica*, ſive ab urbe *Copto*, ſive aliunde nomen habet, eſt Chriſtianorum Ægyptiorum, qui ſe ſub Saracenis et Turcis ad hunc diem ægre tutati ſunt, ſed ipſis his Chriſtianis jam fere ignota: cujus linguæ libri continentur Sacro codice Veteris et Novi Teſtamenti, et aliis Eccleſiaſticis quorum exempla Romæ ſervata Kircherus cognoverat. Cedo vero materiam et formam Linguæ. Forma ſcripturæ et elementa literarum, ſunt Græca: materia item, id eſt nomina et verba, magnam partem Græca: cætera aut Arabicis ac Phœniciis ſimilia, aut nullius cognitæ ſervatæque linguæ vocabulis congruentia, quis pro certo affirmet vera et antiqua Ægyptiaca eſſe? Quamquam tota hæc linguæ materia, prouti nunc in Copticis libris fertur, ita vetus et vera Ægyptiaca videbatur Kirchero, ut non dubitaret quin Ægyptiaca Græcam linguam in Græciam tamquam coloniam deduxiſſet: *quæ poſtea ſenſim exculta, brevi ingentia incrementa fecerit; adeo ut ipſe rex Pſammetichus, teſte Herodoto, e Græcia linguæ peritiores, qui ſubjectos populos puritatem ejus linguæ docerent, in Ægyptum arceſſiverint.* vid.

Digitized by Google

Prodrom. p. 171. piget enim totum locum referre, ægrotantis somnio simillimum. Herodotus autem aliud plane dicit II. 15. Psammetichum Ionibus et Caribus domicilia sedesque in Ægypto habitandas dedisse, et pueros Ægyptios tradidisse lingua Græca erudiendos, a quibus linguam istam edoctis ortos esse eos qui nunc essent in Ægypto interpretes. Cæterum post Kircherum per centum fere annos nemo, quod sciamus, fuit qui res Ægyptiacas ita conscriberet ut iis Copticam linguam adhiberet. Extitit demum sæculo superiore medio, qui hoc ageret, eruditissimus Theologus Paulus Ernestus Jablonski; allata cognitione hujus argumenti ex omni Scriptorum genere, cum recentiorum, tum in primis antiquorum, Græcorum et Romanorum; quos omnes legerat eum certe ad finem ut quidquid in iis ad res Ægyptiacas spectaret, excerptum annotatumque haberet: universa porro materia ad certam rationem ordinata, ad judicii regulam exacta, in suos locos descripta, totum hunc doctrinæ locum nova luce illustraret, ejusque studii opus effectumque proderet compluribus libris, præcipue Pantheo Ægyptiorum, tum aliis singularibus, partim seorsim editis partim ineditis modo, nuperrime autem una editione collectis et vulgatis a Tewatero nostro inter eruditos et ipso insigni Theologos. Quod autem diximus, Jablonskium *res Ægyptiacas* ita conscripsisse ut iis *Copticam linguam* adhiberet, utrumque quale sit accuratius definiendum est. Nam nominum Ægyptiorum a Græcis aliisque populis memoratorum significationem ita aperire studuit, ut ea cum similibus vocabulis Testamenti Coptici V. et N. compararet. Quæ ratio etsi nonnumquam probabiliter cederet, tamen universe efficiendo propositio triplex impedimentum objiciebat. Primum, jam supra dictum, erat in ipsa ista lingua, in cujus farragine quis tandem affirmet quid vetus et germanum Ægyptiacum sit? ne is quidem qui linguas Orientales alias teneat, quarum certe quædam Jablonskio defuisse videntur. Alterum, quod copia linguæ ex uno fonte librorum V. et N. T. haustæ, nimis tenuis et exigua erat ad tantæ materiæ perspicientiam et explicationem. Ter-

Digitized by Google

tium in eo cernitur, quod ſæpenumero etymologiæ et interpretationes apponebantur minime verifimiles: aut quod vocabulorum Copticorum vis non certo perſpiceretur, quippe ex uno aut altero loco tantum cognita: aut quod ex his, nomina, etymologiæ, interpretationes, effingerentur, non quæ ſponte et naturali facilitate in eam, quam auctor volebat, formam influerent, ſed quaſi machinis et malleis tunderentur, ut quidlibet ex quolibet fieri poſſe videretur; aut quod unius rei ac nominis, complures apponerentur etymologiæ et interpretationes, ut auctoritas uniuſcujuſque infirmaretur aliarum acceſſione, et ipſe auctor ſe ſingulis diffidere oſtenderet. *Res* autem *Ægyptiacas*, tractavit non univerſas, ſed partem *Sacram*, in primis eum earum locum qui Deos, eorum vim, proprietatem, religionem, cultum, originem complectitur, et ſi quæ ſunt conjuncta argumenta, veluti *De Tabula Iſiaca* et *De Diebus Ægyptiacis in Calendario Romano*: cæteras et ipſas ſibi bene intellectas hujus doctrinæ partes, Hiſtoriam, Geographiam, res civiles, bellicas, domeſticas non de induſtria exponeret, ſed ad propoſitum argumentum illuſtrandum accommodate attingeret et conferret.

p. 351. E. ὃ Κλέα] Duos mulieri libros inſcripſit ex his qui quidem exſtant, hunc, et illum *De Virtutibus Mulierum*, nec alibi memoratur: eam Delphis fuiſſe ἀρχηγὸν τῶν θυιάδων, ita enim corrigendum videtur, Iſidis cultui deditam, eique a patre et matre, conſecratam, legimus in hoc libro p. 364. E. et 351. F. Alia etiam notavimus p. 242. E, F. Fuit autem in propinqua Delphis Tithorea religioſiſſimum omnium Iſidis fanum, teſte Pauſania X. 32.

351. E. Τὰ ἄλλα μὲν γὰρ—χρώμενος·] Emendandum diximus: Τὰ ἄλλα μὲν γὰρ ἀνθρώποις ὁ θεὸς ὧν δέονται δίδωσιν, νοῦν δὲ καὶ φρονήσεως μεταδίδωσιν, οἰκεῖα κεκτημένος ταῦτα καὶ χρώμενος· duce Euſtratio in Commentario ad Ariſtotelis Ethic. Lib. VI. p. 98, b. Plutarchi ſententiam ita referente: δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν ὅτι εὑρίσκομεν τοὺς παλαιοὺς πολλάκις φρόνησιν καὶ γνῶσιν ἁπλῶς ὀνομάζοντας καὶ αὐτῶν τῶν τιμιωτάτων τῇ φύσει, ὅπου γε καὶ ἐπὶ θεοῦ ταύτην φέρουσιν· ὡς (δὲ, dele) καὶ ὁ Χαιρωνεὺς Πλούταρχος· "οὐ γὰρ ἀργυρίῳ, φησὶ, καὶ χρυσίῳ μακάριον

Digitized by Google

" τὸ θεῖον, οὐδὲ βρονταῖς καὶ ἀστραπαῖς ἰσχυρὸν, ἀλλ' ἐπιστήμῃ " καὶ φρονήσει· τἆλλα μὲν γὰρ ὁ θεὸς ὧν δέονται ἄνθρωποι δί- " δωσι, νοῦν δὲ καὶ φρονήσεως (οὐ dele) μεταδίδωσιν, οἰκεῖα κεκτη- " μένος ταῦτα καὶ χράμενος." Καὶ οὐ δήπου ταῦτα λέγων οὑτοσὶ (vulgo οὑτωσὶ) ὁ σοφὸς τὴν βουλευτικὴν ἕξιν περὶ τῶν ὠφελίμων ἀνθρώποις δηλοῖ, ἀλλὰ τὴν ἐνιαίαν γνῶσιν τῶν ὄντων, καθ' ἣν ἐν ἑαυτῷ τὸ πρῶτον αἴτιον πάντα καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι προείληφε. Horum poſtrema ita reddenda ſunt: *Et nimirum hæc dicens hicce ſapiens, non ſignificat habitum deliberandi de iis quæ hominibus utilia ſunt, ſed ſolam et ſingularem cognitionem rerum quæ ſunt, per quam in ſe ipſo primus effector omnia, antequam fiunt, anticipat.* Veriſſima eſt oppoſitio verborum διδόναι et μεταδιδόναι, quam hujus loci ſententia flagitat, et Græcorum in verborum ſimplicium et compoſitorum conſuetudine tuetur. Sic Plutarchus Conjug. Præcept. p. 140. C: μήτε φεύγειν τοῦ ἀνδρὸς ἀρχομένου, μήτε αὐτὴν κατάρχεσθαι. Apophthegm. Lac. p. 208. D: δείξω γὰρ—ὅτι οἱ ἄνδρες τοὺς τόπους ἐπιδεικνύουσι. Muſic. 1140. C. Theſeo p. 5. C: οἷς μὲν ἐβιάζοντο τοὺς ἄλλους, ὑπ' ἐκείνου καταβιαζομένους. Romulo p. 36. B: ἱδρυμένον—καθιδρυμένον. Themiſtocl. p. 12. B. Camillo p. 132. A. 134. D. Plato Leg. II. p. 581. C: καλεῖν τούς τε ἄλλους θεοὺς, καὶ δὴ καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν. V. p. 611. A: καταλέγουσι—λέγουσι. XII. 690. D. 687. A. Notum eſt Demoſthenis ἀπολαμβάνειν ἀλλὰ μὴ λαμβάνειν a Plutarcho relatum in Ej. Vita p. 850. C. Ariſtides T. I. p. 35. 49. 69. 145. 478. 515, bis. 525. II. 121. 159. 225. 246. 309. Porphyrius Abſtin. II. 30. Quædam notavimus in Selectis Hiſtor. p. 369. ſequ. In οἰκεῖα κεκτημένος animadvertenda eſt vis nominis: οἰκεῖον eſt *domeſticum*: ἴδιον, *proprium*: utrumque opponitur τῷ ἀλλοτρίῳ, *alieno*: igitur alterum altero redditur ab Heſychio. Ἴδιον· οἰκεῖον· et Οἰκείαν· ἰδίαν. et ſæpe alterum per alterum variatur, veluti a Plutarcho in Vita Arati p. 1027. D: οὐ γὰρ ἰδίων ἀπορίᾳ καλῶν ἐξαρτῶσιν ἀλλοτρίων ἐπαίνων τὴν δόξαν, ἀλλὰ τοῖς ἐκείνων τὰ οἰκεῖα συνάπτοντες ὡς καὶ τοὺς γένους καὶ τοὺς βίου ἡγεμόνας εὐφημοῦσι. De Anim. et Corp. Vitiis p. 500. ἰδίων κακῶν, codex C dat οἰκείων κακῶν. Differunt tamen: ἴδιον eſt genus: οἰκεῖον, ſpecies. Deus omnia poſſidet ἴδια, omnes res

Digitized by Google

ſunt ejus propriæ: ſed harum aliæ ſunt *externæ*, mancipia, poſſeſſiones, omnes extra ipſum res, aliæ ſunt *internæ*, ejus naturæ partes, οἰκεῖα, veluti cognitio, ſcientiæ, aliæ virtutes. Igitur *externa* nobis *dat*, δίδωσι· interna nobiſcum communicat, participes eorum nos facit, μεταδίδωσι. Appoſite Philo Jud. De Nom. Permut. p. 1065. A: ὁ τοίνυν κυρίως διδοὺς ὀτιοῦν, ἴδιόν τι πάντως ἑαυτοῦ δίδωσιν. De Monarchia p. 817. A. Dei cognitionem precanti, Deus ipſe reſpondet: Χαρίζομαι δὲ τὰ οἰκεῖα τῷ ληψομένῳ· οὐ γὰρ ὅσα μοι δοῦναι ῥᾴδιον καὶ ἀνθρώπῳ λαβεῖν δυνατόν· ὅθεν ὀρέγω τῷ χάριτος ἀξίῳ πάσας ὅσας ἂν οἷός τε ᾖ δέξασθαι χάριτας· τὴν δ' ἐμὴν κατάληψιν οὐχ οἷον ἀνθρώπου φύσις ἀλλ' οὐδ' ὁ σύμπας οὐρανός τε καὶ κόσμος δυνήσεται χωρῆσαι. Ergo et diſtinguuntur ſubinde: v. c. apud Plutarchum De Amor. Prolis p. 493. C: ἄκρατον γὰρ ἐν ἐκείνοις (τοῖς ζώοις) ἡ φῦσις καὶ ἀμιγὲς καὶ ἁπλοῦν φυλάττει τὸ ἴδιον· ἐν δὲ ἀνθρώποις—πρὸς πολλὰ μιγνυμένη δόγματα καὶ κρίσεις ἐπιθέτους, ποικίλη γέγονε καὶ ἰδία, τὸ δὲ οἰκεῖον οὐ τετήρηκε· prius ἴδιον Meziriacus mutat in οἰκεῖον, credo, ut ſequenti ſua vis conſtet: haud temere ille; nam utrobique *indoles* ſignificatur, quæ eſt magis cum natura animantis conjuncta quam τὸ ἴδιον· et τὸ οἰκεῖον eſt communio generis: et poſtrema ſic reddenda,—: *natura hominis varia et ſingularis reddita, indolem ſuam communionemque generis non ſervavit.* De Adul. et Amic. p. 53. A: ὄψεται γὰρ αὐτὸν οὐδαμοῦ βέβαιον, οὐδ' ἴδιον, οὐδ' οἰκείῳ πάθει φιλοῦντα· *videbit enim adulatorem nuſquam ſtabilem, neque ſuum, neque proprio affectu amantem*—. Sympoſ. V. p. 682. C, D: πρὸς τὰ οἰκεῖα κατὰ τὴν τοῦ πάθους ἰδιότητα κινοῦνται· *ad conſuetas res ſecundum affectionis proprietatem moventur:* quo loco οἰκεῖα intelliguntur inclinationes et proclivitates quibus conſuetudo vim naturæ adjunxit. Adv. Epicur. p. 1096. E: ἴδιον—καὶ οἰκεῖον καὶ ἀλλότριον· *ſingularem—et familiaritatem et alienitatem:* hic ut ſæpe οἰκεῖον eſt *conſentaneum naturæ*. Xenophon Hellenic. II. 4, 20. Lyſandrum ait voluiſſe ἰδίας facere Athenas; Lacedæmonios, τὴν τῶν Ἀθηναίων χώραν, οἰκείαν καὶ πιστήν· oppoſitio non eſt in urbe et regione, ſed in uno et pluribus. Lyſandri futuræ erant *propriæ*, Lacædemoniorum *domeſticæ*.

Digitized by Google

351. D. Οὐ γὰρ ἀργύρῳ—] Aut hinc, aut ex communi fonte habet Themiſtius Or. XXXIII. p. 365. B: Οὐ γὰρ ἐν ἀργύρῳ τὸ εὐδαιμον καὶ μακάριον, οὐδὲ ἐν ποτοῖς καὶ σιτίοις—.

351. D. Ὅμηρος] Iliad. N. 354. Plutarcho citatum p. 32. A. ubi vide notam.

351. D. Οἶμαι δὲ καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς—ἀθανασίαν] Xylandri verſio in noſtra editione prave *cognitiones*, pro *cognitionis*, habet. Locum ſic reddimus, retentis quantum licet Xylandreis. *Exiſtimo etiam æternæ durationis, quam Deus occupavit, beatitatem in eo eſſe quod Deus cognitione non deficit a cognoſcendis: et ſublata rerum cognitione, immortalitatem non eſſe vitam, ſed tempus.* Tueor γινωσκόμενα, pro γινόμενα: Deus eſt ἐν τῷ αἰῶνι, ubi in cognitione τῶν ὄντων vivit: τὰ γινόμενα illis opponuntur, non *ſunt* ſed *fiunt*, mutantur et intereunt, non ἐν τῷ αἰῶνι, ſed ἐν τῷ χρόνῳ, verſantur. Sic celebratur auctoritate Platonis in Tim. p. 529. C, D. ſeq. et alibi ſæpius: Plutarchus exornat. De EI Delphico p. 393. A. Quæſt. Plat. p. 1007. D. quos ad locos plura prodemus. Igitur γινόμενα quia ſunt ad χρόνον adſtricta, et hoc loco diſerte dicitur Dei ἀθανασία non eſſe χρόνον, ſed βίον, non congruunt cum ſententia Plutarchi: qui ſi hoc etiam dicere voluiſſet, *Deum non tantum τὰ ὄντα ſed etiam τὰ γινόμενα cognoſcere*, ea non disjunxiſſet, ſed conjunxiſſet ita fere—μὴ προαπολιπεῖν τὰ ὄντα καὶ γινόμενα· τοῦ δὲ γινώσκειν καὶ φρονεῖν ἀφαιρεθέντος—. Deinde προαπολείπειν hanc habet vim, Deus res cognoſcendas non deſerit, ſemper eas conſectatur cogitatione, hæ ejus cognitioni inſunt, non deficit ab iis cogitando; non eas ante ſe et longius ipſius cognitionem præcurrentes relinquit. Verbum προαπολείπω τι, ſic active dicitur p. 74. E: τοὺς νουθετοῦντας προαπολείπειν· *admonentes ante relinquere, quam ipſi admonitionem perfecerint.* Eunapius Ædeſ. p. 55: σὺ δὲ προαπολείψεις ἐμέ· et apud alios. Porro βίος et ζωὴ differunt, ut βιοῦν et ζῆν· quod et Ammonius annotavit: hoc dicitur univerſe de tempore ac duratione animantis: illud de tempore et actione animantis rationalis. Ad ſententiam præſentem accedit alia apud Plutarchum Ad Princip. Indoct. p. 781. A: Οὐ γὰρ χρόνῳ ζωῆς ὁ θεὸς εὐδαίμων, ἀλλὰ τῆς ἀρετῆς τῷ ἄρχοντι. Por-

Digitized by Google

phyrius promiſcue dixit De Abſtin. II. 52: προσιὼν τῷ θεῷ —περὶ τοῦ αἰωνίου βίου λήψεται τὰς ὑποθήκας. IV. 20. p. 371: τὴν αἰωνίαν ἡμῖν ζωὴν συνέχει. Sæpe junguntur vario ſententiæ modo, ut βίος καὶ χρόνος: de quo alibi dicemus. Diſerte etiam disjunguntur. Talis eſt illa inſcriptio in Similem, citata Salmaſio ad Spartiani Hadrianum Cap. 10. p. 77: Σίμιλις ἐνταῦθα κεῖται βιοὺς μὲν ἔτη ν', ζήσας δὲ ἔτη ξ'· quorum poſtremum ultimos ſeptem annos ſignificat quos in agro et otio vixit. Philo Jud. De Charitate p. 701. A; ἤρξατο μεταβάλλειν ἐκ θνητῆς ζωῆς εἰς ἀθάνατον βίον. De Somniis p. 1114. D: προστίθησι—ζωῇ δὲ θρύψιν, βίῳ δὲ τῦφον. Tum εἴληχεν, quod non ſatis proprie et philoſopha ratione de ſempiterno Deo dicitur, *ſortitus eſt*, videtur fluxiſſe ex illa tripertita univerſi ſortitione apud Homerum Iliad. O. 189. in qua Ζεὺς ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι.

351. E. ἀνάληψιν] *ſuſceptionem* reddidimus pro Xylandri *recuperationem*, de quo monuerat et Squirius. Ita De Anim. Tranquill. p. 472. B: μαθημάτων ἀνάληψις *diſciplinarum ſuſceptio*, i. e. perceptio, diſcendi actio. Galenus Protrept. Cap. II: τέχνης ἀναλήψεως καταφρονοῦντα· *negligentem artes diſcere*. Diogenes Laert. VII. 8. Porphyrius De Abſtin. I. 29. III. 10. Jamblichus Vit. Pythag. §. 68. 188. 225. Euſebius Præp. Evang. IV. p. 140. D. V. p. 196. C. Sic verbum ἀναλαμβάνειν, ut alibi dicemus.

351. F. Ἑλληνικὸν γὰρ ἡ Ἶσις καὶ ὁ Τυφών—] Plutarchum γλίσχρως ἐτυμολογεῖν καὶ βαρβαρικὰ ὀνόματα ἐξελληνίζειν, frigidas notationes prodere et peregrina nomina temere ad Græcam originem cogere, non negamus. Alias eaſque indigenas origines alii procudere ſtuduerunt: quas videre eſt in Jablonſkii Pantheo Ægypt. III. 1, 12—15. de *Iſide*: V. 2, 18. de *Typhone*: quæ an ipſæ veræ ſint, ipſi dii ſciant, hominem arbitror ſcire neminem.

351. F. κολουούσαις] Veram hanc eſſe lectionem nemo dubitaverit, qui frequentem hujus verbi uſum, et cum verbo κωλύειν a librariis uſurpatam commutationem cognoverit, quam annotavimus p. 69. E. reddendum *retundentibus, reſecantibus*.

p. 352. A. Ἴσειον] Et Latinis *Iſeum* et *Iſium*. Plinio H.

Digitized by Google

N. V. 10. ubi vid. Harduinus: Lampridio in Alex. Sever. 26. P. Victor. Reg. Urb. R. IX. Merito dubites Plutarchum credidiſſe in hac vocabuli forma partes eſſe τοῦ ὄντος, ac non argumento et mulieris ad quam ſcribebat ingenio ſe accommodaſſe.

352. A. Προμηθέως—θυγατέρα] Clemens Alexandr. Strom. I. p. 382: ταύτην δὲ Ἴστρος ἐν τῷ περὶ τῆς Αἰγυπτίων ἀποικίας, Προμηθέως θυγατέρα φησί.

352. A. Δικαιοσύνην] Squirius opportune citat Inſcriptionem a Reineſio Claſſ. I. N. 135. proditam, a Seldeno ad hoc Deo cognomen relatam Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ—.

352. B. ἱεραφόροις καὶ ἱεροστόλοις] De Ægyptiis Porphyrius ex Chæremone refert De Abſtin. IV. 8: καὶ τὸ μὲν κατ' ἀλήθειαν φιλοσοφεῖν ἔν τε τοῖς προφήταις ἦν καὶ ἱεροστολισταῖς, καὶ ἱερογραμματεῦσιν ἔτι δὲ ὡρολόγοις· τὸ δὲ λοιπὸν τῶν ἱερέων τε καὶ παστοφόρων καὶ νεωκόρων πλῆθος καὶ ὑπουργοῦν θεοῖς, καθαρεύει μὲν ὁμοίως, οὔτι γε μὴν μετ' ἀκριβείας καὶ ἐγκρατείας τοσῆσδε. Clementi Alex. Strom. VI. p. 633. D. ὁ στολιστὴς dicitur, ut Plutarchus p. 366. F. inde locus templi, ubi hæc pars religionis tractatur, στολιστήριον p. 359. A. et actio ipſa στολίζειν p. 366. F. 375. A. Tum ἱεραφόροι, *ſacra ferentes*, dicuntur univerſe, qui ſeparatim ſunt κιστοφόροι, παστοφόροι, et alii: Hedylus ap. Athen. XI. p. 497. D. ἱεραγωγοὺς nominat: Νεῖλος ὁκοῖον ἄναξ μυσταῖς φίλον ἱεραγωγοῖς Εὗρε μέλος θεῖον πάτριον ἐξ ὑδάτων. Firmicus Maternus Aſtron. III. 11, 9. Ægyptia ſacra ſignificans—: *prophetas aut veſtitores divinorum ſimulacrorum faciet, aut divinarum bajulos cærimoniarum:* porro ibid. 12, 3: *deorum bajulos vel templorum cuſtodes, aut qui religionibus homines initient:* item, 14, 1: *ſacerdotibus præpoſiti, et ſacrorum bajuli ſimulacrorum.* ibid. 3: *ſacerdotes aut prophetas, deorum veſtitores aut in templis maxima tractantes officia.* Hinc frequens dictio *ſacra ferre*, quod ut ſacerdotum, ita poetarum cenſetur: videatur Delacerda ad Virgilii Georg. II. 475:—*dulces ante omnia Muſæ, Quarum ſacra fero*, et Valeſius ad Ammian. Marcellin. XXII. p. 227. Conf. Schmidtius V. Cl. Diſſert. De Sacerd. et Sacrif. Ægypt. p. 128. ſeq. et 198. Forma ἱεραφόρεις in omnibus noſtris codicibus prodita recte defen-

Digitized by Google

ditur a Reiſkio adverſus Squirium in ἱεροφόροις mutantem. Quæ in voce Ἱεροστόλοι ex vetere lexico apponit Stephanus in Theſ. L. Gr. ex hoc Plutarchi loco ſunt.

352. B. ὥσπερ ἐν κίστῃ] Refertur comparatio ad τὴν ἱερὰν κίστην, de qua dicitur infra p. 366. F. quæ profecta videtur ab illa arca in qua conditus Oſiris obierat p. 356. B, C. Hinc ritus ad alios populos fluxit quorum in ſacris κίσται ferebantur, quarum frequens eſt mentio: indeque κιστοφόρος, ut apud Demoſthenem Orat. Pro Coron. p. 350. A. pro κιττοφόρος: et nummi *ciſtophori*. Conferatur Spanhemius ad Callimach. Hymno in Cer. 3 et 127. Plutarchus exemplum comparationis duxit ab metaphora ἀγαλματοφόρων, qui Dei, quem colunt, imaginem animo impreſſam gerunt: de quibus egregia eſt annotatio Ruhnkenii noſtri ad Tim. Lex. Plat. p. 7.

352. B. οἰήσεως] Non ſanum videtur: dicitur enim malo ſenſu ut vidimus p. 39. D. et hic locus bonum requirit: et quando antecedentis vocabuli ὑποδηλοῦντα poſtrema ſyllaba, mendo affecta eſt, credibile eſt hujus primam quoque affectam eſſe; et auctorem ipſum dediſſe νοήσεως, *cogitationis:* hoc et aliis uſitatum eſt, et Plutarcho: cujus ſufficit locos notaſſe: Opp. Mor. p. 48. B. 167. B. 382. F. 407. A. 899. D. 961. C. 947. A. 961. C. 974. E. 992. E. 1024. F. 1067. C. 1071. F. 1082. A. 1119. F. 1129. E. Vit. 65. C. 425. C. 1001. B.

352. C. ἐκεῖ βαδίζειν—] Diſertius Jannot. Anon. ἐκεῖσε, *illuc abire*, i. e. *ad inferos:* ita dicitur ἐνταῦθα, ἐκεῖ· *in hac vita, apud inferos:* ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἀπιέναι, *ex hac vita ad inferos abire:* De Ser. Num. Vind. p. 565. A. 566. F. Amator. 758. B. Sympoſ. VIII. p. 745. D: ταῖς ἐντεῦθεν ἀπιούσαις ἐκεῖ ψυχαῖς· ubi item præſtaret ἐκεῖσε. Sed ſæpe hæc diligentia, ſive auctorum ſive librariorum culpa, defideratur. Ad ſententiam aliquid manaſſe dicas ex Platonis dicto in Phædone p. 398. A: οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἔχουσα εἰς ᾅδου ἡ ψυχὴ ἔρχεται πλὴν τῆς παιδείας τε καὶ τροφῆς· ἃ δὴ καὶ λέγεται μέγιστα ὠφελεῖν ἢ βλάπτειν τὸν τελευτήσαντα εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἐκεῖσε πορείας.

352. C. παγγωνοτροφίαι — καὶ τριβωνοφορίαι] Similiter p.

Digitized by Google

81. C. Habitum philosophi notavimus p. 52. C. Proverbii speciem habet *Barba non facit Philosophum*. Similia Lucianus de Philosophis v. c. Philopseude T. III. p. 51: μόνῃ τῇ πολιᾷ καὶ τῷ πώγωνι διαφέροντες τῶν βρεφῶν. Eunucho T. II. p. 357: εἰ γὰρ ἀπὸ πώγωνος, ἔφη, βαθέος κρίνεσθαι δέοι τοὺς φιλοσοφοῦντας, τὸν τράγον ἂν δικαιότερον προκρίνεσθαι πάντων. Alia videantur apud Erasmum Adag. p. 1684.

352. C. λινοστολίαι καὶ ξυρήσεις] Et hoc vulgo jactatum. *Isis linigera:* Ovidio Met. I. 747. Art. Am. I. 77. Ep. Pont. I. 1, 51. Juvenalis Sat. VI. 533: *Qui grege linigero circumdatus et grege calvo, Plangentis populi currit derisor Anubis.* Martialis Epigr. XII. 29: *Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba—.* Herodotus II. 36: οἱ ἱερέες τῶν θεῶν τῇ μὲν ἄλλῃ κομέουσι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρεῦνται· 37—: εἵματα δὲ λίνεα φορέουσι ἀεὶ νεόπλυτα, ἐπιτηδεύοντες τοῦτο μάλιστα·—οἱ δὲ ἱερέες ξυρεῦνται πᾶν τὸ σῶμα διὰ τρίτης ἡμέρης ἵνα μήτε φθεὶρ μήτε ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγένηται σφι θεραπεύουσι τοὺς θεούς. In Luciano De Sacrificiis T. I. p. 537: ἀκούσῃ πολλῶν σοφιστῶν, καὶ γραμματέων, καὶ προφητῶν ἐξυρημένων—recte hanc scripturam defendit T. Hemsterhusius. Videantur quoque Rigaltius ad Artemidor. I. 23. p. 9. Menagius ad Diog. L. VIII. 87.

352. C. τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα] Nomina de sacris et mysteriis usurpantur. Sic Plutarchus De Profect. Virt. Sent. p. 81. D: δρωμένων δὲ καὶ δεικνυμένων τῶν ἱερῶν· mox 366. E. Et separatim in hac re usurpantur: v. c. δεικνύμενα p. 359. D. 672. A. Aristides T. I. p. 191. sæpius etiam δρώμενα Plutarchus Opp. Mor. p. 169. D. 244. B. 276. E. 280. B. 378. A. 415. A. 418. B. 421. B. 590. A. Vit. p. 31. B. 34. D. 83. B. 104. D. 131. B. 146. D. 219. B, C. 299. D. 332. A. 548. F. 711. E. 1012. D. Aristides T. I. p. 26. 522. 323. 256. 257. 296. 297. 318. Pausanias p. 362. 659. 676. 707. 726. 793. 880. 884. Jamblichus Vit. Pythag. §. 216.

352. C. ὅταν νόμῳ παραλάβῃ, λόγῳ ζητῶν] *quem legitime susceperit, ratione quærens.* Ita λόγος et νόμος sæpissime conjunguntur, ut a Latinis *ratio* et *lex:* qua in comparatione fere λόγος *rationem philosophiam* significat, qua de notione

Digitized by Google

diximus p. 75. A. 76. C. 78. E. Sic in matrimonii initiis p. 138. B: οἶμαι καὶ τὸν λόγον συνεφαπτόμενον ὑμῶν καὶ συνυμεναιοῦντα, χρήσιμον ἄν τι ποιῆσαι καὶ τῷ νόμῳ προσῳδόν. 442. E. restituendum 446. E. in Xenocratis dicto, — ποιοῦσιν ἑκουσίως διὰ τὸν λόγον, ἃ ποιοῦσιν ἄκοντες οἱ λοιποὶ διὰ τὸν νόμον. 719. C. 779. B: οἱ λόγοι τῶν φιλοσόφων—νόμων δύναμιν λαμβάνουσιν· 780. C. 988. B. 1033. B. 1038. A. 1050. D. 1060. D. 1108. C. 1124. E. Vit. 85. E. Plato Leg. VII. 639. F. VIII. 645. F. 646. D.

352. D. τὸ λῖνον ἀνθοῦν] *florens linum*, significat *linum factum splendens candore, linteum*. Plin. H. N. XIX. 1—10. Plutarchus verum *linum*, non *lanam arboris* dicere, intelligitur e proximis; quamquam hujus et color cum colore ætheris conjunctior est, et ipsa quoque linum nominabatur, et a sacerdotibus in vestitum adhibebatur, quod monet Salmasius Exercit. Plin. p. 702. a. Ἀνθεῖν de *colore* usurpari, notum est.

352. D. ᾗ φησιν ὁ Πλάτων] In Phædone p. 379. F. inde alii sumserunt citati ab H. Junio ad Erasmi Adag. p. 452.

352. D. περιττωμάτων ἔρια—τὸ δὲ λῖνον—] Ex hoc vel communi auctore sua sumsit Apuleius in Apologia p. 310: *Quippe lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, jam inde Orphei et Pythagoræ scitis, profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui et amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur.* Hujusmodi philosophorum rationes in depili et glabro reddendo corpore perstringit Dio Chrys. Or. XXXIII. p. 412. D: σκώπτεται δὲ καὶ καταγελᾶται παρὰ τοῖς σοφοῖς καὶ νέοις ἡ τῆς φύσεως τέχνη, καθάπερ ἀρχαῖά τις οὖσα καὶ σφόδρα εὐήθης καὶ ἀχρεῖα περιττὰ (leg. ἀχρεῖα κ. π.) προσθεῖσα τῷ σώματι· τί γὰρ ὑμῖν ὀνύχων ἔδει; τί δαὶ τριχῶν; ἀλλ' οὐδὲ χειρῶν ἴσως οὐδὲ ποδῶν.

352. E. Ἡσίοδον] Εργ. 741. πέντοζον *manum* dicit, quinque digitos, veluti *ramos*, habentem: αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν, *aridum a viridi resecare*, i. e. ungues amputare. Sic Proclus ad illum locum, Plutarchi commentarium redolens.

Digitized by Google

352. F. *τοὺς ἄλας ἐν ταῖς ἀγνείαις ἀφαιρεῖν*] Idem aliis locis aliisque rationibus prodit. p. 363. E. Sympos. VI. p. 685. A. VIII. p. 729. A. quos tractat Jablonskius Panth. Æg. III. 81. salem sossilem excipiens, auctore Arriano Expedit. Alex. III. 4, 8.

352. F. *Ἀριστα γόρας*] Ægyptiacorum scriptor: de quo vide Vossium Histor. Gr. III. p. 332.

p. 353. A. *τὸν Ἆπιν ἐκ φρέατος ἰδίου ποτίζειν*—] Ex Aristagora sumtum, ut colligitur ex Æliano Nat. Animal. XI. 10. illum memorante, tum narrante de cultu Apidis, in iisque hoc: *καὶ φρέαρ καὶ κρήνη ποτίμου νάματος· τοῦτο γὰρ οἱ φασιν οἱ θεραπευταὶ καὶ ἱερεῖς λυσιτελεῖν ἀεὶ, Νειλώου πίνειν κᾰ́τα πιαίνεσθαι, καὶ εἰς ὄγκον σαρκῶν ὄντος ἀγαθοῦ.* dictio suspecta: Gronovius tentavit—*λυσιτελεῖν, ἀλλ' εἰ Νειλώου πίνει, κᾰ́τα π.* Abreschius Animadvers. Æschyl. p. 182: *κρήνην—λυσιτελεῖν ἀεί. Νειλώου δὲ πίνειν καταπιαίνεσθαι—εἰς ὄγκον σαρκῶν ὄντως ἀγαθόν·* sane repugnante sententia loci. Equidem priora non abhorrere putem a stilo Æliani: in postremis requiri *ἐκτὸς ἀγαθοῦ, præter bonum:* vel *ὄντως ἄγαν, revera nimium,* vel certe simile quid. De dulcedine et efficacia aquæ Nili idem III. 33. vid. Jablonskius Panth. Æg. Part. II. p. 166. Stanleius ad Æschyli Suppl. 570. *Οὐδὲν γὰρ οὕτω τιμὴ Αἰγυπτίοις ὡς ὁ Νεῖλος,* Meziriacum et Reiskium offendit, *ἐν τιμῇ* requirentes: certe, poterat aut hoc, aut *τιμᾶται,* scripsisse Plutarchus: quod nunc legitur, minus cum ipsius oratione, quam Æliani, Philostrati, et similium curiositate congruit. Quod ad rem attinet, probat harum peritis Aristides Orat. Ægypt. fin. T. II. p. 364: *ἔγωγέ ποτε ἤκουσα καὶ ἄλλου τῶν τι δοκούντων εἰδέναι περὶ ταῦτα, ὅτι καὶ τῶν νομίμων καὶ τῶν περὶ τὰς ἑορτὰς καὶ θυσίας, εἰς τὸν Νεῖλον αὐτοῖς ἀνήκει τὰ πλεῖστα.* Plura Vossius De Idololatr. II. 74, 75.

353. A. *εὐσταλῆ καὶ κοῦφα ταῖς ψυχαῖς περικεῖσθαι τὰ σώματα*] Ad hanc speciem informat Ofirin Synesius De Provid. p. 90. D: *κοῦφόν τε ὄντα καὶ πεπτισμένον, καὶ ἐλαφρὸν τῇ ψυχῇ φορτίον τὸ σῶμα περικείμενον.*

353. A, B. *Οἶνον δὲ—Ἑκαταῖος ἱστόρηκεν*] Hæc origo usus vini apud alios auctores aliter proditur. Videatur Hero-

Digitized by Google

dotus II. 37 et 60. Diodorus Sic. I. 15 et 71, de regibus: οἶνου δὲ τακτόν τι μέτρον πίνοντας, μὴ δυνάμενον πλησμονὴν ἄκαιρον ἢ μέθην περιποιῆσαι. ad utrumque Wesselingius. Commentationes sacerdotum in templis narrat Porphyrius De Abstin. IV. 6. ex Chæremone τόπον μὲν ἐξελέξαντο ἐμφιλοσοφῆσαι τὰ ἱερά—ἀπειπάμενοι δὲ πᾶσαν τὴν ἄλλην ἐργασίαν καὶ πόρους ἀνθρωπίνους ἀπέδοσαν ὅλον τὸν βίον τῇ τῶν θείων θεωρίᾳ καὶ θεάσει· — δίαιτα δὲ λιτὴ καὶ ἀφελής· οἴνου γὰρ οἱ μὲν οὐδ' ὅλως, οἱ δ' ὀλίγιστα ἐγεύοντο· νεύρων αἰτιώμενοι βλάβας, καὶ πλήρωσιν κεφαλῆς ἐμπόδιον εἰς εὕρησιν· quibus adjungatur §. 8. p. 319. et utroque loco ἀγνεῖαι.

353. B. ὡς αἷμα τῶν πολεμησάντων ποτὲ τοῖς θεοῖς—προγόνων] Orientalium sapientum communem opinionem, vinum genii mali inventum esse, ostendit Jablonskius Panth. Æg. P. I. p. 131. sequ. indeque Androcydis monitum Alexandro M. datum venisse, relatum Plinio H. N. XIV. 7: *Vinum poturus rex, memento te bibere sanguinem terræ: cicuta hominum venenum est, cicutæ vinum:* cujus aliud de vini potu vituperium prodit Clemens Alexandr. Strom. VII. p. 718. D. Similis est Græca fabula De serpentibus aut venenis ex Titanum, Typhonis, Gorgonis sanguine: quam attingit doctissimus Mellmannus in Commentat. De Narrationib. Mutatar. Form. p. 33. Item cognata videtur fabula de hominum generis ex deorum sanguine ortu, apud Julianum Fragm. p. 292. A, B. Quod Squirius προγόνων corrigere tentat in πηλογόνων, quod est nomen Gigantum, habet quamdam speciem, nec tamen ut mihi plane probetur: magis est poeticum et rarius quam pro hujus loci ratione; legitur apud Callimachum H. Jov. 3. Hesychio Πηλάγονες· γέροντες· recte volunt H. γίγαντες· sed et Πηλαγόνοι, vel Πηλαγενεῖς requirebatur. Malim Γιγάντων nostro in loco vel Γηγενῶν, aut aliud; nisi forte Plutarchus cogitaverit πηλὸν, vini cognomen, de quo monuit Casaubonus ad Athen. p. 661. Toupius Emend. Suid. II. 66. ut ea communione sibi illud πηλογόνων persuaderi pateretur. De diis ex Gigantomachia in Ægyptum fugientibus assumta animalium specie dicitur p. 357. A. Luciano De Sacrific. T. I. p. 538. et pervulgata fabula. Hygin. Præf. Ovid. Met. V. Fast. I. Servius ad Æn. III. 578. Diod. S. I. 86.

Digitized by Google

353. C. Ὀξυρυγχῖται.—τὸν ὀξύρυγχον ἰχθύν.] Strabo XVII. p. 1166. C. seq. Ælianus Nat. Anim. X. 46. Clemens Alex. Protrept. p. 25. B.

353. C. φάγρου] Ælianus Nat. Anim. X. 19: Τοὺς ἰχθῦς τοὺς φάγρους Συηνῖται μὲν Αἰγυπτίων ἱεροὺς νομίζουσι· — ἀνιέναι τε καὶ ἀναπλεῖν τοῦ Νείλου μέλλοντος, οἵδε προθέουσι καὶ νήχονται, οἱονεὶ τοῦ νέου ὕδατος ἄγγελοι, καὶ τὰς τῶν Αἰγυπτίων ἀνηρτημένας γνώμας προευφραίνουσι καλαῖς ἐλπίσι, τὴν ἐπιδημίαν τοῦ ῥεύματος πρῶτοι συνιέντες καὶ θαυμαστῇ τινὶ φύσει προμαντευόμενοι ἐκεῖνοι γε· Clemens Alex. Protrept. p. 25. B: σέβουσι δὲ αὐτῶν Συηνῖται φαγρὸν τὸν ἰχθῦν.—Ὀξυρυγχῖται τὸν φερώνυμον τῆς χώρας αὐτῶν ὁμοίως ἰχθῦν· ubi videantur interpretes, quibus addatur Schmidtius V. Cl. Differt. De Sacerdot. et Sacrif. Æg. p. 296—298. In piſcibus χαρακτῆρα ἴδιον καὶ ἐπιχώριον habentibus numeratur a Strabone XVII. p. 1179. A.

353. D. Οἱ δ' ἱερεῖς ἀπέχονται πάντων] De Sacerdotibus Herodotus II. 37: ἰχθύων δ' οὔ σφι ἔξεστι πάσασθαι· quod univerſe accipiendum. Clemens Alexandr. Strom. VII. p. 718. D: ἰχθύων οὐχ ἅπτονται. Porphyr. De Abſtin. IV. 7. p. 314: ἰχθύων τε ἀπείχοντο πάντων. Julianus Or. V. p. 176. B: ἀπηγόρευται ἰχθύσιν ἅπασι χρῆσθαι· κοινὸν δέ ἐστι τοῦτο καὶ πρὸς Αἰγυπτίους τὸ πρόβλημα· ambigue dictum, ita accipi poſſit, *vetitum eſt omnibus uti piſcibus*, ut ſubaudiatur, *quoſdam excipi, quibuſdam licere uti:* at ſi univerſe negat, ut fit *vetitum eſt ullo piſce uti*, i. e. *præceptum eſt nullo piſce uti:* dictio ſuſpecta fit hebraiſmi: quæ certe non in Julianum: ut credam eum ſcripſiſſe ἁπλῶς μὴ pro ἅπασι.

353. D. πρώτου μηνὸς—πρὸ τῆς αὐλείου θύρας] Menſe Thot, qui primus erat Ægyptiis, ut poſt Scaligerum et Petavium, docuit Corſinus Faſt. Attic. Vol. II. p. 395. Ante fores domuum ſuarum edere non fuit ſingularis mos hujus feſti, ſed communis Ægyptiorum conſuetudo: ut colligitur ex Herodoto II. 29. Conf. Schmidt. V. Cl. De Sacerd. Æg. p. 293.

353. D. ἀναλήψομαι] *tractabo, referam.* Videatur noſtra annotatio ad Ser. Num. Vind. p. 558. D.

353. D. οὐδὲ περίεργον] Verum vidit Bentleius, corrigens οὐδ' ἀπερίεργον, *neque a curioſitate liberum:* de cibo et victu

Digitized by Google

usurpatur, ut ostendunt Stephanus Thes. L. Gr. Ind. p. 485. Scottus Append. quibus adde locum Teletis apud Stobæum p. 575. Mez. Salmas. Xyl. tentarunt ἀλλὰ περίεργον. Tum legendum ἀποφαίνων pro librorum omnium lectione ἀποφαίνειν· uno excepto Pet. qui dat ἀποφαίνει.

353. D. Ὁμήρῳ μαρτυρεῖ — ἀπορίαν.] Geminus locus est Sympos. VIII. 8. p. 730. C, D. item Ægyptiorum moris mentionem habens—. In Homero jam Plato animadvertit Republ. III. p. 439. F: Καὶ παρ' Ὁμήρου τάγε τοιαῦτα μάθοι ἄν τις· οἶσθα γὰρ ὅτι ἐπὶ στρατιᾶς ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἑστιάσεσιν οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας· οὔτε ἐφθοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς.

353. E. ἐκ πυρὸς] Conjeci ἔκφυλον *alienigenum, toto genere diversum*, ductus non solum congruentia literarum, quarum ista confusio librariis in proclivi est: sed et re ipsa, quæ iteratur p. 364. A: δόξει δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν λεγόμενον, ὡς ἡ θάλαττα Κρόνου δάκρυόν ἐστιν, αἰνίττεσθαι τὸ μὴ καθαρὸν μηδὲ σύμφυλον αὐτῆς· et consuetudine Plutarchi hoc vocabulum sæpe usurpantis: v. c. Sympos. IV. p. 669. D. de animalibus marinis: τὸ δὲ τῶν ἐναλίων γένος ἔκφυλον ὅλως καὶ ἄποικον ἡμῶν ὥσπερ ἐν ἄλλῳ τινὶ κόσμῳ γεγονότων καὶ ζώντων. VIII. 731. C. Solert. Animal. p. 976. C. Adv. Colot. p. 1123. B. Vit. p. 261. A. 299. D. 741. B. 1000. E. Neque tamen absurdum erat suspicari aliquid excidisse, et hujusmodi quid scriptum fuisse ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος λείψανον: quale quid legitur De Placitis Philos. III. 16. Quæst. Nat. p. 911. E. et Squirius in præsentem locum convenire censuit. Sed priorem rationem præfero.

353. E. ἐγκατεστοιχειοῦτο ἱερουργίαις] Inter hæc vocabula desidero articulum ταῖς. Verbum semel alibi apud Plut. legitur in Lycurgo p. 47. A: τὰ μὲν οὖν κυριώτατα καὶ μέγιστα πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως καὶ ἀρετὴν ἐν τοῖς ἤθεσιν ᾤετο καὶ ταῖς ἀγωγαῖς τῶν πολιτῶν ἐγκατεστοιχειωμένα μένειν ἀκίνητα: *tamquam doctrinæ initia et fundamenta imposita.* Sunt enim στοιχεῖα *elementa et rudimenta disciplinæ et artis:* hinc verba, καταστοιχίζειν τοὺς εἰσαγομένους. De Stoic. Repugn. p. 1036. A. et στοιχειοῦν ibid.

353. E. περὶ κρομμύου—τὸν τῆς Ἴσιδος τρόφιμον Δίκτυν τῶν

Digitized by Google

κρομμύων ἐπιδρασσόμενον] Amyotus prius illud κρομμύου, ut nomen proprium hominis *Crommyum* accipit. Cruſerius τρόφιμον reddit, *altorem*. Uterque perperam. Ald. Baſ. Xyl. A. E. Venet. dant Δίκτυν οὐ κρομμύων· unde Mez. annotavit Δίκτυνον κρομμύων· vulgatam Stephanus dedit ſumtam ex Leonic. quocum conſentiunt Pol. Schott. Anon. et, ut videtur, Flor. quippe ex quo nil varietatis proditum eſt. Certe nec οὐ nec τῶν probem. Nomen alumni non alibi, quod ſciam, proditum, etiam in ejus interitus narratione p. 357. E. omittitur: ubi ὡς εἴρηται præſentem hunc locum ſignificat. Sive *Dictys*, ſive *Dictynus*, fuerit; ſimilitudo quædam cum fabula Græca de Dictye, quam Euripides in perdita tragœdia celebravit, eo nos ducit, ut ſuſpicemur alteram ex altera fabulam, et alterum ex altero cognomen fluxiſſe.

353. F. οἱ δὲ ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται καὶ δυσχεραίνουσι τὸ κρόμμυον—.]—Gellius XX. 8:—*apud Plutarchum in IIII in Heſiodum commentario legi:* " *cæpe tum revireſcit et congermi-* " *nat decedente luna, contra autem inarefcit adoleſcente. Eam* " *cauſſam dicunt eſſe ſacerdotes Ægyptii, cur Peluſiotæ cæpe* " *non edunt; quia ſolum olerum omnium contra lunæ aucta* " *atque damna, vices et minuendi et augendi habeat contra-* " *rias.*" Ubi recte improbat Gronovius commenta Lambecii et Scioppii, qui hunc locum ſignificari putantes, verba illa *in IIII in Heſiodum commentario* mutari voluerunt *in Iſin et Oſirin commentario:* quaſi vero Plutarchus non ſoleat diverſis in libris eaſdem res iterare. Mos vulgo jactatus: v. c. Lucianus Jov. Tragœd. T. II. p. 690: ἅπασι κοινὸν τοῖς Αἰγυπτίοις τὸ ὕδωρ· ἰδία δὲ Μεμφίταις μὲν ὁ βοῦς θεός· Πηλουσιώταις δὲ κρόμμυον· καὶ ἄλλοις ἶβις·—. Juvenalis Sat. XV. 9. in Ægyptiorum ſuperſtitionibus recenſendis: *Porrum et cæpe nefas violare, et frangere morſu. O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis Numina.* Plinius H. N. XIX. 32: *Allium cæpaſque inter deos in jurejurando habet Ægyptus.*

353. F. τὴν ὗν ἀνίερον ἡγοῦνται—ἐν πανσελήνῳ] Herodotus II. 47: ὗν δὲ Αἰγύπτιοι μιαρὸν ἥγηνται θηρίον εἶναι,—τοῖσι μέν νυν ἄλλοισι θεοῖσι θύειν ὗς οὐ δικαιεῦσι Αἰγύπτιοι· Σελήνῃ δὲ καὶ

Digitized by Google

Διονύσῳ μούνοισι τοῦ αὐτοῦ χρόνου, τῇ αὐτῇ πανσελήνῳ τοὺς ὃς θύσαντες πατέονται τῶν κρεῶν·—ἐν ἄλλῃ δὲ ἡμέρῃ οὐκ ἂν ἔτι γευσαίατο. Hinc Plutarchus: partim etiam ex Manethone, quem citat Ælianus Nat. Animal. X. 16: Ἀκούω Μανέθωνα τὸν Αἰγύπτιον, σοφίας εἰς ἀκρὸν ἐληλακότα ἄνδρα, εἰπεῖν, ὅτι γάλακτος ὑείου γευσάμενος ἀλφῶν ὑποπίμπλαται καὶ λέπρας·—πεπιστεύκασι δὲ Αἰγύπτιοι τὴν ὗν καὶ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ ἐχθίστην εἶναι· ὅταν δὲ Αἰγύπτιοι πανηγυρίζωσι τῇ σελήνῃ θύουσιν αὐτῇ ἅπαξ τοῦ ἔτους ὗν· ἄλλοτε δὲ οὔτε ἐκείνῃ, οὔτε ἄλλῳ τῳ τῶν θεῶν τόδε τὸ ζῶον ἐθέλουσι θύειν, ὡς μυσαρόν. Proclus in Hesiod. Ἡμερ. 767: τὴν δὲ σῦν ἀνίερον Αἰγύπτιοι φασὶν, ὅτι μίξεσι χαίρει κρυπτομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς σελήνης.

p. 354. A. τὸν δὲ λόγον—νομίζοντες] Hic est ille λόγος quem sibi dictu nefas esse dixit Herodotus, l. c. II. 47: διότι δὲ τοὺς ὃς ἐν μὲν τῇσι ἄλλῃσι ὀρτῇσι ἀπεστυγήκασι, ἐν δὲ ταύτῃ θύουσι, ἔστι μὲν λόγος περὶ αὐτοῦ ὑπ' Αἰγυπτίων λεγόμενος· ἐμοὶ μέντοι ἐπισταμένῳ οὐκ εὐπρεπέστερός ἐστι λέγεσθαι.

354. A. ἀλλὰ τρυφήν γε—κατάραν] *sed luxuriem saltem—*: malim tamen τε pro γε. Rem ex eodem non nominato auctore refert Diodorus Sic. I. 45. cujus dictionem apponere juvat: Μετὰ τοὺς θεοὺς τοίνυν πρῶτον φασὶ βασιλεῦσαι τῆς Αἰγύπτου Μηνᾶν, καὶ καταδεῖξαι τοῖς λαοῖς θεούς τε σέβεσθαι καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν· πρὸς δὲ τούτοις παρατίθεσθαι τραπέζας καὶ κλίνας, καὶ στρωμνῇ πολυτελεῖ χρῆσθαι, καὶ τὸ σύνολον τρυφὴν καὶ πολυτελῆ βίον εἰσηγήσασθαι· διὸ καὶ πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς βασιλεύσαντα Τνέφαχθον τὸν Βοκχόριδος τοῦ σοφοῦ πατέρα, λέγουσιν εἰς Ἀραβίαν στρατεύσαντα, τῶν ἐπιτηδείων αὐτὸν διὰ τὴν ἐρημίαν καὶ τὰς δυσχωρίας ἐκλιπόντων, ἀναγκασθῆναι, μίαν ἡμέραν ἐνδεῆ γενόμενον χρήσασθαι διαίτῃ παντελῶς εὐτελεῖ παρά τισι τῶν τυχόντων ἰδιωτῶν, ἡσθέντα δὲ καθ' ὑπερβολὴν, καταγνῶναι τῆς τρυφῆς καὶ τῷ καταδείξαντι τὴν πολυτέλειαν ἐξ ἀρχῆς βασιλεῖ καταρᾶσθαι· οὕτω δ' ἐγκάρδιον αὐτῷ τὴν μεταβολὴν γενέσθαι τὴν περὶ τὴν βρῶσιν καὶ πόσιν καὶ κοίτην, ὥστε τὴν κατάραν ἀναγράψαι εἰς τὸν τοῦ Διὸς ναὸν ἐν Θηβαῖς· ὃ δὴ δοκεῖ μάλιστα αἴτιον γενέσθαι τοῦ μὴ διαμεῖναι τὴν δόξαν τοῦ Μηνᾶ καὶ τὰς τιμὰς εἰς τοὺς ὕστερον χρόνους. Hoc spectavit Alexis in libro περὶ αὐταρκείας, apud Athenæum X. p. 418. E: μετρίᾳ τροφῇ κεχρῆσθαι τὸν Βάκχοριν καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Νεόχαβιν. Apollonii apud eum-

Digitized by Google

dem IV. p. 191. F. est mentio de frugalitate in conviviis veterum Ægyptiorum: καθήμενοι γὰρ ἐδείπνουν τροφῇ τῇ λιτοτάτῃ καὶ ὑγιεινοτάτῃ χράμενοι, καὶ οἴνῳ τοσούτῳ ὅσος ἱκανὸς ἂν γένοιτο πρὸς εὐθυμίαν. Diversitas scripturæ in nomine regis *Technatis*, aut scribendi aut pronunciandi negligentiæ debetur: de qua notavit Wesselingius ad Diod. Sic. l. c. Nam *Nectabis* Plinii N. H. XXXVI. 19, 2. alius est. Et in *Menis* nomine variatur; qui alibi Diodoro S. I. 94. Μνεύης est.

354. B, C. Οἱ δὲ βασιλεῖς—ἀπεκάλυψεν.] Hæc Stobæus reposuit Floril. Tit. XLII. p. 294. edit. Gesn. adscripto *Plutarchi libro de Iside:* in Trincavelliana et Damasceni Parallel. MS. nullo auctoris librive nomine addito. Reges etiam e militum ordine lectos, in sacerdotum ordinem alligi solitos esse, convenit cum Strabonis narratione XVII. p. 1135. C: οἱ δ' ἱερεῖς καὶ φιλοσοφίαν ἤσκουν, ὁμιληταί τε τῶν βασιλέων ἦσαν. Diodori Sic. I. 70. et magis etiam cum Platone Politic. p. 183. G: περὶ μὲν Αἴγυπτον οὐδ' ἔξεστι βασιλέα χωρὶς ἱερατικῆς ἄρχειν· ἀλλ' ἐὰν ἄρα καὶ τύχῃ πρότερον ἐξ ἄλλου γένους βιασάμενος, ὕστερον ἀναγκαῖον εἰς τοῦτο εἰστελεῖσθαι αὐτὸν τὸ γένος. Synesius De Provid. p. 93. D. ibique Petavius. Conf. Schmidtii V. Cl. Differt. De Sacerd. et Sacrif. Ægypt. p. 83. Elegans est paronomasia in ἐμφάσεις et διαφάσεις, *signa in quibus et per quæ veritas apparet:* ut in Defect. Orac. p. 417. B:—τῶν μυστικῶν, ἐν οἷς τὰς μεγίστας ἐμφάσεις καὶ διαφάσεις λαβεῖν ἐστι τῆς περὶ δαιμόνων ἀληθείας. Symbolicam doctrinæ rationem notabimus proximo F. Sphinges ἐπιεικῶς, *satis frequenter*, (ita enim accipiendum monuimus p. 43. E.) ante templa poni solitas, testis est Strabo XVII. p. 1158. D. in descriptione templorum Ægyptiorum: διὰ δὲ τοῦ μήκους παντὸς (τῆς εἰσβολῆς εἰς τὸ τέμενος) ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλάτους σφίγγες ἵδρυνται λίθιναι, πήχεις εἴκοσιν ἢ μικρῷ πλείους ἀπ' ἀλλήλων διέχουσαι, ἄσθ' ἕνα μὲν ἐκ δεξιῶν εἶναι στίχον τῶν σφιγγῶν, ἕνα δ' ἐξ εὐωνύμων· μετὰ δὲ τὰς σφίγγας πρόπυλον μέγα, εἶτ' ἄλλο προελθόντι πρόπυλον, εἶτ' ἄλλο· οὐκ ἔστι δὲ διωρισμένος ἀριθμὸς οὔτε τῶν προπύλων, οὔτε τῶν σφιγγῶν· ἄλλα δὲ ἐν ἄλλοις ἱεροῖς, ἅσπερ καὶ τὰ μήκη καὶ τὰ πλάτη τῶν δρόμων. Synesius De Provid. p. 101. C:—ἡ σφὶγξ ἡμῖν

Digitized by Google

ἐπὶ τῶν προτετμημάτων ἵδρυται, τοῦ συνδυασμοῦ τῶν ἀγαθῶν ἱερὸν σύμβολον, τὴν μὲν ἰσχὺν θηρίον, τὴν δὲ φρόνησιν ἄνθρωπος. Pertinet eodem collocatio Sphingum in urbe Sai, Herodoto prodita II. 175. et ante pyramidem Plinio H. N. XXXVI. 17. utraque Amasidis jussu facta. Isidis numen idem censeri posse quod Neithæ, quæ est Minerva Ægyptiorum, certe hæc quadam ratione inter se communicari, ostendit Jablonskius Panth. Æg. P. I. p. 78. et P. II. p. 23, 40. Sed idem P. I. p. 66. hanc inscriptionem in fraudis suspicionem adducens, quod nemo ante Plutarchum illam memoraverit, et quod nomen *pepli* manifesto prodat Græcum auctorem de celebri illo apud Athenienses peplo Minervæ cogitantem, nobis non persuadet: neque enim rationi consentaneum est, proditas a scriptore docto et prudente res pro fictis et falsis habere nisi ab antiquioribus easdem proditas reperiamus: siquidem ita unus scriptor primus fidem haberet, posteri res novas narrantes non item. Porro nomen *pepli* a Græco interprete venisse, nec ad fraudis suspicionem valere, res ipsa loquitur. Et Proclus eamdem inscriptionem referens, paulo aliis verbis utitur; ut appareat utrumque Ægyptiacam inscriptionem ipsum suo judicio vertisse: sic igitur in Timæum I. p. 30: ὅτι δὲ ἄνωθεν ἡ ἐπικράτεια τῆς θεοῦ ταύτης διατείνει μέχρι τῶν ἐσχάτων, δηλοῦσιν Ἕλληνες μὲν ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ Διὸς αὐτὴν γεννᾶσθαι λέγοντες· Αἰγύπτιοι δὲ ἱστοροῦντες, ἐν τῷ ἀδύτῳ τῆς θεοῦ προγεγραμμένον εἶναι τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο· "τὰ ὄντα καὶ τὰ ἐσόμενα καὶ τὰ "γεγονότα ἐγώ εἰμι· τὸν ἐμὸν χιτῶνα οὐδεὶς ἀπεκάλυψεν· ὃν ἐγὼ "καρπὸν ἔτεκον ἥλιος ἐγένετο·" Postremæ partis a Plutarcho prætermissæ, *fructus, quem peperi, sol factus est*, significatio refertur ad Horum, Isidis filium, eumdem Apollinem ac Solem habitum. Credibile est de eadem inscriptione loqui Jamblichum De Myster. Ægypt. VIII. 5. p. 161: ὑφηγήσατο δὲ καὶ ταύτην τὴν ὁδὸν Ἑρμῆς· ἡρμήνευσε δὲ Βίτυς προφήτης Ἄμμωνι βασιλεῖ ἐν ἀδύτοις εὑρὼν ἀναγεγραμμένην ἐν ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν, κατὰ Σάϊν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, τό τε τοῦ θεοῦ ὄνομα παρέθηκε τὸ δεῖκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου, postrema nescio an perperam acceperint interpretes, quæ sic reddenda sunt, *et tradidit dei nomen significare* τὸ δεῖκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου *id quod*

Digitized by Google

totum mundum pervadit: hoc enim congruit numini ei quod *præsentia* et *futura* et *præterita* continet: et nomini Isidis, cujus talem esse vim docet Jablonskius Panth. Æg. P. II. p. 23—26. Quod τοῦ θεοῦ, non τῆς θεοῦ legitur, nisi hoc ab auctore scriptum fuerat, tamen et illud ad *deam* referri se patitur. Est etiam de hac inscriptione disputatio R. Cudworthi Systema. Intellect. Cap. IV. §. 18. cujus doctrinam et judicium equidem Mosheimii ratiunculis antepono. Et omnino in usu fuisse Ægyptiis cum sacras, tum alias, inscriptiones, multis exemplis constat apud Herodotum II. 107, 137, 141. Diodorum Sic. I. 27. plane huic similes in Isidem et Osiridem: alia, 55.

354. C, D. τὸν Ἀμοῦν — τὴν φωνήν.] Herodotus II. 42. Jamblichus De Myster. Ægypt. VIII. 3. p. 159: ὁ γὰρ δημιουργὸς νοῦς, καὶ τῆς ἀληθείας προστάτης καὶ σοφίας, ἐρχόμενος μὲν ἐπὶ γένεσιν καὶ τὴν ἀφανῆ τῶν κεκρυμμένων λόγων δύναμιν εἰς φῶς ἄγων, Ἀμῶν κατὰ τὴν τῶν Αἰγυπτίων γλῶσσαν λέγεται· ubi Galeus hunc Plutarchi locum adfert. Jablonskius Panth. Æg. P. I. p. 178. de vi et origine nominis probabiliora docet, quam Squirio citatus Bochartus Geogr. Sacr. p. 431. ex Hebraica dictione אלמוני ducens, et cum Græco δεῖνα communicans.

354. D. τῷ παντὶ τὸν αὐτὸν νομίζουσιν] Præstat annotata correctio ὃν τῷ παντὶ τ. α. ν. correctioni Jablonskii l. c. p. 180. τ. π. τ. α. νομίζοντες. Cæterum sententia refertur ad illam Hecatæi interpretationem, nomen Ἀμοῦν formulam esse generalem v. c. *deus*, ad *omnes* homines resque appellandos accommodatam. Ita et Pythagoras, Orphei exemplo, deos imaginibus posuit, teste Jamblicho Vit. Pythag. §. 151: οὐ ταῖς ἡμετέραις συνεζευγμένους μορφαῖς, ἀλλὰ τοῖς ἱδρύμασι τοῖς θείοις, πάντα περιέχοντας καὶ πάντων προνοοῦντας, καὶ τῷ παντὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν μορφὴν ὁμοίαν ἔχοντας.

354. D. τῶν Ἑλλήνων οἱ σοφώτατοι—Ὀνούφεως Ἡλιουπολίτου·] Græcorum sapientissimos in Ægyptum cognoscendæ sacerdotum doctrinæ profectos, subinde nominant scriptores: v. c. Strabo XVII. p. 1159. D. Diodorus Sic. I. 96, 98. ubi alios etiam citat Wesselingius. Ex nostro loco, vel ex communi fonte, hausit Clemens Alexandr. Strom.

Digitized by Google

I. p. 303. C, D: ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόρας μὲν Σάγχηδι τῷ Αἰγυπτίῳ ἀρχιπροφήτῃ μαθητεῦσαι· Πλάτων δὲ Σεχνουφίδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ. Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος Κονούφιδι τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ. Plutarchus in Solone p. 92. E: χρόνοις δέ τισι καὶ τοῖς περὶ Ψένωφιν τὸν Ἡλιουπολίτην, καὶ Σάγχιν τὸν Σαΐτην, λογιωτάτοις οὖσι τῶν ἱερέων συνεφιλοσόφησε. De Eudoxo Diogenes Laert. VIII. 90:—συνεγένετο ἐν Αἰγύπτῳ Χονούφιδι τῷ Ἡλιουπολίτῃ—· fic enim pro Ἰχόνυφι recte corrigit Menagius, qui conſulatur. Eidem operam dediſſe Platonem ſcribit Plutarchus De Genio Socrat. Simmiam narrantem faciens, p. 578. F: Ἀγητορίδας ὁ Σπαρτιάτης ἦκεν εἰς Μέμφιν ὡς Χόνουφιν τὸν προφήτην * * * ποτὲ συμφιλοσοφοῦντες διετρίβομεν ἐγὼ καὶ Πλάτων καὶ Ἑλλοπίων ὁ Πεπαρήθιος· ἦκε δὲ πέμψαντος βασιλέως καὶ κελεύσαντος τὸν Χόνουφιν, εἴ τι συμβάλλοι τῶν γεγραμμένων, ἑρμηνεύσαντα ταχέως ἀποστεῖλαι κ. τ. λ. Nomina *Onuphis*, *Chonuphis*, *Ichonuphis*, *Pſenupbis* eadem eſſe, et *cultorem dei* ſignificare docet Jablonſkius in Collectione Vocum Ægyptiacarum p. 413.

354. E. μάλιστα δὲ οὗτος—δόγματα.] Pythagoras in iis eſt de quibus minime dubium ſit quin in Ægypto fuerint: et multi teſtes ſunt et ſimilitudo doctrinæ exſtat, cum reliquæ, tum ſymbolicæ, de quo argumento monuit Jamblichus Vit. Pythag. §. 103. et alii citati Jablonſkio Panth. Æg. Proleg. p. 118. ſeq. Collect. Voc. Æg. p. 357.

354. F. Μὴ ἐσθίειν ἐπὶ δίφρου—ἐν οἰκίᾳ.] Ex his ſecundum et quartum cognovimus p. 12. D, E. primum et tertium, non alibi memorata, ex hoc loco repoſuit Stanleius Hiſt. Philoſ. VIII. 4. p. 798, 799.

354. F. τὴν μονάδα—κύβον.] Videatur in hoc libro p. 381. E, F. De EI Delphico p. 393. B. Jamblichus Commentar. in Nicomach. p. 14: Διὸ τὴν μονάδα ἄτροπόν τε καὶ Ἀπόλλωνα καὶ ἕτερα τοιαῦτα· τὴν δὲ δυάδα Ἶσίν τε καὶ Ἄρτεμιν κατὰ ἀνάλογον οἱ Πυθαγορικοὶ ἐπωνόμαζον· ubi videatur Tennulius p. 98. Vit. Pythagor. §. 146, 147. Porphyr. De Abſtin. II. 36. Vit. Pythagor. §. 50. Scriptor. Theologum. Arithm. apud Photium Cod. CLXXXVI.

354. F. καὶ δρωμένοις νὴ Δία] Duo priora vocabula delenda cenſuit Reiſkius, ut nata ex antecedenti ἱδρυμένοις. At-

Digitized by Google

qui ego retineam ſacra et myſtica notione, *rituum, cærimoniarum*, quem animadvertimus p. 352. D. Formulam νὴ Δία, *adeo*, attigimus p. 66. A.

354. F. Ὄσιριν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν· — πολυόφθαλμον] Hanc ſignificationem nominis produnt quoque alii. Diodorus Sic. I. 11. πολυόφθαλμον vertens, unde repetiit Euſebius Præp. Evang. I. p. 27. C. Horapollo, I. 34. Compoſitionem vocis ex Copticæ linguæ rationibus dijudicat Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 146. quo ſtudioſos rejicit item in Collectione Voc. Ægypt. p. 188. ubi neminem pœnitebit notam Tewateri noſtri legiſſe.

p. 355. A. θυμὸν ἰσχάρας ὑποκειμένης] Correctio θυμιατηρίῳ ἐπικειμένῃ, confirmatur teſtimonio Horapollinis Hieroglyph. I. 22: Αἴγυπτον δὲ γράφοντες, θυμιατήριον καιόμενον ζωγραφοῦσι καὶ ἐπάνω καρδίαν· quem locum citans Xylander, opportune adpellat verba Hermetis Triſmegiſti ex Apuleii interpretatione fol. 183. edit. Ald. (p. 90. edit. Elmenhorſt.) *An ignoras, ô Aſclepi, quod Ægyptus imago ſit cœli.*

355. A. Ἐν δὲ Θήβαις—ἀνέντευκτον οὖσαν] Hæc repoſuit Stobæus Florileg. Tit. XLIII. p. 308. in edit. Geſn. adſcripto *Plutarchi in lib. de Iſide:* in Trincavell. Πλουτάρχου. Vix dubium eſt, quin de hoc ſigno loquatur Diodorus Sicul. I. 48. a rege Oſymandya poſitum narrans: ἐν τούτῳ (τῷ οἴκῳ) δ' εἶναι πλῆθος ἀνδριάντων ξυλίνων, διασημαῖνον τοὺς τὰς ἀμφισβητήσεις ἔχοντας, καὶ προσβλέποντας τοῖς τὰς δίκας κρίνουσι· τούτους δ' ἐφ' ἑνὸς τῶν τοίχων ἐγγεγλύφθαι τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν, καὶ κατὰ τὸ μέσον τὸν ἀρχιδικαστὴν ἔχοντα τὴν ἀλήθειαν ἐξηρτημένην ἐκ τοῦ τραχήλου καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιμύουσαν· καὶ βιβλίαν αὐτῷ παρακειμένων πλῆθος· ταύτας δὲ τὰς εἰκόνας δεικνύναι διὰ τοῦ σχήματος, ὅτι τοὺς μὲν δικαστὰς οὐδὲν δεῖ λαμβάνειν, τὸν ἀρχιδικαστὴν δὲ πρὸς μόνην βλέπειν τὴν ἀλήθειαν. Ipſum argumentum et verbum λαμβάνειν in hac Diodori narratione, deſiderat declarationem diſertam judices ἄχειρας fuiſſe, quod nomen excidiſſe videtur. Sic Plutarchus καταμύουσα τοῖς ὄμμασιν retulit ad ἀνέντευκτον, ἄχειρες ad ἄδωρον.

355. A. Τοῖς δὲ μαχίμοις κάνθαρος — παρασκευάζοντες] Ex eadem auctoritate profectus Ælianus Nat. An. X. 15: Ὁ κάνθαρος ἄθηλυ ζῷόν ἐστι, σπείρει δὲ εἰς τὴν σφαῖραν, ἣν κυλίει·

Digitized by Google

ὄκτω δὲ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν τοῦτο δράσας, καὶ θάλψας αὐτὴν, εἶτα μέντοι τῇ ἐπὶ ταύταις προάγει τὸν νεοττόν. Αἰγυπτίων δὲ οἱ μάχιμοι ἐπὶ τῶν δακτυλίων εἶχον ἐγγεγλυμμένον κάνθαρον, αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου, δεῖν ἀρρένας εἶναι πάντας πάντη τοὺς μαχομένους ὑπὲρ τῆς χώρας, ἐπεὶ καὶ ὁ κάνθαρος θηλείας φύσεως οὐ μετείληχεν. De ſexu ſimplici, procreatione, indeque ſuſcepta religione ſcarabæi, ſimilia tradunt Horapollo Hieroglyph. I. 10. Porphyrius De Abſtin. IV. 9. p. 327. Plinius H. N. XXX. 30. ex Apione, Scholiaſt. Ariſtoph. Pac. 7.

355. B. κύνα—Ἑρμῆν λέγουσι] Eumdem enim Mercurium, quem Anubin, eſſe perhibent. Videatur Jablonſk. Panth. Æg. P. III. p. 14. ſeq.

355. B. Πλάτων] Republ. II. p. 429. A: οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν, ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ ἦθος·—ἀλλὰ μὴν κομψόν γε φαίνεται τὸ πάθος αὐτοῦ τῆς φύσεως καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφον· —ὄψιν οὐδενὶ ἄλλῳ φίλην καὶ ἐχθρὰν διακρίνει ἢ τῷ τὴν μὲν καταμαθεῖν, τὴν δὲ ἀγνοῆσαι· καίτοι πῶς οὐκ ἂν φιλομαθὴς εἴη συνέσει τε καὶ ἀγνοίᾳ ὁριζόμενον τό τε οἰκεῖον καὶ τὸ ἀλλότριον. Quo loco Plutarcheum γνώσει verius putem quam vulgatum in Platone συνέσει.

355. B. συνοικειοῦσιν] *accommodant, conciliant, proprium ac domeſticum faciunt, communicant:* verbum hac notione et conſtructione frequens Plutarcho, v. c. Opp. Mor. p. 22. F. 36. D. 52. E. 371. A. 377. B. 389. C. 390. A. 542. C. 662. D. 670. B. 675. E. 723. F. 1014. A. Vit. 41. D. 65. C. 66. B. 78. D. 286. C. 288. A. 322. A. 387. A. 690. E. 824. A. 909. E. 951. A. Quod Porphyrius apud Euſebium Præp. Evang. III. p. 113. A, D. συνοικίζειν et προσοικίζειν dixit, fortaſſe librariis debetur, auctori συνοικειοῦν et προσοικειοῦν tribuendum.

355. B. Οὐδὲ τὸν ἥλιον ἐκ λωτοῦ—αἰνιττόμενοι] Plutarchus De Pythiæ Orac. p. 400. A: Αἰγυπτίους ἐωρακὼς ἀρχὴν ἀνατολῆς παιδίον νεογνὸν γράφοντας ἐπὶ λωτῷ καθεζόμενον. Porphyrius Epiſtol. ad Anebonem apud Euſeb. Præp. Evang. V. p. 198. B: αὐταὶ δὲ αἱ εὐχαὶ, τίνα ἔχουσι λόγον, τὸν ἐξ ἴλυος ἀναφανέντα λέγουσαι, τὸν ἐπὶ λωτῷ καθήμενον, καὶ ἐπὶ πλοίου (ita leg. pro πλοῖον) ναυτιλλόμενον—. *Solem* dicens. Hoc argumentum vetuſtis gemmarum ſignis illuſtrat Cuperus in

Digitized by Google

Harpocrate p. 2—12. Plutarchus hoc loco dixit ἐκ λωτοῦ ἀνίσχειν per breviloquentiam pro ἐπὶ λωτοῦ καθήμενον ἀνίσχειν· nec opus eſt ſedulitate Squirii, ἐκ λωτοῦ mutandum in ἐξ ἴλυος contendentis.

355. C. Ὦχον] De Cambyſe narratur a Plutarcho in ſequente hujus libri parte p. 368. F. et Herodoto II. 29. et in hunc magis ὠμότατον καὶ φοβερώτατον, καὶ ἀποκτείναντα πολλοὺς convenire videtur. Tamen diverſas has cædes Apidis putem, nec hoc loco Cambyſis nomen pro nomine Ochi ſubſtituendum; nam item de Ocho narrat Plutarchus hoc in libro p. 363. C. Ælianus Var. Hiſt. IV. 8. ubi videantur Interpretes, et Nat. Anim. X. 28. et hic Ægyptiorum templa ſpoliavit, ut narrat Diodorus Sic. XVI. 51. et XVII. 5. crudelitatis infamia eum reprehendit: ἦρχε δὲ τῶν Περσῶν Ὦχος, καὶ προσεφέρετο τοῖς ὑποτεταγμένοις ὠμῶς καὶ βιαίως· μισουμένου δὲ αὐτοῦ διὰ χαλεπότητα τῶν τρόπων—.

355. C. τοῦ δὲ ἀληθῆ δόξαν ἔχειν περὶ τῶν θεῶν—] Pietatis erga deos principem partem eſſe, recte ſentire de diis, et vere et ſubinde monent veteres. Epictetus Enchir. XXXI. 1: τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνο ἐστίν· ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως·—Seneca Epiſt. XCV. p. 370: *Primus eſt deorum cultus deos credere: deinde, reddere illis majeſtatem ſuam, reddere bonitatem, ſine qua nulla majeſtas eſt: ſcire illos eſſe qui præſident mundo, qui univerſa vi ſua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, interdum curioſi ſingulorum* —. Cicero Or. Pro Domo, 41: *nec eſt ulla erga deos pietas, niſi boneſta de numine ac mente eorum opinio; cum expeti nihil ab iis, quod ſit injuſtum atque inboneſtum, arbitrere.* Hermes Triſmegiſtus ap. Lactantium Inſt. Div. II. 15, 6: ἡ γὰρ εὐσέβεια γνῶσίς ἐστι τοῦ θεοῦ· quod aliis locis ad cauſſam ſuam accommodavit idem Lactantius III. 9, 19: *pietas autem nihil eſt, quam dei parentis agnitio.* V. 14, 11: *pietas autem nihil aliud eſt quam dei notio: ſicut Triſmegiſtus veriſſime definivit, ut alio loco diximus.* Porphyrius De Abſtin. II. 60: τούτων χρείαν οὐκ ἔχουσιν οἱ θεοὶ, εἰς δὲ τὸ ἦθος ἀποβλέπουσι τῶν προσιόντων, μεγίστην θυσίαν λαμβάνοντες τὴν ὀρθὴν περὶ

Digitized by Google

αὐτῶν τε καὶ τῶν πραγμάτων διάληψιν. Alias εὐσεβείας definitiones alibi attingimus.

355. D. Λέγεται δὲ ὁ μῦθος—] Fabula non mere allegorica, ut contendit Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 143. ſed eſt et hiſtorica et allegorica. Argumentum et quaſi fundamentum eſt hiſtoricum: duo paria regum fratrum et conjugum vetuſtiſſima fama traditorum: alterum beneficum, *Oſiris* et *Iſis:* eorum filius *Horus:* alterum illis contrarium et inimicum, maleficum, *Typhon* et *Nephthys:* alia etiam numina illis ſocia: quorum perſonæ, res, facta, per allegoricam interpretationem ad regionis Ægypti naturam, fluvium, cœlum, accommodantur. Plutarchus, quamvis fabulæ partibus, ut ait, nimis ſupervacaneis et inutilibus omiſſis, tamen in hoc ejus compendio eam copiam diligentiamque retulit, ut hic unus in veterum libris nobis exſtet locus unde hoc argumentum ſatis diſerte diſtincteque cognoſcamus. Nam qui ejus rationem habuerunt alii duo ſcriptores, Diodorus Sic. I. 13—22. res civiles et bellicas perſequitur Oſiridis, obitum et ſacra breviter perſtringit: Syneſius in libro *De Providentia*, de hac ipſa majorem partem philoſophatur, facta et caſum Oſiridis, ad calamitatem converſionemque, ſua ætate Ægypto illatam, ſignificandam tranſtulit atque immutavit, arcanas et myſticas fabulæ partes prætermittens v. c. p. 110. D. 115. C. 123. C. de iiſque Herodoteum εὔστομα κείσθω objiciens p. 124. A. Conferatur Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 205. Cæterum ex hoc Ægyptiacæ narrationis principio traductos quoſdam locos in Græcorum mythologiis ferri, cuique attente legenti ſponte occurret.

355. D. Τῆς Ῥέας—ἄγουσι] Græci ſunt dii Saturnus et Rhea, quorum neutri Ægyptium numen unum et certum plane reſpondet, ſed plura partim et quodammodo congruunt. Certe parentes illi deorum a Græcis Saturnus et Rhea nominati, ab iiſdem hanc Ægyptiam fabulam interpretantibus, cum duobus in ea traditis numinibus communicati ſunt. Indidem Rheæ quinque partus refert Plutarchus De Orac. Defect. p. 429. F: τὴν Ῥέαν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι πέντε θεοὺς τεκεῖν, αἰνιττόμενοι τὴν ἐκ μιᾶς ὕλης τῶν

Digitized by Google

πέντε κόσμων γένεσιν. Solis animadverſio exſtat etiam in Græca fabula de adulterio Martis et Veneris Odyſſ. Θ. 270. Quod legitur τῶν φάτων ἑκάστου, perſpicuitas requirebat τ. φ. ἑκ. ἔτους· quamquam ita ſcripſiſſe auctorem non affirmem: magis affirmem eum ſcripſiſſe τὸ ἑβδομηκοστὸν δεύτερον, ſiquidem quinquies LXXII. conficiunt numerum CCCLX. cui additis quinque diebus ἐπαγομέναις, explentur CCCLXV dies, quibus tunc Ægyptii annum cenſebant: atque ita, addito δεύτερον, hunc Plutarchi locum apponit Scaliger De Emend. Temp. p. 195. nil monens de addito a ſe vocabulo, ſed quaſi ſic in libro exſtet. De ratione anni Ægyptiaci videndus etiam Petavius Doctrin. Temp. III. 1. ex veteribus in primis Herodotus I. 4. Diodorus Sic. I. 13. ſed et alii citati Scaligero ac Petavio, tum Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 143. et Larcherus ad Herodot. l. c. Xylandri συνελεῖν recte tuetur Reiſkius; eſt enim frequens verbum ſignificatione *colligendi, contrahendi*, cujus exempla alibi prodemus.

355. E. Παμύλην—Παμυλίων ἑορτὴν αὐτῷ τελεῖσθαι φαλληφορίοις ἱοικυῖαν·] Quamquam ex vulgata lectione non apparet de Παμύλης nomine utrum viri an mulieris ſit; ſiquidem hoc ſignificatur per ὑδρευομένην, illud per αὐτῷ, cujus loco Venetus codex habet αὐτῇ· tamen virum demonſtrat locus Heſychii in V. Παμύλης· Αἰγύπτιος θεὸς Πριαπώδης. Cauſſa feſti φαλληφορίων memoratur in ſequentibus p. 365. C. Eodem pertinet Herodoti narratio, II. 48. cui adhibeatur Weſſelingii annotatio. Porphyrius apud Euſeb. Præp. Evang. V. p. 199. A. Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 201. ſequ. Collect. Voc. Ægypt. p. 192.

355. F. ἐν πανύγροις] Amyotus et Xylander nomen proprium loci intelligunt *in Panygris:* Cruſerius, Baxterus, Squirius, *in præriguis locis paluſtribus.* Utraque ratio ſuſpecta nobis accidit. Nec παρύγροις, quod Squirius conjicit, probamus. Ergo ἐπέχομεν.

p. 356. A. Βασιλεύοντα δὲ Ὄσιριν—] Hæc Squirius in eamdem ſententiam excipiens atque ea quæ ſupra p. 354. A. de Mene rege dicuntur, hunc et Oſirin eumdem eſſe contendit. Atqui diverſæ ſunt res, diverſæ traditiones.

Digitized by Google

Menis Ægyptios primus *a simplici et frugali victu ad lautiorem delicatioremque convertit*, at Ofiris *a vita inopi et ferina ad frugum agrique culturam ac Deorum cultum eos traduxit.* Et omnino hic illo antiquior celebratur. Conferendus omnino Diodorus Sic. I. 13—16. de Ofiride, et I. 45. de Mene.

356. A. ὕστερον δὲ γῆν πᾶσαν ἡμερούμενον ἐπελθεῖν—] Diodorus Sic. I. 17. et ad eamdem rationem Synefius De Provid. p. 102: ἔθνη γὰρ Πειθοῖ καὶ Μούσαις καὶ Χάρισιν, ἥκοντας ἅπαντας ἐναρμόζων τῷ νόμῳ. Ufitatam ſcriptoribus oppoſitionem πειθοῦς et armorum notavimus ad Juliani Or. I. p. 1. A. Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 36. ſeq.

356. B. —Ἕλλησι δόξαι Διονύσῳ τὸν αὐτὸν εἶναι] Res pervulgata auctoribus Herodoto II. 42. Diodoro Sic. I. 17. aliis. Vini quidem inventionem prudenter omittit Plutarchus, quippe nulla cum verifimilitudine Ofiridi affictam, immo ab ejus perſona et religione abhorrentem: quod ſupra vidimus p. 353. A, B. et monet Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 131.

356. B. τὴν Ἶσιν—ἐγκρατῶς ἔχουσαν] Haud temere Marklandus conjicit auctorem ſcripſiſſe—ἐγκρατῶς ἄρχουσαν, et res congruit apud Diodorum Sic. I. 17.

356. B. συναμότας ἄνδρας ἑβδομήκοντα καὶ δύο.] Hunc numerum refert Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 126. ad orbis terrarum deſcriptionem in LXXII. regiones antiquitus Ægyptiis uſurpatam teſte Horapolline I. 14: indeque colligit totidem ab Ægyptiis omnes ventos habitos, quos cum Typhone in perniciem Ægyptiorum conſpiraſſe. Quæ ſolutio ænigmatis an verifimilis fit, alii videant. Nobis ratio numeri alia eaque in promtu videtur poſita in numero dierum LXXII. quibus ſi unum, tamquam ducem, diem Typhonis addamus, exiſtit LXXIII. quinta pars anni, pro numero quinque et deorum et dierum intercalarium.

356. B. βασίλισσαν ἐξ Αἰθιοπίας παροῦσαν ἣν ὀνομάζουσιν Ἀσώ·] Idem Jablonſkius l. l. p. 126. ex verſione Ægyptio-Thebaica Act. Ap. VIII. 27. nomen *Aſo* interpretatur *Æthiopem*, et eamdem quam *Thuerin*, a Plutarcho memora-

Digitized by Google

tam Typhonis pellicem p. 358. C. allegorice *ventum Æthiopem*, significari vult. Hujus mulieris personam Synesius De Provid. accommodavit in uxorem ducis Scytharum p. 100. seq.

356. C. *ἐπιῤῥίψαι*] Quum complures libri A, E. Flor. Pol. Jannot. Pet. habeant *ἐπιῤῥῆξαι*, fortasse vetus lectio fuerit *ἐπιῤῥάξαι*. Simili notione in Philopœmene p. 367. E. de carcere quo is inclusus est: *οἴκημα κατάγειον—μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον, ἐνταῦθα κατέθεντο τὸν Φιλοποίμενα, καὶ τὸν λίθον ἐπιῤῥάξαντας, ἄνδρας ἐνόπλους κύκλῳ περιέστησαν.* Ad Princip. Indoct. p. 781. D: *ὑπερῷον οἴκημα θύραν ἔχον ἐπιῤῥακτήν—*. Verbum *ἐπιῤῥάσσειν hosti, impetum in hostem facere*, usurpavit Diod. Sic. XV. 84, 85. XVI. 12.

356. C. *διὰ τοῦ Ταναϊτικοῦ—Αἰγυπτίους*] Ita omnes libri. Attamen requiritur *Τανιτικοῦ*, sic enim dicitur hoc Nili ostium, ab urbe cui nomen est *Tanis*, de qua docte differit Jablonskius in Collect. Voc. Æg. p. 339. vulgatum pertinet ad *Tanain* fluvium, cui nulla est cum hoc argumento communio. Tum *Αἰγυπτίοις* corrigendum monuit Bentleius. Utrumque jam Xylander recte verterat. In his acquiesco, nec desidero Squirii *ἔτι νῦν* pro *ἐστὶ νῦν*, nec Marklandi *νομίζειν* pro *ὀνομάζειν*.

356. C. *Ἀθύρ—χρόνον τοσοῦτον*] Conferatur p. 366. D. *Athyr* mensis respondet Novembri: testibus a Jablonskio citatis Panth. Æg. P. I. p. 3, 4, 25. addatur ipse Opusc. II. p. 253, 258. Osirin regnasse viginti et octo annis, menstrui Lunæ curriculi significatione proditum esse, refert Proclus in Commentar. ad Hesiod. Ἡμερ. 817: *καί τις Αἰγύπτιος μυθολογεῖ μῦθος τὸν Ὄσιριν τοσαῦτα ἔτη βασιλεῦσαι ὁπόσος ἐστὶν ὁ τῶν ἡμερῶν τούτων ἀριθμός· ἐνδεικνύμενος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πάντων αὐτὸν εἶναι τῶν γεννητῶν δημιουργὸν καὶ τελεσιουργὸν μετὰ τῶν σεληνιακῶν ἀκτίνων τέχνῃ τεύχοντα τὴν γένεσιν τῶν τε αὐξητικῶν καὶ τῶν μειωτικῶν, ἵνα καὶ γίνηται τὰ τῇδε καὶ φθείρηται.* Comparetur Plutarchus in sequentibus p. 367. F.

356. D. *Χέννιν*] *Chemmis* vel *Chemmo*, verum esse hujus loci nomen, constat: tamen vulgatam retinuimus ut ab omnibus nostris proditam libris. *Panopolin* dictam a Græcis, Satyros etiam in expeditione secum habuisse Osirin, est

Digitized by Google

in Diodori Sic. narratione I. 18. Videatur Jablonſkius Panth. P. I. p. 90. ſeq. Collect. Voc. Æg. p. 395. Larcherus ad Herod. II. 91.

356. D. Πανικὰς προσαγορεύεσθαι] Mendum Stephanianæ προσαγορεύσθαι in noſtram editionem venit. Quod Squirius reprehendit Plutarchum quaſi dicentem *ab Ægyptiis illos terrores eodem, quo a Græcis, nomine πανικοὺς nominari*, perperam eſt: nomine alio ducto a nomine Dei, qui Græcorum Pani reſpondeat, item ab Ægyptiis illos terrores cognominari ſignificat. Non quidem tuemur Græcam fabulam de Pane exercitus Bacchi præfecto, memoratam Polyæno I. 2. neque ideo utimur laudata Squirio etymologia Hebraica Bocharti פַּן *terreri, timere*, quando in promtu eſt nativa et Græca πάω, *paſco*, fortaſſe poſtea invento φ cum φάω, φαύω *dico, luceo*, communicatum, unde φαῦνοι, *fauni*, quorum ſunt voces ex occulto miſſæ: quod notavimus Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 60. Et hoc loco et Defect. Orac. p. 419. C. *Pani* vis *vocandi* adjungitur.

356. D. ὅπου τῇ πόλει μέχρι νῦν ὄνομα Κοπτώ] Reiſkius expeditiorem reddere compoſitionem ſtudet legendo ὅπου πόλις ἡ μέχρι ν. ὄ. K. At non ſolum impedita, ſed et manca videtur compoſitio et aliquot vocabulorum jacturam prodens, fortaſſe ita ſupplendam κόπτεσθαι δὲ ἐν τῇ πόλει ἡ μέχρι ν. ὄ. K. Sic et antecedens μὲν habebit δὲ quod ei reſpondeat, et etymologiæ mentio exſtabit, quam alterius etymologiæ mentio deſiderat: et ſententia erit, *dicitur ibidem in Chemmi cincinnorum unum deſecuiſſe et veſtem lugubrem induiſſe, planxiſſe autem in urbe hodieque dicta Copto*: Hoc refertur ad Græcorum opinionem, nomen urbis Copti a κόπτεσθαι *plangere* repetentium. Alteram a κόπτειν, ἀποστερεῖν, ut Ægyptiacam memorat Plutarchus, nec additamentum Marklandi Ἕλληνες probandum; quamquam de hujus Ægyptiaci verbi origine et ſignificatione nondum conſtat inter doctos homines, quorum opiniones memoravit eruditiſſimus noſter Tewaterus in Auctario ad Jablonſkii Collect. Voc. Æg. p. 435. ſeq.

356. E. παιδάρια—ταῖς τούτων ὀττεύεσθαι κληδόσι] Ut ſuo tempore adhuc vigens oraculum narrat Dio Chryſ. Or.

Digitized by Google

XXXII. p. 364. D: ἴστε δήπου τὰς τοῦ Ἄπιδος φήμας ἐνθάδε ἐν Μέμφει, πλησίον ὑμῶν· ὅτι παῖδες ἀπαγγέλλοντες παίζουσι τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ, καὶ ἀψευδὲς πέφηνεν. Ælianus Nat. Animal. XI. 10: Μάντις τε ἦν ἄρα ἀγαθὸς ὁ Ἄπις, οὐ παθίζων μὰ Δία κόρας, ἢ πρεσβυτέρας γυναῖκας, ἐπί τιναν τριπόδων, οὐδὲ μὴν πόματος ἱεροῦ ἐμπιπλάς· ἀλλ' ὁ μέν τις εὔχεται τῷ θεῷ, τῷ δὲ (lege ὃ δὴ) αὐτοῦ καὶ μαθεῖν ἐθέλει· παῖδες δὲ ἀθύροντες ἔξω καὶ πρὸς ἀλλήλους σκιρτῶντες, ἐπίπνοοι γενόμενοι σὺν τῷ ῥυθμῷ αὐτὰ ἕκαστα προλέγουσιν, ὡς εἶναι Σάγραν τὰ λεχθέντα. Vocabula ὄτταε et ὀττεύεσθαι egregie expoſuit Ruhnkenius ad Tim. p. 197. ſeq. κληδόνα nos attigimus Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 66. ſequ.

356. E. ἐρῶντα] Præferam alteram Squirii correctionem ἐράσῃ, hoc enim voluit, non quod editur ἐρούσῃ. Fortaſſe etiam auctor ſcripſerit οὐκ ἐρῶντα σ. δι' ἄγνοιαν δὲ ὡς ἐ—. Certe alterutrum, in hanc *vel illam ſententiam.

356. E. μελιλώτινον] Confirmatur hæc lectio auctoritate loci gemini in hoc libello p. 366. B. et monuit Holſtenius ad Steph. Byz. p. 75. item correxit Meziriacus. Plura videantur apud Squirium.

356. F. Ἀνουβιν] Diodorus Sic. I. 18, 87. Ælianus Nat. Anim. X. 45. Squirio citati: ſed uberrime Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 1—39.

p. 357. A. Βύβλον] Mutare geſtiunt Squirius in Βύβλου, Reiſkius in Βυβλίων· equidem vulgatum feram. De Iſidis Byblum adventu mentio eſt apud Stephanum Byz. Voc. Βύβλος inter opiniones de nomine urbis referens: οἱ δὲ ὅτι ἐν αὐτῇ Ἶσις κλαίουσα Ὄσιριν, τὸ διάδημα ἔθηκε· τοῦτο δ' ἦν βιβλίον, βύβλου τῆς φυλῆς τῆς Αἰγυπτίης ἧς ἀνέτραφε Νεῖλος ἐν τοῖς ἕλεσι· quæ aliquanto integriora ſervavit Etymologus M. Voce Βύβλος·—οἱ δὲ φασὶν, ὅτι Ἶσις ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου παραγενομένη κλαίουσά τε τὸν Ὄσιριν τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς ἐκεῖσε ἐπέθετο βυβλικὸν ὑπάρχον ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Νείλῳ φυομένης βύβλου. Io a Græcis cum *Iſide* comparata, ſimili fortuna et adventu in Phœniciam notabatur, ut apparet ex Apollodoro II. 1, 3: γεννᾷ παρὰ τῷ Νείλῳ ποταμῷ Ἔπαφον παῖδα· τοῦτον δὲ Ἥρα

* [Scriptum est in Wyttenbachii autographo, *in hanc ve sententiam.*]

Digitized by Google

δεῖται Κουρήτων ἀφανῆ ποιῆσαι· οἱ δὲ ἠφάνισαν αὐτόν· καὶ Ζεὺς μὲν αἰσθόμενος κτείνει Κούρητας· Ἰὼ δὲ ἐπὶ ζήτησιν τοῦ παιδὸς ἐτράπετο· πλανωμένη δὲ κατὰ Συρίαν ἔπεσεν, ἐκεῖ (γὰρ dele) ἐμηνύετο ὡς τοῦ Βυβλίων βασιλέως γυνὴ ἐτεθήνει τὸν υἱόν—. ubi cognoscatur Heynii annotatio.

357. A. ἐρίκη τινὶ—ἀπέκρυψεν ἐντὸς ἑαυτῆς.] Hæc plana sunt, et perperam a Squirio pro impeditis habita. Nam quod ἐρίκη inter plantas minores censeatur nihil ad rem; quum hæc miraculo divino eveniſſe crederentur. Venetus dat ἐρείκη, hic et mox, quæ eſt ſcriptura accuratior. Meziriacus annotavit μυρίκη hic et mox, fortaſſe μύρραν volens, et rem cum Adonide ex Myrrha nato comparans: illud fruſtra, quia ſunt diverſæ arbores: hoc verisimiliter, quia Græci hanc partem fabulæ de Oſiride ad ortum Adonidis traduxiſſe videntur, ut Heynius ad Apollodorum l. c. T. II. p. 257. monuit. Sed et cum Bacchi ortu hoc argumentum communicatum eſſe docet Valckenarius, erudite de hoc et aliis hujus libri locis differens, ad Euripidis Phœniſſ. 654. ſeq. ubi de Baccho recens nato, Κισσὸς ὃν περιστερὴς, Ἑλικτὸς εὐθὺς ἔτι βρέφος Χλοηφόροισιν ἄρνεσι, Κατασκίοισιν ὀλβίσας ἐνάτισεν. Vim vocabuli ἀναδραμεῖν, *procreſcere*, *in altitudinem excreſcere*, notavimus p. 2. C.

357. A. κόλπον] κορμὸν, *truncum*, ante Marklandum correxit Salmaſius: quo ſenſu præter Athenæum V. p. 201. A. citatum Stephano Theſ. L. Gr. T. II. p. 104. utitur Œnomaus ap. Euſeb. Præp. Evang. V. p. 234. A, B. Nec tamen κόλπον penitus repudiare auſim.

357. A. πνεύματι—δαιμονίῳ φήμης] *divino famæ vento*, cujuſmodi intelligendum ex numine *famæ*, diximus Bibl. Crit. Vol. III. Part. I. p. 58.

357. A. καθίσασαν ἐπὶ κρήνης παπεινὴν·] Hæc et ſequentia tranſierunt in Græcam fabulam de Cereris filiam quærentis adventu in Atticam ad Celeum, ejuſque filiarum occurſu ad fontem, et nutritione filii: de quo eſt Homericus Hymnus in Cererem verſ. 98. ſeq.

357. B. ἵμερον ἐμπεσεῖν] Subaudiam αὐτῇ, ut Reiſkius: nec præponam εἰς, ut Salmaſius.

357. B. τοῦ παιδίου τὴν τίτθην.] Monuimus τὴν aut delen-

Digitized by Google

dum, aut in αὐτὴν mutandum. Sed et in τοῦ παιδίου videtur quid vitii ſubeſſe. Marklandi eſt ſuſpicio inter iſta duo medium exeidiſſe πρεσβυτέρου. Certe ne ſic quidem perſpicua erit narratio, niſi ſtatuamus lacunam in antecedentibus eſſe, amiſſis verbis compluribus de duobus reginæ filiolis.

357. B. Μάλκανδρον—προσειπεῖν] Regis nomen eſt Phœnicium Μάλκος, Μάλχος, *rex*, et Græcum ἀνδρός· ut compoſita ſunt pure Græca, Ἀλέξανδρος, Μένανδρος, Νίκανδρος et alia multa: at Squirius probat Baxterum qui reddit *Melcarthus*, quaſi utraque pars nominis Phœnicia ſit, מלך, קרתא *rex civitatis*: quæ ut veriſimilior ſit etymologia, non tamen ita Plutarchum ſcripſiſſe conficitur; præſertim omnibus libris in vulgata lectione conſentientibus. *Aſtarte* notum eſt Syrorum numen. *Saoſin* vel in Græcum abiit, ut conſervationem ſignificaret: vel ad *Sais* Ægyptium nomen Minervæ refertur. Νεμανοῦν, putem eſſe נאמן אוֹן *nutricans dolor*. Quod extremum eſt ὅπερ ἂν Ἕλληνες Ἀθηναΐδα, non una parte vitioſum videtur; nec enim Athenaidis nomen huic loco congruit; quippe ſi poſtremum *Nemanum* ad Minervam voluiſſet referre, Ἀθηνᾶν dixiſſet, non Ἀθηναΐδα· aut notaſſet quæ propria ſignificatio nominis Ἀθηνᾶς· equidem putem aliud requiri nutricationem notans v. c. τιθηνίδα· quod licet non proditum in Lexicis, tamen et analogia, feſtum τιθηνίδια *nutricalia*, tuentur: conſtructione item ad Reiſkii correctionem conformata, locum ita legam: ὄνομα δὲ τῷ μὲν βασιλεῖ Μάλκανδρον εἶναί φασιν· αὐτῇ δὲ οἱ μὲν Ἀστάρτην, οἱ δὲ Σάωσιν, οἱ δὲ Νεμανοῦν· ὅπερ ἂν Ἕλληνες τιθηνίδα προσείποιεν.

357. C. νύκτωρ δὲ περικαίειν τὰ θνητὰ—τὴν ἀθανασίαν αὐτοῦ] Sic de Cerere erga Celei filium ſcriptor Hymni Homerici, 239. unde ſua habet Ovidius Faſt. IV. 553. Hirundinem, ut cum Iſidis religione conjunctam, memorat Minucius Felix 21. p. 194. loco fortaſſe corrupto, certe ſubobſcuro, notato item Jablonſkio Panth. Æg. P. III. p. 55.

357. C. ἐγκαταγοῦσαν—ἐνθανεῖν] Prius eſt a Stephano, confirmatum excerptis Veneti codicis, unde nil diverſitatis annotatum. Nam alii variant: Ald. Baſ. Xyl. diſerte κε-

Digitized by Google

κραγεῖσαν, quod Jannot. Pol. Schott. filentio ſuo probant: A, E. Flor. κεκραγοῦσαν: ſed probior eſt forma aoriſti ſecundi, ἐγκραγοῦσαν a verbo ἐγκράζω· quo et alii utuntur, et Plutarchus Apophthegm. p. 179. C. ἡ δὲ πρεσβυτὶς ἐγκραγοῦσα. Coriolano p. 233. A: ἐγκραγόντες οἱ θρασύτατοι. Demetrio p. 909. D: ἐγκραγόντος ἐκείνου. Poſterius ortum ex vero ἐκθανεῖν, *animi deliquium pati, ad breve temporis ſpatium emori*, quod hac in re frequens eſſe oſtendimus ad Ser. Num. Vind. p. 94. Filiolorum minor dicitur ἐκθανεῖν, major ἀποθανεῖν, *penitus mortuus eſſe.*

357. D. Τοῦ δὲ Φαίδρου ποταμοῦ — ἐκθρέψαντος] *Phædrum* fluvium non memini alibi a me legi. Hujus unius loci auctoritate eum memorat Ortelius in Theſauro Geogr. in *Ægypto* ponens: dubito an recte: credibilius eſt ſignificari *Phœniciæ* fluvium, ex quo evecta, quam *Ægypti*, in quem invecta fit Iſis: ſed is quum exaruerit, poſtea in oblivione fuit apud ſcriptores: quidquid ſit in Ægyptum tendens navi, non in fluvium, ſed in unum ex Nili oſtiis invectura erat. Et verbum ἐκθρέψαντος habet aliquid novitatis, ut poetæ magis decorum quam proſæ ſcriptori: ſimile eſt Sophoclis in Ajace, 1124: Ἡ γλῶσσά σου τὸν θυμὸν ὡς δεινὸν τρέφει. Niſi hoc ab omnibus libris confirmaretur et ſaltem tolerabile eſſet, præferrem Marklandi ἐκπέμψαντος.

357. D, E. ὑπ' ὀργῆς ἐμβλέψαι — ἀποθανεῖν] Convenit cum Græcorum Brimo, ſeu Hecate.

357. E. ὡς εἴρηται τρόπον ἐκπεσεῖν εἰς τὴν θάλασσαν] Mendum ex duplici lectione natum, quippe auctor ſcripſit vel ὡς εἴρηται, vel ὃν εἴρηται τρόπον· Nam ſupra dixit quomodo Iſidis alumnus Dictys perierit p. 353. F. Idque animadverti poſt editam ſub contextu notulam.

357. E. Μανίρωτα] Herodotus II. 79. Pauſanias IX. 29. Athenæus XIV. p. 620. A. Heſychius et Suidas in Voce, ſimilia tradunt: quibus omnino adhibendus eſt Jablonſkius in Collect. Voc. Æg. p. 128. ſeq. Cæterum τὰ τοιαῦτα pro *hæc, præſentes res*, tuetur ſe Plutarchi conſuetudine quam notavimus p. 15. D. Mox τούτῳ γὰρ τῷ Μανίρωτι non debebat in correctionum mentione omitti τοῦτο γ. τ. M.

Digitized by Google

ut dat margo codicis Veneti, et conjecerunt Mez. Bentl. Markl.

357. F. τὸ δεικνύμενον αὐτοῖς εἴδωλον ἀνθρώπου τεθνηκότος—ἐπεισάγουσι] Morem hunc Ægyptiorum proxime ante Manerotis mentionem, refert Herodotus II. 78. et Plutarchus indidem memorat in VII Sap. Conv. p. 148. A. ubi aliorum loca annotavimus. In conſtructione verborum ſubeſt quid aſperitatis; nam illa ὥσπερ ἀμέλει—ἐπεισάγουσι utrum continuet Plutarchus antecedentibus tamquam aliorum opinionem referens, an ex ſua ipſe perſona pronunciet, dubium eſt; prius ſuadet Infinitivus παρακαλεῖν, poſterius Indicativus ἔστιν. Equidem illud præferam, itaque Xylander reddidit; ſed tunc ἔστιν mutandum in εἶναι: neque enim hoc loco valere poſſit ratio convertendæ orationis ex obliqua in rectam, de qua diximus ad Ser. Num. Vind. p. 567. F. Et ſic magis etiam Marklandi οἰνωμένους in obliquam orationem quadrabit: eſtque verbum alibi uſurpatum v. c. Sympoſ. IV. p. 672. A: πίνειν καὶ οἰνοῦσθαι παρακαλοῦντες ἀλλήλους. VII. 712. B: μήτε ὑπὸ νηφόντων καταφρονεῖσθαι, μήτε οἰνωμένους ἀνιᾶν. Scriptor De Educat. Puer. p. 1. D. Plato Leg. VI. p. 623. C.

357. F. Ὧρον ἐν Βούτῳ τρεφόμενον—.] Hujus rei ratio exponitur p. 366. A.

p. 358. A. εἰς τεσσαρεσκαίδεκα μέρη] Ratio redditur p. 368. A. ubi proba forma δεκατέσσαρα adhibetur. Diodorus Sic. I. 21. *viginti et ſex* prodit: ubi videatur Weſſelingius.

358. A. τὴν δὲ Ἶσιν πυθομένην ἐν βάριδι παπυρίνῃ—] Huc pertinet *cymba Iſidis* cui interitum minabantur in carmine magico incantatores Ægyptii, teſte Porphyrio ap. Euſeb. Præp. Evang. V. p. 198. B: ἀπειλὰς προσφέροντα ἐκφοβεῖν—ὅτι τὸν οὐρανὸν προσαράξει, καὶ τὰ κρυπτὰ τῆς Ἴσιδος ἐκφανεῖ, καὶ τὸ ἐν Ἀβύδῳ ἀπόῤῥητον δείξει, καὶ τὴν βάριν στήσει, καὶ τὰ μέλη τοῦ Ὀσίριδος διασκεδάσει τῷ Τυφῶνι—. Jamblicho Myſter. Æg. p. 147. Porro *Navigium Iſidis* feſtum in Calendario Romano: de quo Jablonſkius Opuſcul. T. II. p. 306. Papyraceas Ægyptiorum cymbas complures memorarunt Herodotus II. 96. Theophraſtus Hiſt. Plant. IV. 9. Lucanus

Digitized by Google

IV. 136. Plinius H. N. XIII. 22. Nomen *baris* Ægyptium exponit Jablonſkius Collect. Voc. p. 49.

358. A, B. πολλοὺς τάφους Ὀσίριδος—τὸν φαλλόν—] Eadem parva varietate prodit Diodorus Sic. I. 21, 22. De cultu Phalli vidimus p. 355. E.

358. B. οὓς μάλιστα τῶν ἰχθύων ἀφοσιοῦσθαι] Vulgo ὡς οὓς μ. τ. ἰ. ἀ. Mez. et Salmaſ. tranſponunt in οὓς ὡς—. Strabo XVII. p. 1166. C. 1167. A. lepidotum et oxyrynchum communiter ab omnibus Ægyptiis honorari ſcribit: idque tuens Semlerus hunc Plutarchi locum in hanc ſententiam vertit *bos piſces maxime ſanctitatis exiſtimationem habere:* in quo reprehenditur a Cl. Schmidtio De Sacerdot. Ægypt. p. 296. notionem *exſecrandi et abominandi* defendente. Eſt ſane hæc frequentiſſima ſignificatio, quam expoſuimus p. 63. B. ſed eadem pace Strabonis ad hunc Plutarchum accommodari poteſt ut eum ita accipiamus, *Ægyptios horum piſcium, ut ſanctorum, eſum maxime deprecatos eſſe.*

358. B. διαπονεῖν] Petavius ad Syneſium De Provid. p. 40. corrigebat διαπαιδεύειν· ignarus hujus melioris lectionis: eſt enim frequens διαπονεῖν *aliquem exercitando inſtituere:* v. c. Opp. Mor. p. 227. D. 8. C. 561. D. 1142. B. Vit. 412. E. 485. E. 585. C. 646. B. 708. D. 762. A. Notavit et Weſſelingius ad Diodorum Sic. T. I. p. 409.

358. C. Ὥρου ἵππον εἰπόντος] Syneſius hanc fabulæ partem attingens, *lupum* prodidit, De Provid. I. fin. p. 115. C: ὅταν Ὥρῳ τῷ παιδὶ γνώμη γένηται συμμαχίαν ἐλέσθαι πρὸ τοῦ λέοντος λύκον.

358. C. διασπάσαι] Non placet: nec quæ aliquando conjiciebam διαρπάσαι, διαπαλαῖσαι: aliquanto probabilius videtur διαπρᾶξαι, *conficere:* de quo notavimus p. 183. E.

358. C. Θούηρις] Eadem videtur, quæ ſupra p. 356. B. dicta eſt *Aſo:* ubi vide notata. Serpens convenit in Aſpidem Iſidis, de qua Jablonſkius P. Æg. P. I. p. 118.

358. D. κρατῆσαι τὸν Ὥρον—κράνος·] Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 32, 53, 61. allegorice de Sole, Luna, et malefico vento ab illis victo interpretatur, capitis inſigne regium detractum ad interlunii obſcuritatem, rurſus im-

Digitized by Google

positam bovinam galeam ad redeuntis lunæ cornua referens: quæ item in Ionem Inachi filiam, cum Isidis numine communicatam, congruunt: de qua Ovidius Met. IX. 686: *Inachis:——inerant lunaria fronti Cornua cum spicis nitido flaventibus auro, Et regale decus: cum qua latrator Anubis.* Capitis insigne regium, caput bovinum sibi imposuit Astarte, teste Sanchoniathone, ex interpretatione Philonis Byblii apud Euseb. Præp. Evang. II. p. 38. C: ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου. Confer. Cuperus, Harpocrat. p. 109. Fluvii βούκρανοι ac ταυρόκρανοι in Græcorum fabulis feruntur: quo de argumento brevis est notula Jortini inter notas Musgravii ad Euripidis Orest. 1384.

358. D. τοῦ δὲ Τυφῶνος δίκην τῷ Ὥρᾳ νοθείας λαχόντος.] Ratio fabulæ allegorica redditur p. 373. B.

358. E. ἡλιτόμηνον—τὸν Ἁρποκράτην] De Harpocrate exstat pereruditus Gisb. Cuperi liber: et docta Jablonskii commentatio in Panth. Æg. P. I. p. 241. qui ipsum Harpocratis nomen Ægyptium esse et *clauditatem* significare ostendit. Homericum est ἡλιτόμηνον Iliad. T. 118. de partu septem mensium. Eustathius ad h. l. exponit ἁλιτήσας, ἤγουν ἁμαρτὼν ἀποτυχὼν τῶν συνήθων ἐννέα τοῦ τοκετοῦ μηνῶν. Conferatur Etymolog. M. Suidas. Eadem ratione de Baccho dixit Philo Jud. Omnem Prob. Esse Liberum p. 884. E: Σεμέλης, ἡνίκα Διόνυσον ἐκύει, τὸν ὡρισμένον ἄχρι τῆς ἀποτέξεως χρόνον ἐνεγκεῖν οὐ δυνηθείσης, καταπλαγεὶς Ζεὺς τὴν τοῦ κατὰ γαστρὸς φύσιν, ἡλιτόμηνον ἐξέκαυσε, καὶ ἰσότιμον τοῖς οὐρανίοις ἀπέφηνε θεοῖς. Jocularis est error Gyraldi eumque secuti Kircheri Œdip. Æg. II. p. 154. in hoc Plutarchi loco nomen proprium *Helitomenum* facientium. Alia de voce notavit etiam Xylander. Conferatur et Schmidtius Vir Cl. Opusc. p. 45.

358. E. Ὥρου διαμελισμόν] Reiskius volebat Ὀσίριδος δ. At Plutarchus de partibus loquitur fabulæ quas omisit. Ut retulit Horum Isidi capitis insigne detraxisse, a Typhone νοθείας accusatum, a diis absolutum, ita diverse eadem in sacris tradita fuisse apparet, Horum Isidi caput abstulisse; a diis condemnatum ut membratim discerpe-

Digitized by Google

retur. Huc pertinet Plutarchi commemoratio in libro De Anim. Procreat. e Tim. p. 1026. C: Αἰγύπτιοι μὲν οὖν μυθολογοῦντες αἰνίττονται τοῦ Ὥρου δίκην ὄφλοντός, τῷ μὲν πατρὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα, τῇ δὲ μητρὶ τὴν σάρκα καὶ τὴν πιμελὴν προσνεμηθῆναι· disertius etiam in Fragmento De Anima I. 6: κινδυνεύομεν ὅμοιόν τι ποιεῖν τῇ περὶ τοῦ Ὥρου ὑπ' Αἰγυπτίων μυθολογουμένῃ διανομῇ, δικάσαντος τινὸς τῶν παλαιοτέρων θεῶν, ἐκεῖ τῷ πατρὶ τιμωρῶν ἀπέκτεινε τὴν μητέρα, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ καὶ τὸν μυελὸν καταλιπεῖν, περιελεῖν δὲ τὴν πιμελὴν καὶ τὰς σάρκας, ὡς τούτων ἐν τῇ μητρὶ τὴν σύστασιν λαβόντων, ἐκείναν δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν γένεσιν ῥυέντων αὐτῷ. Nil pertinet ad Porphyrium Abstin. IV. p. 379. quod putat Jablonskius in Addendis ad Panth. Æg. P. I. p. 32. Opuscul. Vol. II. p. 313.

358. E. κατ' Αἰσχύλον] Non annotavi me alibi legisse: Senarius est: Ἀποπτύσαι δεῖ καὶ καθῆρασθαι στόμα.

358. F. ὅτι δ' οὐκ ἔοικε—διηγήσεις αὐτῇ·] Quod in fine corrigendum putabamus αὐτὴ ὁρᾷς, vel αὐτὴ οἶσθα, nunc minus nobis placet; quod ita, post modo antecedentem similem formulam αὐτὴ δυσκολαίνεις, hæc iteratio frigeat, et verisimilius videatur scriptum antiquitus fuisse δείξει αὐτὸ, quorum prius vocabulum ab præcedente διηγήσεις absorptum sit. Proverbii vim habet αὐτὸ δείξει, *res ipsa ostendet*, Platoni adhibitum Theætet. p. 139. D. notatum Schotto Adag. p. 376. Notanda est proprietas nominis ἀραιοῖς, *raris*, in quibus nihil est solidi, veri, veluti corpora rara, πολύπορα, spongiosa, inanibus spatiis interrupta, unde est nomen ἀράχνη, *aranea*: quod malim ab ἀραιὸς et terminatione χνη, χνος ducere quam cum Lennepio Etymol. L. Gr. ab ἄρω et ἄχνη: Xylander vertendo prætermisit: magis etiam a vero deflexit Cruserius, reddens, *anilibus fabulis aut commentis futilibus*: immo, *vanis fabulis aut figmentis inanibus*. De voce ὑπονοίας, *fabulæ sensu et significatione*, diximus p. 19. E. et alibi plura dicemus.

358. F. τῇ πρὸς τὸ νέφος ἀναχωρήσει τῆς ὄψεως] Falsum certe est ἀναχωρήσει· verisimilius etiam ἀνακλάσει, quam ἀναχρώσει, nisi forte plura exciderint. Illud de reflexu luminis, solis, visus, solemniter ponitur. Exemplum ad amoris na-

Digitized by Google

turam aperiendam adhibet Plutarchus Amator. p. 765. Ἐι ἀνάκλασις δήπου τὸ περὶ τὴν ἰριν ἐστὶν τῆς ὄψεως πάθος, ὅταν ἠσυχῇ νοτερῷ, λείῳ δὲ καὶ μέτριον πάχος ἔχοντι προσπεσοῦσα νέφει ἡλίου ψαύσῃ κατ' ἀνάκλασιν, καὶ τὴν περὶ ἐκεῖνον αὐγὴν ὁρᾶσα καὶ τὸ φῶς δόξαν ἡμῖν ἐνεργάζηται τοῦ φαντάσματος ὡς ἐν τῷ νέφει ὄντος. Iridis ortus similiter describitur De Placit. Philos. III. 5. De Facie Lunæ p. 921. A.

p. 359. A. τῶν ναῶν διαθέσεις—Θηβαίοις ἐοικότα καὶ σηκοῖς] Templorum partes et formam describit Strabo XVII. p. 1158. D. quem partim laudavimus supra p. 354. B, C. partim nunc ad intelligendum δρόμον et πτερὸν apponimus: Τῆς δὲ κατασκευῆς τῶν ἱερῶν ἡ διάθεσις τοιαύτη. Κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν εἰς τὸ τέμενος, λιθόστρωτόν ἐστιν ἔδαφος, πλάτος μὲν ὅσον πλεθριαῖον ἢ καὶ ἔλαττον, μῆκος δὲ τριπλάσιον καὶ τετραπλάσιον, ἔστιν ὅπου καὶ μεῖζον· καλεῖται δὲ δρόμος τοῦτο, καθάπερ Καλλίμαχος εἴρηκεν· "Ὁ δρόμος ἱερὸς οὗτος Ἀνούβιδος·"——τοῦ δὲ προνάου παρ' ἑκάτερον προκεῖται τὰ λεγόμενα πτερά· ἔστι δὲ ταῦτα ἰσοῦψῆ τῷ ναῷ τείχη δύο κατ' ἀρχὰς μὲν ἀφεστῶτα ἀπ' ἀλλήλων μικρὸν πλέον ἢ τὸ πλάτος ἐστὶ τῆς κρηπίδος τοῦ νέω· ἔπειτ' εἰς τὸ πρόσθεν προϊόντι κατ' ἀπονευούσας (vulgo κατεπινευούσας) γραμμὰς μέχρι πηχῶν πεντήκοντα ἢ ἑξήκοντα· *quæ alarum hæc erat collocatio, ut duæ utrimque ab utraque parte atrii, non in linea recta invicem cum atrio, sed retrorsum nuentibus angulis porrigerentur in spatia cubitorum quinquaginta aut sexaginta.* Erantque illa πτερὰ propter altitudinem et amplitudinem prospectui et siderum contemplationi idonea: ut apparet ex Olympiodori Commentario MS. in Platonis Phædonem, unde mentionem de *Ptolemæo* edidit et expositit Ism. Bullialdus ad hujus librum De Judicandi Facultate p. 203 et seq. Et fortasse talis pars templi significatur in Evang. Matth. IV. 5. nomine πτερύγιον· quamquam hoc non firmiter contendimus: illud affirmamus, ab Ægyptiorum templorum πτεροῖς diversa fuisse Græcorum πτερὰ, ἀετοὺς, ἀετώματα, Romanorum *fastigia*, quippe quæ erant ipsorum templorum *tecta* in speciem alarum volantis aquilæ conformata. Alia etiam legantur apud Krebsium Observ. N. T. ex Josepho ad Matth. IV. 5. Quod Salmasius et Bentleius, pro θηβαίοις maluerunt θήβαις, intelligebant rariffimam il-

Digitized by Google

lam significationem, *ciſtæ, arcæ*, notatam Heſychio in Θήβη· πόλις Βοιωτίας, καὶ κιβώτιον· hujus editori Albertio, et Caſaubono ad Athenæum ex Syriaco תבה ducenti IV. 2. p. 245. Sed Plutarchus, quum diſerte hoc loco ſententiam prodere voluerit, non credibile eſt obſoleto vocabulo uſum eſſe; ſed, vel θήκαις ſcripſiſſe, quod ſimiliter cum θήβαις confunditur in Herodoto I. 52. vel σπηλαίοις, quod Squirio in mentem venit. Nam Toupii Append. Theocrit. p. 44. Θηβαίοις ἐοικότα σηκοῖς· et Bouherii ad Cic. Tuſc. p. 356. θηκαίοις ἐνταφίοις, minime nobis probantur. Quædam in hanc rem docte, excepto nomine *Bœotiorum* θηβαΐα, annotavit Schneiderus ad Varronem De Re Ruſtica III. 1. Σπηλιοστήρια igitur ſunt cellulæ, ubi imagines deorum veſtiuntur et ornantur: de quo munere notavimus p. 352. B.

359. A. Ἀβύδῳ] Porphyrius ap. Euſeb. Præp. Evang. V. p. 198. B. τὸ ἐν Ἀβύδῳ ἀπόῤῥητον· indeque Jamblichus Myſt. Æg. p. 149. τὰ ἐν Ἀβύδῳ ἀπόῤῥητα· huc refert. Mendoſe in loco ex Demetrii Ægyptiacis apud Athenæum XV. p. 680. A. περὶ Ἄβυλον πόλιν. Alia vide in Cellarii Geogr. Ant. T. II. p. 48.

359. B. τὸν Ἄπιν εἴδωλον ὄντα τῆς ἐκείνου ψυχῆς] Videatur p. 362. C. 368. B. In Memphi urbe habitum et nutritum, conſtat ex ſcriptoribus citatis Jablonſkio Panth. Æg. P. II. p. 186. ſeq.

359. B. καὶ τὴν μὲν πόλιν — τάφον Ὀσίριδος] Urbem hanc *Memphin* intelligendam arbitror, non *Taphoſirin*; ut in Emendatione notavi: hanc tamen nomine πολίχνην dici, adhuc tueor. De etymologia nominis *Memphis* videatur Jablonſkius Collect. Voc. Æg. p. 137. et quos ibi citat Tewaterus noſter: in quibus Michaelis verba Plutarchi ὅρμον ἀγαθῶν mutare conans in ὅρμον ἀγαθὸν, quid rationis ſequatur non apparet.

359. B. τὴν δὲ πρὸς Φίλαις νησίδα] De hac Inſula, Philis, in iiſque celebrato Oſiridis ſepulchro, Diodorus Sic. I. 22. Strabo XVII. p. 1155. D. Seneca ap. Servium ad Virgil. Æn. VI. 154. Quæſt. Nat. IV. 2. citati Squirio: tum vero Tewaterus noſter in eruditiſſimo additamento ad Jablonſkii Collect. Voc. Æg. p. 455.

Digitized by Google

359. B. μηθίδης] Præter varias lectiones et conjecturas in Emendatione notatas, Squirius etiam μηδικῆς, ἐρείκης, περσέας tentat; quorum certe duo poſtrema nimium a ſimilitudine vulgatæ ſcripturæ recedunt. Nec Jablonſkius Collect. Voc. Æg. p. 144. aliunde hoc vocabulum quam ex hoc loco apponit. Illud quidem apparet hujus arboris religionem pertinere ad ἐρείκην cui Oſiridis corpus incluſa fuerat: p. 357. A.

359. C. Ταφόσιριν] Non ſibi ipſe repugnat Eudoxus, quod quis ſuſpicari poſſit, ut corpus totum Oſiridis et in Buſiride, et in Taphoſiri ſitum dicat; quippe huic urbi non niſi ταφὴν, ſepulturam, funus, monumentum, quæ ſunt ſigna monumentaque honoris, nec ipſius corporis præſentiam poſtulant. Strabo XVII. p. 1150. B. et 1152. B. duas hoc nomine Ταποσίρεις, majorem et minorem, prodit. Procopius Ædific. VI. 1. Script. Byz. T. II. p. 470: πόλις ἐστὶν ἡμέρας ὁδῷ Ἀλεξανδρείας διέχουσα, Ταφόσιρις ὄνομα, ἵνα δὴ ταφῆναι τὸν τῶν Αἰγυπτίων θεὸν Ὄσιριν λέγουσιν. Cellarius Geogr. Ant. T. II. p. 9, 11.

359. C. Αἰνῶ—χεομένας—] Locum non habet αἰνῶ, ſenſu *repudiandi, prætermittendi*, qui non niſi poetis uſurpatur: ut vidimus De Aud. Poet. p. 22. F. Quæ dicitur τομὴ ξύλου ſignificat ligneæ columnæ in qua Oſiridis corpus conditum erat diſſectionem p. 357. C. σχίσις λίνου non refertur ad illud p. 358. D. σχοινίον τι προβαλόντες εἰς μέσον κατακόπτουσι, ſed ad *lugubrem ſciſſionem veſtium*: ſiquidem Plutarchus indicia funebria et mortualia colligit.

359. D. Σῶθιν—ἄρκτον] De *Sothi* reponit Plutarchus p. 365. F. 376. A. Solert. Animal. p. 974. F. Conferatur Jablonſkius Panth. Æg. P. II. p. 36. ſeq. Collect. Voc. Æg. 336. Canis comes Orioni additus in Aſtris; Aratus, Phæn. 322. ſequ. et cæteri Aſtronomici teſtes. Arctus adjungitur Typhoni, quod mare in quo Nilus perit, ad Septemtriones Ægypti eſt: de qua ratione agitur deinde p. 363. E.

359. D. ταφάς] aut hoc, aut τροφὰς verum eſt: ταφαὶ quidem memorantur p. 380. D.

359. D. Κνῆφ] Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 81. ſeq.

Digitized by Google

J. Kocheri Diſſ. in Obſ. Miſcell. Belg. Nov. Vol. II. p. 129. 132. ſeq. Tewaterus ad Jablonſkii Collect. Voc. Æg. p. 112.

359. D. *ῥᾴστῃ μὲν ἀποδράσει*] Non vacat *μὲν*, ſiquidem ei reſpondet longiore intervallo *ὀκνῶ δὲ μὴ*—. Uſum ſuperlativi *ῥᾷστος* tali ſenſu notavimus p. 40. C.

359. E. *Ἱστοροῦσι γὰρ—ἀνθρώπους*] Citat Euſebius Præp. Evang. III. 3. p. 91. B. Quid ſit *γαλιάγκων*, exponit Galenus in Gloſſ. Hippocrat. *Γαλιάγκωνες· οἱ σμικρὸν μὲν καὶ ἄτροφον ἔχοντες τὸν βραχίονα, τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀγκῶνα ὀγκωδέστερα, ὥσπερ καὶ αἱ γαλαῖ· οἱ δὲ φάσκοντες γάλλον τὸν χωλὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο συγκεῖσθαι τοὔνομα, ταχ' ἂν δόξειαν παρακούειν· οὐ γὰρ γαλιάγκωνας, ἀλλὰ γαλλοβραχίονας ἐχρῆν αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι.* Sequimur correctiones Fœſii qui plura de hoc vocabulo tradit in Œcon. Hippocrat. p. 82. quod ut Hippocrateum notat Pollux II. 140. adhibet etiam Plutarchus De Curioſit. p. 520. C. De Oſiridis colore, mox p. 364. B. De Typhonis 364. A. et 363. A. De Oro ratio apparet candoris, quod cum Sole comparabatur.

359. E. *Κάνωβον*] De quo egit Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 133. qui quidem pronuncians, ſolum ex *Scriptoribus Ethnicis* Dionyſium Periegetem v. 12. fuiſſe qui Canobum in Diis Ægypti numeraret, non cogitavit egregius vir de hoc Plutarchi loco, ubi Canobus tam Deus cenſetur, quam Oſiris, Iſis, Horus, Typhon. Ejus nomine ſtella magnitudinis primariæ *Canobus* habetur in ſidere Argus navigii, non procul ab Orione et Cane, ut ait Plutarchus. Conferatur Manilius I. 216. Plinius II. 71. Aratus 342.

359. F. *τὸ μὲν Ὥρου, τὸ δὲ Ἴσιδος*] Notavimus modo 359. D. Vix dubitandum quin auctor ſcripſerit *τὸν μὲν Ὥρου, τὸν δ. Ἴσ.*

359. F. *τὰ ἀκίνητα κινεῖν*] Proverbii vim habet: in eodem argumento adhibuit Plutarchus Amator. p. 757. A: *μεγάλου μοι δοκεῖς ἅπτεσθαι—καὶ παραβόλου πράγματος, μᾶλλον δὲ ὅλως τὰ ἀκίνητα κινεῖν τῆς περὶ θεῶν δόξης ἣν ἔχομεν, περὶ ἑκάστου λόγον ἀπαιτῶν καὶ ἀπόδειξιν· ἀρκεῖ γὰρ ἡ πάτριος καὶ παλαιὰ πίστις, ἧς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὐδ' ἀνευρεῖν τεκμήριον ἐναργέστερον.* Plato Leg. III. p. 588. D: *ἐπιχειροῦντι δὴ νομοθέτῃ κινεῖν τῶν*

Digitized by Google

τοιούτων τι πᾶς ἁπαντᾷ λέγων μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα. VIII. p. 648. D: νομίσας τὸ ἀκίνητα κινεῖν, ἀληθῶς τοῦτο εἶναι. XI. p. 675. B: ἐπὶ πολλοῖς—λεγόμενον εὖ τὸ μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα Porphyrius De Abſtin. I. 4. Suidas in Μὴ κινεῖν ἀκίνητα.

359. F. πολεμεῖν, οὐ τῷ πολλῷ χρόνῳ κατὰ Σιμωνίδην] Plutarchus in Theſeo p. 4. F: ὁμόσε τῇ φήμῃ βαδίζοντες, καὶ τῷ πολλῷ χρόνῳ κατὰ Σιμωνίδην πολεμοῦντες. Sine auctoris nomine De EI Delph. p. 391. F. Imitatus eſt Ælianus ap. Suid. Voc. Ὁμόσε· Οἱ Ἀχαρνᾶνες συγγραφεῖς ὁμόσε ἔχουσι τοῖς ποιηταῖς· ubi pro ἔχουσι Kuhnius vere conjicit χωροῦσι. Ariſtides Orat. De Concordia T. I. p. 522: ὁμόσε τοῖς φανεροῖς ἰών. Proverb. Metric. Schotti v. 1170. Fulv. Urſinus Fragm. Lyric. p. 182.

359. F. οὐδὲν ἀπολιπόντας—μεταφέρειν.] In conſtructione aliquanto diductiore, ob eamque cauſſam non ſatis primo obtutu perſpicua, notandus eſt ſenſus et uſus. Illum ita reddimus, *nil omittentes quominus e cœlo in terram transferamus tanta nomina:* vel, *tantum non e cœlo in terram transferentes tanta nomina:* μικρὸν ἀπολείπειν τινος *parum abeſſe ab aliqua re, ab aliqua actione facienda:* item μ. vel οὐδὲν ἀπολείπειν τοῦ ποιεῖν, quaſi *nil diſſare a faciendo aliquid*, ſatis ſunt cognitæ dictiones: at rarior eſt uſus cum ellipſi articuli Genitivi, et ſimplici Infinitivo οὐδὲν ἀπολείπω ποιεῖν τι. Sic tamen Plutarchus Camillo p. 150. D: μικρὸν ἀπέλειπεν ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονέναι. Timoleonte init. p. 236. B: ἡ δὲ πόλις—μικρὸν ἀπέλιπεν ἔρημος εἶναι. 239. F: μικρὸν ἀπολείποντος συνῃρῆσθαι. 242. A: μικρὸν ἀπολιπὼν ἐκπολιορκεῖσθαι. Cæſare p. 719. E: μικρὸν ἀπέλιπον ᾑρηκέναι. 724. A. Catone Min. 782. D. Rationem Participii Accuſativi, veluti hoc loco eſt ἀπολιπόντας, oſtendimus p. 122. E.

p. 360. A. μεγάλας μὲν τῷ ἀθέῳ λεῷ κλισιάδας ἀνοίγοντας] Spectat ad religioſum morem profanis templi portas occludendi, θύρας δ' ἐπιθέσθε βεβήλοις· cujus contrarium eſt *magnas aperire fores:* dictum de aliis etiam rebus, v. c. Plutarcho Alcibiade p. 195. F: μεγάλας δ' αὐτῷ κλεισιάδας ἐπὶ τὴν πολιτείαν ἀνοίγοντος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ πλούτου. Clemens Alexandr. Pædag. III. p. 239. C: ὡς μὴ ἀκόλαστον αὐτῶν τὸ λαγνὸν γενόμενον πλατείας ἀναπετάσῃ κλισιάδας τοῖς

Digitized by Google

εἰς ἡδυπάθειαν φερομένοις. Eraſmus Adag. p. 1386. *Feneſtram aperire.* Heſychius Κλισιάδες· αἱ δίπτυχοι θύραι· κλισίαι· poſtremum vocabulum delendum ut ex proximo repetitum. Pollux IV. 125: καὶ ἔστι μὲν σταθμὸς ὑποζυγίων· καὶ αἱ θύραι αὐτοῦ μείζους δοκοῦσι, καλούμεναι κλισιάδες πρὸς τὸ καὶ τὰς ἁμάξας εἰσελαύνειν καὶ τὰ σκευοφόρα. IX. 50. idem dicitur, et nomen a κλείειν *claudere* ducitur: καὶ σταθμὸς δ' ἂν καλοῖτο ἡ τῶν ὑποζυγίων στάσις· καὶ κλείσιον παρὰ τὸ κεκλεῖσθαι· οὗ καὶ αἱ θύραι κλεισιάδες· hinc duplex ſcriptura κλεισιάδες et κλισιάδες, de qua vide Hemſterhuſium. Nam Heſychii Κλησιάδας vitioſum eſt, ut notarunt interpretes. Alia etiam cognoſcantur ex Dorvillii annotatione ad Chariton. p. 124. Wetſtenii ad I. Corinth. XVI. 9. Salliero et in primis Pierſono ad Mœrin p. 227. ſeq.

360. A. ἐξανθρωπίζοντι] Plutarchus De Genio Socrat. p. 582. B: Σωκράτους ἀνδρὸς ἀτυφίᾳ καὶ ἀφελείᾳ μάλιστα δὴ φιλοσοφίαν ἐξανθρωπίσαντος, *humanam reddidit philoſophiam*, ubi vulgo legebatur φιλοσοφίᾳ ἐξανθρωπήσαντι, itemque citatur in H. Stephani Theſ. Gr. L. T. I. p. 454. Gregorius Nyſſ. Or. IV. T. II. p. 534. B: μή τις υἱὸν ἀκούσας ἐξανθρωπίσῃ τὸ θεῖον δι' ἐμπαθοῦς ὑπολήψεως. Vid. Suicerus Theſ. Eccleſ. p. 1134.

360. A. Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου] Libri ἱερᾶς ἀναγραφῆς nomine inſcripti, ſubinde citati antiquis, ab Ennio Latine verſi, unde quædam reliquiæ exſtant, proditæ in Ennii Fragm. p. 312. et ſequ. ubi videnda ſunt Hier. Columnæ Prolegomena in Euemerum. Pſeudo-Plutarchus De Placit. Philoſ. I. 7. Athenæus XIV. p. 658. F. *Coum* cognominat. Ex recentioribus de eo dixerunt Xylander h. l. P. Petitus Obſerv. Miſcell. I. 1, 2. J. Daviſius ad Ciceronem Nat. Deor. I. 42. Bentleius ad Callimachi Fr. LXXXVI. P. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 364. Ed. Corſinus ad l. c. De Placit. Phil. Diff. I.

360. A. πᾶσαν ἀθεότητα——διαγράφων] Hunc locum apponit Grammaticus Græcus ab Hermanno editus in Emend. Rat. Gramm. Gr. p. 368. perperam hoc verbum explicans: ΔΙΑΓΡΑΦΩ τὸ περιλαμβάνω, αἰτιατικῇ· καὶ τὸ, σχεδὸν ὁμοῦ πάντας περιλαβὼν γράφω καὶ οἷον εἰπεῖν ὁμολογῶ· ὡς

Digitized by Google

καὶ Πλούταρχος, πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι τῆς οἰκουμένης τοὺς νομιζομένους θεοὺς πάντας ὁμαλῶς διαγράφων. Perperam et Marklandus mutatum voluit in διαγνάφων. Nil verius vulgata, *proscribens, delens ex catalogo.* Sic mox 377. D. ut recte restituimus codicum scriptorum et rei ipsius auctoritate, pro vitioso διαγνάφοντες. Simili in argumento adhibuit Plutarchus Amator. p. 757. B: ὁρᾷς δήπου τὸν ὑπολαμβάνοντα βυθὸν ἡμᾶς ἀθεότητος, ἂν εἰς πάθη καὶ δυνάμεις καὶ ἀρετὰς διαγράφωμεν ἕκαστον τῶν θεῶν. Consulenda est eruditissima Ruhnkenii nostri annotatio ad Tim. Gloss. Platon. p. 81, 82. seq.

360. A, B. ἐν δὲ Πάγχοντι—Παγχώους καὶ Τριφύλλους] Wesselingius l. c. Diod. Sic. T. I. p. 364. corrigit Παγχαῖᾳ—Παγχαίους καὶ Τριφυλίους· Panchæos et Triphylios, ut certos et historica auctoritate proditos populos, memorat Diodorus: Eratosthenes et Polybius repudiant *Panchæos*, apud Strabonem II. p. 163. C. VII. p. 459. A. quorum sententiam quamvis a Vossio ad Melam II. 8. reprehensam, sequitur Wesselingius.

360. B. Φρύγες—Μανικὰ καλοῦσι.] Phrygiacum esse apparet etiam ex Machone apud Athenæum p. 578. Melittam meretricem Atticam narrante, quæ Attice Μᾶνῖα, Phrygiace Μᾱνῖα cognominabatur ab amatore nomen laudis caussa imponente: Eamdem mulierem eodem nomine in scortis numerat Demetrii Plutarchus Vit. p. 901. C. Aliam memorat Xenophon Hellenic. III. 1, 8. Fortasse in hanc rationem dixit Aristides Hymno in Jovem T. I. p. 2: τί τολμήσομεν εἰπεῖν περὶ τοῦ Διός; δότε μοι μανικὸν γενέσθαι τὸν λόγον, ὥσπερ τῇ ὑποθέσει, οὕτω καὶ τοῖς πρέπουσιν εἰς αὐτόν. Nam ratio loci non finit cogitare θείαν μανίαν, Platonicam, in Convivio et Phædro celebratam.

360. B. Μάνιν—Μάσδην] In postremo dant Μάσσην E. Venet. Μάστην A. in priore Μάντιν A. Venet. At certior est scriptura Μάνης, apud Herodotum I. 94. IV. 45. regis hoc nomen tradentem: et servorum Phrygiorum frequens apud Græcos, de quo Menagius ad Diog. Laert. V. 55.

360. C. ἐξαρθέντες—ὥς φησιν ὁ Πλάτων] Hinc firmatur correctio prioris verbi: sic enim Plato Leg. IV. p. 600. G: ὁ

Digitized by Google

μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθεῖαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός· ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος, ξυνέπεται ταπεινὸς κεκοσμημένος· ὁ δέ τις ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας, ἢ χρήμασιν ἐπαιρόμενος, ἢ τιμαῖς, ἢ καὶ σώματος εὐμορφίᾳ ἅμα νεότητι καὶ ἀνοίᾳ φλεγόμενος τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως, ὡς οὔτ' ἄρχοντος, οὔτε τινὸς ἡγεμόνος δεόμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἱκανὸς ὢν ἡγεῖσθαι, καταλείπεται ἔρημος θεοῦ. Prior hujus loci pars una omnium maxime celebrata eſt, ut oſtendimus ad Ser. Num. Vind. p. 73. (558. F.) Et hanc poſteriorem omiſſo Platonis nomine adhibet Plutarchus De Virt. Morali p. 451. E: ὅταν ἅμα ἀνοίᾳ καὶ ὕβρει φλεγόμενοι τὴν ψυχὴν ἐπισχέσεως δέωνται.

360. C. Ὠκύμοροι cet.] Empedoclis eſſe novimus ex Sexto Empirico Adv. Mathemat. VII. 123. ubi in longiore excerpto hæc etiam leguntur:

Παῦρον δὲ ζώουσι βίου μέρος ἀθροίσαντες,
Ὠκύμοροι καπνοῖο δίκην ἀρθέντες ἀπέπταν.

Ita legimus priorem verſum, qui vulgo editur Παῦρον δὲ ζαῆσι βίου μέρος ἀθροίσαντες· Retulit Henr. Stephanus in Poeſi Philoſ. p. 20. edens ἀθρήσαντες· *Animam fumi inſtar avolare* frequens eſt dictio eorum qui eam cum corpore interire dictitant: ut oſtendimus ad Ser. Num. Vind. p. 80.

360. C. ἀγώγιμοι] quos abducere jus eſt vel dominis ſervos in veterem ſervitutem, vel debitores creditoribus in nexum. Plutarchus in Solone p. 85. B. 86. E. Budæus Comment. Gr. L. p. 200.

360. C, D. Ἀντίγονος ὁ γέραν — σύνοιδεν] Notavimus in Apophth. Reg. et Duc. p. 182. C. Cognomine γέρων dicitur *primus ætate, major*, ut monuimus p. 330. E.

360. D. Λύσιππος ὁ πλάστης Ἀπελλῆν—οὖσαν] Hinc retulit Junius in Catalogum Artificum p. 20, 109—116. In poſtrema dicti parte apparet Euripideum quid ex Andromache 773. probabiliter correctum a Valckenario in Diatribe Fragm. Eur. p. 203: Τιμὰν καὶ κλέος Οὗτοι λείψανα τῶν ἀγαθῶν Ἀνδρῶν ἀφαιρεῖται χρόνος.

360. D—F. Βέλτιον οὖν—ἔχει λόγον] Citat Euſebius Præp.

Digitized by Google

Evang. V. 5. Qui tales dæmonum naturas ſtatuerunt Philoſophi, *Plato*, de quo videbimus p. 361. C. *Pythagoras*, Diogene Laertio VIII. 32. Jamblicho Vit. Pyth. 37. aliis teſtibus proditus, *Xenocrates* Stobæo Eclog. Phyſ. p. 5. ſequens fideliter Platonem, ut tota vetus Academia; *Chryſippus*, Plutarcho Opp. Mor. p. 277. A. 419. A. 1051. C. Univerſe Placit. Philoſ. I. 8. Et alii multi memorati multis, et Plutarcho ipſo hujus opinionis patrono. *Veteres Theologi* ſignificantur, Orpheus, Muſæus, ſimileſque ad Epimenidem et Pherecydem uſque: ſic appellat Orpheum Plutarchus Def. Orac. p. 436. D. et De Animi Procreat. ex Tim. p. 1030. A: οἵτε πάλαι θεόλογοι, πρεσβύτατοι φιλοσόφων.

360. B. Γίνονται γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις καὶ δαίμοσι ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ κακίας] Ad verbum propemodum reponitur in Def. Orac. p. 417. B: εἰσὶ γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις καὶ δαίμοσιν ἀρετῆς διαφοραὶ κ. τ. λ.

360. E. Γιγαντικὰ καὶ Τιτανικά] Sæpe junguntur memorando: v. c. Plutarcho De Facie Lunæ p. 926. E. Ciceroni Nat. Deor. II. 28. Horatio Od. III. 4, 43 et 50. Unde ab imperitis ſæpe confunduntur; licet ſint diverſa bella. De *Gigantibus* Ovidius Met. I. 151. Apollodorus I. 6. De *Titanibus* Heſiodus Theogon. 630. ſequ. Ovid. Faſt. III. 795. Apollodorus I. 1, 3. Heynius in notis. Pro *Titanibus* in illa conjunctione Typhones poſuit Plutarchus De Superſtit. p. 171. D: εἰ δὲ Τυφῶνές τινες ἢ Γίγαντες ἦρχον ἡμῶν τοὺς θεοὺς ἐκβαλόντες· Pelopida p. 289. B: οὐ γὰρ τοὺς Τυφῶνας ἐκείνους, οὐδὲ τοὺς Γίγαντας ἄρχειν—. Cæterum ex Euſebio, ut videtur, hanc partem Τὰ δὲ Γιγαντικὰ —μυθολογουμένων ἀκούειν· refert Theodoretus Cur. Gr. III. p. 515. D. perperam proſcribens, *ex libro De Orac. Defectu.*

360. F. Κρόνου τινὸς ἄθεσμοι πράξεις] Squirius Κρόνου τινὲς, quod tueri ſe putat auctoritate Euſebianæ lectionis πολλαί τινες: quocum conſentit Theodoretus. Certe, ratio poſtulare videtur τινὲς: at uſus etiam τινος admittit: de quo diximus p. 89. E.

360. F. φυγαί τε Διονύσου] Recepimus φυγαὶ, quia Eu-

Digitized by Google

febiani Theodoretianique auctoritatem exempli habet, ac tolerabilius saltem est vetere φθόγγοι: magis tamen satisfaciat Reiskii φόνοι cædes. Bacchus a Titanibus discerptus traditur Plutarcho infra p. 365. F. De Carn. Esu p. 996. C. Diodoro Sic. III. 62. ubi videatur Wesselingius, V. 75. quæ cum Oside communicata narrat idem IV. 6. Cornutus De Diis XXX. p. 220. At ejus per terrarum orbem peragrationes, non erant φυγαὶ, sed πλάναι.

360. F. Τυφωνικῶν, ἄλλων τε] Hæc ita distinguenda et legenda, Τυφωνικῶν· ἄλλα τε—*et alia, cum passim in fabulis ad omnium auditionem pervulgata, tum arcanis involuta sacris et initiationibus vulgoque inaudita inviſaque ſervata, eamdem habent rationem.* In Eusebio et Theodoreto ἄλλων τε plane deest.

360. F. θεοειδέας—ἀντιθέους—θεῶν ἄπο μήδε' ἔχοντας·] Duo priora passim occurrunt: tertium Odyss. Z. 12: Ἀλκίνοος δὲ τόγ' ἦρχε θεῶν ἀπὸ μήδεα εἰδώς.

360. F. τῷ δ' ἀπὸ τῶν δαιμόνων προσρήματι] Eamdem consuetudinem tradit De Aud. Poet. p. 24. A, C. Defect. Orac. p. 415. A.

p. 361. A. Δαιμόνιε σχεδὸν ἐλθέ] Iliad. N. 810.

361. A. Ἀλλ' ὅτε δη—] Iliad. E. 438. Π. 705. Υ. 447.

361. A. Δαιμόνιη, τί νύ σε—] Iliad. Δ. 31.

361. A. ὁ μὲν Πλάτων] Legum IV. p. 601. C. Exposuimus ad Quæst. Rom. κε'. p. 269. E.

361. B. Ξενοκράτης—τρέπονται] Geminus huic est locus Defect. Oracul. p. 417. C. ubi effatum idem omisso auctoris nomine refertur: ἑορτὰς δὲ καὶ θυσίας ὥσπερ ἡμέρας ἀποφράδας καὶ σκυθρωπὰς ἐν αἷς ὠμοφαγίαι καὶ διασπασμοὶ, νηστεῖαί τε καὶ κοπετοὶ, πολλαχοῦ δὲ πάλιν αἰσχρολογίαι πρὸς ἱεροῖς μανίαι τε ἀλαλαί τε ὀρινόμεναι ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ, θεῶν μὲν οὐδενὶ, δαιμόνων δὲ φαύλων ἀποτροπῆς ἕνεκα φήσαιμ' ἂν τελεῖσθαι μειλίχια καὶ παραμύθια. Eodem spectat Porphyrius Epist. ad Anebon. apud Euseb. Præp. Evang. V. p. 199. A: εἰ δ' οὖν οἱ μὲν ἀπαθεῖς, οἱ δ' ἐμπαθεῖς (θεοὶ) οἷς διὰ τούτων φασὶ φαλλοὺς ἱστάναι καὶ ποιεῖσθαι αἰσχρορρημοσύνας, μάταιοι αἱ θεῶν κλήσεις ἔσονται, προσκλήσεις αὐτῶν ἐπαγγελλόμεναι, καὶ μηνίδος ἐξιλάσεις καὶ

Digitized by Google

ἐχθύσεις, καὶ ἔτι μᾶλλον αἱ λεγόμεναι ἀνάγκαι θεῶν· Eusebius ib. p. 186. A.

361. B. Ἡσίοδος] Ἔργ. 122.

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα
Ἠέρα ἐσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν
Πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.

et 252.

Τρὶς γὰρ μυρίοι εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι, Ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν κ. τ. λ. ut priore loco.

Versus in primis celebrati Antiquis: v. c. Aristidi T. II. 171. Reddidit Plautus Rudente Prolog. 9.

Qui est imperator divum atque hominum Juppiter
Is nos per gentes alium alia disparat;
Hominum qui facta, mores, pietatem, et fidem
Noscamus: ut quemque adjuvet opulentia.
Qui falsas lites falsis testimoniis
Petunt: quique in jure abjurant pecuniam.
Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem.—cet.

361. B. Πλάτων] Sympos. p. 327. F: πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ—ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν· ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι· διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ, καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν· θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι—οὗτοι δὴ οἱ δαίμονες πολλοὶ καὶ παντοδαποί εἰσιν· εἷς δὲ τούτων καὶ ὁ Ἔρως. Ex hoc fonte et sententiæ et dictiones frequentes in posterorum scripta fluxerunt. Argumentum copiose explicat Plutarchus Defect. Orac. p. 415. A. 416. F. Dionysius Halicarn. Ant. Rom. I. 77. de Rheæ Sylviæ partu dubitans, ἢ καὶ ταύτας παραδέχεσθαι (χρὴ) τὰς ἱστορίας ὡς ἀνακεκραμένης τῆς ἁπάσης οὐσίας τοῦ κόσμου, καὶ

Digitized by Google

μεταξὺ τοῦ θείου καὶ τοῦ θνητοῦ γένους ὑπαρχούσης φύσεως, ἣν τὸ δαιμόνιον φῦλον ἐπέχει, τότε μὲν ἀνθρώποις τοτὲ δὲ θεοῖς ἐπιμιγνύμενον, ἐξ οὗ ὁ λόγος ἔχει τὸ μυθευόμενον ἡρώων φῦναι γένος, οὔτε καιρὸς ἐν τῷ παρόντι διεσκοπεῖν, ἀρκεῖ τε ὡς φιλοσόφοις περὶ αὐτῶν εἰλέχθη. Multi multis modis: Ariſtides T. II. p. 106. Maximus Tyrius Diſſert. XIV. 8.

361. C. Ἐμπεδοκλῆς] Eoſdem verſus apponit Plutarchus, excepto poſtremo, De Vitand. Ær. Alien. p. 830. F. Haud obſcura ſunt imitationis veſtigia in Virgilio Æneid. VI. 739:

Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt. Aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Quiſque ſuos patimur Manes: exinde per amplum
Mittimur Elyſium, et pauci læta arva tenemus:
Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Ætherium ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem.

Plura huic placito intelligendo attulimus ad Ser. Num. Vind. p. 124. Diſput. De Anim. Immortal. p. 21.

361. E. Σάραπιν τὸν Πλούτωνα] Hoc argumentum proxime deinceps E explicat. Duplicem fuiſſe, antiquum, et recentiorem poſtea ex Græcia a Ptolemæo adſcitum, oſtendit Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 226. P. II. p. 231.

361. E. Ἶσιν τὴν Περσέφασσαν] Iſis pluribus cum Græcis numinibus communicabatur, etiam cum Proſerpina: ut eſt in illa apud Appuleium invocatione Metamorph. XI. init. Conf. Jablonſkius Panth. Æg. P. II. p. 20—25.

361. E. Ἀρχέμαχος—Ἡρακλείδης.] *Archemachus* Eubœenſis et rerum Euboicarum ſcriptor receníetur Voſſio Hiſt. Gr. III. p. 329. citatur quoque a Scholiaſte Homeri ad Iliad. IX. 525. apud Fabric. B. G. I. p. 305. *Heraclides Ponticus* nemini in his literis non plane novo ignotus. Templum illud Canobi hinc refert Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 135.

361. F—362. A. Πτολεμαῖος—Σάραπιν.] Eamdem hiſtoriam refert Plutarchus De Solertia Animal. p. 984. A.

Digitized by Google

Tacitus Hist. IV. 83. Clemens Alexandr. Protrept. p. 31. B. brevius etiam Origines c. Celsum V. p. 607. seq. ubi videndus Spencerus. Quod pro ἀνεῖλε Squirius conjecit et recepit ὄναρ εἶδε, *per somnium vidit*, jam viderant Bentleius et Baxterus, et vertendo expressissent Amyotus et Xylander. Ita et alii et Plutarchus pro κατ' ὄναρ. v. c. Apophth. p. 183. A: ὄναρ ἰδὼν χρυσοῦν θέρος ἐξαμῶντα Μιθριδάτην. De Fac. Lun. p. 941. E: οὐκ ὄναρ μόνον οὐδὲ διὰ συμβόλων. Adv. Colot. 1109. A. Vit. 124. F. 160. C. 238. C. 367. C. 665. C. 678. C. 993. D.

362. A. Ἡρακλείτου] Apud Clementem Alex. Protrept. p. 22. C: εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ πομπὴν ἐποιοῦντο καὶ ὕμνεον ἆσμα, αἰδοίοισιν ἀναιδέστατα εἴργασται, φησὶν Ἡράκλειτος· οὐτὸς δὲ Ἀΐδης καὶ Διόνυσος, ὁτέῳ μαίνονται, καὶ ληναΐζουσι. Obscurum dictum, ut Heracliteum: præsertim in priore parte, in qua nec apparet consecutio, et ἀΐδης ab αἰδὼς, *pudor*, ducitur: quod et Plutarchus ab ἀειδὴς, *nescius*, duci improbat, qui item, dubito an verisimilius, præbet ληναίνουσι pro ληναΐζουσι, tum ληναίνειν ad Ἄδην, μαίνεσθαι ad Διόνυσον, refert, quæ nos conjunctim ad utrumque referenda arbitramur. Igitur ut locum nisi ad veram, certe ad probabilem scripturam sententiamque redigamus: eum ita reddamus, addita in priore parte ante αἰδοίοισιν negatione οὐκ. "*Nisi* "*enim Baccho pompam ducerent et cantilenam canerent, cum* "*reverendis non irreverentissime ageretur; idem enim est Re-* "*verendus* (Ἀΐδης) *qui Bacchus, cui furunt et nugantur seu* "*Bacchanalia agunt.*" Vult enim, Bacchum per se esse et haberi reverendum, ἀΐδην, αἰδοῖον, sed per effusam pompæ et cantûs libidinem irreverentissime tractari: eumdem enim esse quem Ἀΐδην Plutonem.

362. A. ᾍδην λέγεσθαι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς.] Duplex est ratio hujus allegoriæ. Altera, quod censeatur ἀειδὴς activa significatione *inscius*, quæ a vulgari consuetudine abhorret passivam usurpante *ignoti, invisi*, ut Plutarchus p. 948. E. 1130. A. quamquam Plato dictum vult *multa scientem*, ā intensivo: v. c. in Cratylo p. 265. G. quod item significat in Phædone p. 385. G: εἰς τοιοῦτον τόπον—γενναῖον καὶ καθαρὸν καὶ ἀειδῆ, εἰς ᾅδου ὡς ἀληθῶς, παρὰ τὸν ἀγαθὸν καὶ φρόνιμον

Digitized by Google

θεὸν. Altera ratio eſt qua *corpus* σῶμα ducitur a σῆμα *ſepulcrum* quaſi animæ: quod commentum item Plato celebravit, Cratylo p. 264. C, D. Gorgia 300. A. Phædro p. 346. D.

362. B. πᾶσι κοινὸς ὁ Σάραπις] non proprius certorum hominum generum Deus, ſed omnibus communis, veluti Ἅιδης qui item κοινὸς dicitur v. c. Euripidi Supplic. 797. quod equidem nolim adverbii inſtar accipere cum Marklando.

362. B. Φρυγίοις γράμμασιν] Deorum Hiſtoria, per cultum Deæ Phrygiæ inter Græcos et Romanos cognita; Ita Φρύγιοι λόγοι memoratur liber Diagoræ Melii apud Tatianum Orat. ad Græc. p. 96. edit. Worth. et titulum interpretatur Voſſius Hiſt. Gr. IV. 2. Ex eodem genere mentionem facit Plutarchus μύθων πάνυ παλαιῶν, οὓς οἱ Φρύγες τε περὶ Ἄττεω—παραλαβόντες ἠγάπησαν. Cum his *Phrygiis libris* haud ſcio an conjuncta et cognata τὰ Ἐφέσια γράμματα, de quibus vidimus ſupra p. 85. B. Certe plane diverſi ſunt argumenti Φρύγιοι λόγοι Æſopi.

362. B, C. Φιλάρχου—Φιλάρχου] *Philarchus* paucis ſcriptor memoratur, at *Phylarchus* plurimis proditur et Plutarcho multis locis: et hoc nomen ſæpe cum illo permutatum reperitur: neque firmiter ſtatuendum, aut nullum ſcriptorem *Philarchum* fuiſſe, aut hanc ſcripturam in hujus celebrati ſcriptoris nomine falſam eſſe: certe nulla eſt ratio *Phylarchum* contextui invehere ubi omnes codices in *Philarcho* conſentiunt. Itaque et nos hoc retinuimus p. 345. E. et Xylander, quamquam in Latina interpretatione alterum poſuit. De ipſo ſcriptore notavimus quod ad rem pertineret p. 342. D. Plutarchus eum hoc loco reprehendit, quod Σάραπιν ex Græcis vocibus σαίρειν et πᾶν junctum perbibuit.

362. C. Χαλκᾶς—πύλης Λήθης καὶ Κωκυτοῦ] Has memorat Diodorus Sic. I. 96: εἶναι δὲ λέγουσι πλησίον τῶν τόπων τούτων καὶ σκοτίας Ἑκάτης ἱερὸν, καὶ πύλας Κωκυτοῦ καὶ Λήθης διειλημμένας χαλκέοις ὀχεῦσιν. Hinc in Græcas manarunt fabulas: Homericum Iliad. Θ. 15: Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός. Virgilii Æn. VI. 552: *Porta adverſa ingens,*

Digitized by Google

ſolidoque adamante columnæ; Vis ut nulla virum, non ipſi exſcindere ferro Cœlicolæ valeant. Stat ferrea turris ad auras: Propertii IV. 10, 2: *Panditur ad nullas janua nigra preces. Quum ſemel infernas intrarunt funera leges, Non exorato fiant adamante viæ.* plane Græco νομοὺς reſpondent *leges*, nec mutandum in *ſedes*, ut alibi oſtendemus. *Adamantem orci* utroque loco interpretes compararunt cum Theocriteo II. 33.

362. C. παντὸς—ἐπιλαμβάνεσθαι] Plenius etiam corrigendum πάντων—ἐπιλανθάνεσθαι.

362. C. εὔμορφον] Lenius corrigi poſſit ἔμμορφον· qua voce utitur Plutarchus, Numa p. 68. C. Defect. Orac. p. 428. F. De re ipſa item pronunciat Plutarchus p. 359. B. 368. B.

362. D. χαρμοσύνην—τὰ χαρμόσυνα ΣΑΙΡΕΙ] Notationem ex linguæ Copticæ rationibus probat Jablonſkius Panth. Æg. P. II. p. 253. ſeq. et Collect. Voc. Æg. p. 242. nimis tamen ille de ſententia Plutarchi hæſitans, quæ ſatis manifeſto hæc eſt, τεκμαιρόμενος, *colligens hoc inde quod feſtum illud, quod feſto a Græcis agi ſolito et* Χαρμόσυνα *dicto, convenit,* Σαίρει *appellant.* Eſt enim hoc nomine feſtum Athenienſium proditum ab Heſychio in Voce. Χαρμόσυνα ἑορταὶ Ἀθήνῃσι· καὶ χαρμόσυνα· quæ duæ poſtremæ voces ex proxime ſequente temere huc tractæ videntur. Quod Heſychius dicit ἑορταὶ, non ἑορτὴ, igitur ſignificet omnia feſta ab Athenienſibus χαρμόσυνα dicta fuiſſe, et Meurſius idcirco nomen hoc in Græcia Feriata omiſerit, quod ſuſpicatur Caſtellanus, citatus Corſino Faſt. Attic. Vol. II. p. 375. uterque horum χαρμόσυνα, ut certum quoddam Athenienſium feſtum, recenſuerunt, quod Plutarchi locus manifeſto poſtulat, nec Heſychius repugnat. Venetus dat σαίρειν.

362. D. αἰδοῦς υἱὸν] αἰδοῦς poterat probari in Heraclitea etymologia prodita ſupra A, B. at nil ad hanc Platonis ſententiam. Igitur tueor adhuc rationem in Emendatione poſitam, ut veriſimiliorem ſaltem aliis multis quæ ſe offerunt. Conf. not. noſtr. A, B.

362. D. AMENΘHN] Hanc etymologiam probat et illuſtrat Jablonſkius Collect. Voc. Æg. p. 23.

Digitized by Google

362. E. *ἐπισκεψόμεθα—προσδιέλθωμεν*] E. ut Marklandus voluit, dat *ἐπισκεψόμεθα*· Venetus *προδιέλθωμεν*· quorum utrumque probo.

362. F. *τοὺς πυρρούς—τὸν Τυφῶνα*·] Sic p. 359. E. 364. A, B. Asinorum in Oriente rufus traditur color: teste Bocharto Hierozoic. P. I. p. 60 et 181. Jablonsk. Panth. Æg. P. II. p. 44.

362. F. *ὄνον δὲ—*] Conf. 371. C. Ælianus Nat. Anim. X. 28. Jablonsk. Panth. Æg. P. III. p. 73. seq.

362. F. *Βουσιρῖται δὲ καὶ Λυκοπολῖται—*] Dictum in Sap. Conviv. p. 150. E, F. ubi videatur annotatio: cui addatur Jablonskius Collect. Voc. Æg. p. 409.

362. F. *καὶ πόπανα—τροφὴν διδόναι*·] Conferatur Jablonsk. Panth. Æg. P. II. p. 74. Mensis Ægyptius Παῦνὶ respondet *Junio*, *Φαωφὶ Octobri*.

p. 363. A. *οἱ Πυθαγορικοὶ — ὡς Εὔδοξος ἱστόρηκεν*] Hinc, aut ex communi fonte, quædam sumsit Ælianus Nat. Animal. X. 28. de Asini apud Ægyptios contemtu: in his etiam hoc: *Λέγουσι δὲ οἱ Πυθαγόρειοι, ὡς λόγος, ὑπὲρ τοῦ ὄνου καὶ ἐκεῖνα· μόνον τοῦτον τῶν ζώων μὴ γεγονέναι κατὰ ἁρμονίαν· ταύτῃ τοι καὶ πρὸς τὸν ἦχον τὸν τῆς λύρας εἶναι κωφότατον· ἤδη δὲ αὐτάν τινες καὶ τῷ Τυφῶνι προσφιλῆ γεγονέναι φασί*. Commenti Pythagorici explicationem ab Eudoxo vel Plutarcho prætermissam, nec ab aliis, quod sciamus, proditam, nos reddituros non profitemur, partes tamen nonnullas patefacturos non desperamus. Primum utroque loco numerus 56 constituendus: quem quare priore loco in 58 mutandum notaverit nulla ratio apparet. Alia quoque argumenta adfert Xylander, sed magis illa ad laudem numeri 56, quam vituperium Typhonis pertinentia, igitur ab hoc instituto aliena. Igitur *ἀρτίῳ μέτρῳ ἕκτῳ καὶ πεντηκοστῷ* est mensura, conjunctione, *συζυγίᾳ* vulgo dicta, numerorum parium quinquagesima et sexta, id est numero 112, qui explet tempus quatuor mensium Lunarium; siquidem mensis Lunaris hoc in libro 28 diebus censetur. At Typhon natus est ante justum nascendi tempus *μὴ καιρῷ μηδὲ κατὰ χώραν* ut dicitur p. 355. F. Porro numeri impares sunt præstantiores et masculi: pares, deteriores et mulie-

Digitized by Google

bres. Ergo primus impar, *ternus*, tribuitur Diis, in quibus quare non nisi hi tres memorentur, causſa non apparet. Deabus assignatur *quaternarius*, qui est primum quadratum par 4, primi paris 2: in his quod non nisi quinque memorentur, ratio fortasse fit quod Pallas proxima est Jovi: Dianæ autem substituitur Rhea, quamquam et illi suus fuit numerus, ut novimus ex Porphyrio De Abstin. II. 36. et Jamblicho in Nicomach. Arithm. p. 14. Jupiter 12 tenet, ut totidem princeps Deorum. Duodecim enim deorum *σύστημα* ad Græcos venit ab Ægyptiis teste Herodoto II. 4. et ab iisdem istud arithmeticum commentum ad Pythagoreos venisse, hoc Plutarcheo loco significatur.

363. A. *πυῤῥόχρουν γεγονέναι τὸν Τυφῶνα*] Sic p. 359. E. 364. A. Hinc Jablonskius Panth. Æg. P. III. p. 44. seq. Conf. Diodorus Sic. II. 88.

363. B. *ἀκριβῆ ποιούμενοι τὴν παρατήρησιν*] Diserte hoc narrant Herodotus II. 38. Diodorus Sic. I. 88.

363. B. *θύσιμον γὰρ οὐ φίλον εἶναι θεοῖς*] Hanc sententiam ingeniose confirmat Schmidtius V. Cl. De Sacerd. et Sacrif. Æg. p. 262.

363. B. *συνείληχε*] Usu probatur, *συλλαγχάνειν τινι* *forte cum aliquo conjungi, obtingere alicui:* v. c. Plutarcho dictum Opp. Mor. p. 424. A. 586. F. 737. D. Vit. 64. A. 369. E. 741. F. Aristidi T. I. p. 294.

363. B. *οἱ σφραγισταὶ λεγόμενοι*] Porphyrius De Abstin. IV. 7: *μυρίαι δ' ἄλλαι παρατηρήσεις καὶ τῆς περὶ αὐτὰ τέχνης τῶν καλουμένων μοσχοσφραγιστῶν* Rem ipsam narrat Herodotus II. 38. et Diodorus Sic. I. 70. notat genus et nomen Schmidtius V. Cl. in Diss. De Sacerd. et Sacrif. Æg. p. 181.

363. C. *τὸν Ὦχον—ὄνον ἐπωνόμασαν*] Ælianus Var. Hist. IV. 8: *τὸν Ὦχον οἱ Αἰγύπτιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ ὄνον ἐκάλουν, τὸ ναθὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης ἐκ τῆς ἀσθενείας τοῦ ζάου διαβάλλοντες· ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος τὸν Ἄπιν πρὸς βίαν κατέθυσεν ὄνῳ.* Plura notavimus p. 355. C.

363. C, D. *τὰ Ἰουδαϊκὰ παρέλκοντες εἰς τὸν μῦθον.*] Asinum Judæis in deserto sitientibus fontem aquæ aperuisse, ut vulgo proditum memorat Plutarchus Sympos. IV. p. 670.

Digitized by Google

D. nec multum diverſe Tacitus Hiſt. V. 3. ſequens fere Manethonis narrationem nobis quidem cognitam ex Joſepho c. Apionem I. 26. ubi veſtigia etiam ſunt communionis Judæorum cum Typhone, quod urbem *Avarim* habitaverint, quæ κατὰ τὴν θεολογίαν ἄνωθεν Τυφώνιος habebatur. Plura de hoc argumento expoſuit Bochartus Hierozoic. P. II. p. 221. ſeq. attigit et Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 73. ſeq.

363. D. ἀπ' ἄλλης δὲ ἀρχῆς—ἀφανίζεται·] Citat Euſebius Præp. Evang. III. 3. ubi rectius pro δυναμένων legitur δοκούντων. Horum duo ſunt genera: prius hoc loco recenſens vocat τοὺς ἁπλουστάτους· alterum p. 364. A. dicitur οἱ σοφώτεροι τῶν ἱερέων· in utrorumque ratione vertitur tota interpretatio allegorica hujus fabulæ. Græcorum opinio de cognatis Κρόνου et χρόνου, Ἥρης et ἀέρος, de qua vid. Cicero Nat. D. II. 25, 26. ut nota ita verifimilis eſt: Ἡφαίστου γένεσιν, τὴν εἰς πῦρ ἀέρος μεταβολὴν, aliquanto magis exquiſitum et Heracliteum videtur, de quo dicemus ad De EI Delphico p. 392. C.

363. E. θρῆνός ἐστιν ἱερὸς ἐπὶ τοῦ Κρόνου—] Pro Κρόνου in omnibus tradito libris, verum eſſe Ὀσίριδος, res ipſa loquitur: hunc lugeri in feſto ſolitum, pervulgatum nec cuiquam ignotum eſt.

363. E. —τὰ μὲν ἐῶα τοῦ κόσμου πρόσωπον—δεξιοῖς·] Notavimus p. 359. D. et Quæſt. Rom. ωή'. p. 282. D.

363. E, F. θάλασσαν—ἀφοσιοῦνται—τῆς αἰτίας] Loco gemino eadem docet Plutarchus Sympoſ. VI. p. 685. A. VIII. 729. A. quos notavimus p. 352. F. Ut Ægyptii mare *ſpumam Typhonis* ita Empedocles *ſudorem terræ* nominavit, teſte Ariſtotele Meteorolog. II. 3. et Pſeudo-Plutarcho De Placit. Philoſ. III. 16.

363. F. ἰχθύϊ γράφουσιν· — μίγνυσθαι] Tuemur noſtram emendationem. Clemens Alexandr. Strom. V. p. 670. edit. Potter. ἐν Διοσπόλει τῆς Αἰγύπτου, ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ καλουμένου πυλῶνος, διατετύπωται παιδίον μὲν γενέσεως σύμβολον· φθορᾶς δὲ ὁ γέρων· θεοῦ τε αὖ ὁ ἱέραξ· ὡς ὁ ἰχθῦς μίσους· καὶ κατ' ἄλλο πάλιν σημαινόμενον, ὁ κροκόδειλος ἀναιδείας· φαίνεται τοίνυν συντιθέμενον τὸ πᾶν σύμβολον, δηλωτικὸν εἶναι τοῦδε· "Ὦ γινόμενοι καὶ ἀπο-

Digitized by Google

"γινόμενοι, θεὸς μισεῖ ἀναίδειαν." Quædam harum rerum ſigna annotavit Horapollo in Hieroglyph. v. c. *Accipitrem* I. 6. *Piſcem* I. 44. *Hippopotamum* I. 56. quod nomen in hoc Plutarchi loco legendum ἵππῳ ποταμίῳ, ut priore in parte: breviter attingit Ælianus Nat. Animal. VII. 19: ἀσεβέστατον δὲ ὁ ποτάμιος ἵππος, γεύσεται γὰρ τοῦ πατρός. Hanc lectionem pro crocodilo, et pro Dioſpoli *Saïn*, veriorem puto: in ſimili argumento citatam ſupra p. 354. B, C. et ſæpe aliis memoratam, Jablonſkio adhibitis Panth. Æg. P. I. p. 53. ſeq. Dioſpolis eadem quæ antiquitus *Thebæ*, Diodoro Sic. I. 15.

p. 364. A. —ἡ θάλαττα Κρόνου δάκρυόν ἐστι.] Clemens Alexandr. Strom. V. p. 571. B: τοιαῦτα καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ᾐνίσσοντο· Φερσεφόνης μὲν κύνας τοὺς πλανήτας, Κρόνου δὲ δάκρυον τὴν θάλασσαν ἀλληγοροῦντες. Plenius ex deperdito Ariſtotelis libro refert Porphyrius Vit. Pythag. §. 41: Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν—ὅτι τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει Κρόνου δάκρυον·—ubi pro nomine Κρόνου vulgo perperam legitur εἶναι· ut notavit Stanleius ad Æſchyli Agam. 139 et poſtea Jablonſk. Panth. Æg. Proleg. p. 114. de opinione Ægyptiorum differens.

364. A, B. πυῤῥόχρων—καὶ πάρωχρον.] Paronomaſia ut optimo cuique, ita Plutarcho, non infrequens; cujus in priore parte poſtulatur πυῤῥόχρουν ut ſupra 363. A. ubi plura de hac opinione notavimus.

364. B. τὸν δὲ Ὄσιριν—μιγνύμενον.] Sic ſupra p. 359. E. Quod Squirius monet πᾶν in Accuſativo caſu accipiendum, aut πάντα legendum eſſe, confirmatur per geminam Plutarchi ſententiam De Primo Frigido, p. 950. A: ὅτι δὲ οὐ τοῦ ἀέρος τὸ μέλαν, ἀλλὰ τοῦ ὕδατός ἐστιν, ἡ αἴσθησις ἐπιμαρτυρεῖ, τῷ μὲν ἀέρι μηδενὸς, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, μελαινομένου, τῷ δὲ ὕδατι πάντων· ἂν γὰρ τὸ λευκότατον ἐμβάλῃς ἔριον εἰς ὕδωρ ἢ ἰμάτιον, ἀναφαίνεται μέλαν καὶ διαμένει, μέχρις ἂν ὑπὸ θερμότητος ἐξικμασθῇ τὸ ὑγρὸν, ἢ τισιν στρέβλαις ἢ βάρεσιν ἐκπιεσθῇ. Aquam vulgo habitam eſſe nigram documento eſt illud Anaxagoræ de quo Cicero Acad. II. 31: *Anaxagoras album eſſe nivem non modo negabat, ſed ſibi, quia ſciret aquam nigram eſſe, unde illa concreta eſſet, ne videri quidem:* quod et Sextus

Digitized by Google

Emp. Pyrrhon. I. 33. memoravit, ubi alios laudat Fabricius.

364. B. ἡ δὲ πολίωσις] Ariſtoteles De Generat. Animal. V. 1: ἥτε γὰρ πολιότης, ἀσθένειά τίς ἐστι τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ καὶ ἀπεψία.

364. B. τὸ δὲ φθινόπωρον—] Autumnum laborare ὑγρότητος ἔνδειᾳ, novum ad nos accidit. Neque in Græciam valet, ubi teſte Hippocrate De Diæta Præf. hæc eſt ὥρη λίαν ψυχρή τε καὶ ὑγρή: neque in Ægyptum, quippe id eſt tempus ſtagnantis adhuc Nili, poſt cujus receſſum menſe Novembri demum agri ſeruntur. Igitur, niſi quid ſubeſt vitii in ſcriptura, ſententia accipienda eſt de vigore et copia humoris in animalibus et plantis.

364. B. Μνεῶν] Diodorus Sic. I. 21. Porphyrius ap. Euſeb. Præp. Evang. III. p. 127. C: Ἡλίῳ μὲν γὰρ καὶ Σελήνῃ βοῦς ἀνιέρωσαν· ἀλλ' ὅ γε Ἡλίῳ ἀνακείμενος ἐν Ἡλίου πόλει, καλούμενος Μνεῦις, βοῶν ἐστι μέγιστος, σφόδρα μέλας, μάλιστα ὅτι καὶ ὁ Ἥλιος ὁ πολὺς μελαίνει τὰ ἀνθρώπεια σώματα. Alii citati Jablonſkio Panth. Æg. P. II. p. 259. ſeq.

364. C. τὴν Αἴγυπτον — προσκεχώρηκεν·] μελάγγαιον dicit Ægyptum Herodotus II. 12. Plutarchus in Alexandro de urbis Alexandriæ initiis p. 679. F: ἐν πεδίῳ μελαγγείῳ poſitam tradit: Χημίαν Ægypto fuiſſe nomen Ægyptium, et vocis ſignificationem recte a Plutarcho notatam, tuetur Jablonſkius Collect. Voc. Æg. p. 404. Ægyptum cordi comparari, diſertius oſtendit Horapollo Hierogl. I. 22. et notavimus p. 355. A. Siniſtra plaga mundi eſt meridiana, ut modo vidimus p. 363. E.

364. C. πλοίοις ἀχήμασι χρωμένους] Clemens Alexandr. Strom. V. p. 566. C: Αἰγυπτίων οἱ μὲν ἐπὶ πλοίου, οἱ δὲ ἐπὶ κροκοδείλου τὸν Ἥλιον δεικνύουσι· σημαίνουσι δὲ ὅτι ὁ Ἥλιος δι' ἀέρος γλυκεροῦ καὶ ὑγροῦ τὴν πορείαν ποιούμενος γεννᾷ τὸν χρόνον· ὃν καινίσσεται ὁ κροκόδειλος διά τινα ἄλλην ἱερατικὴν ἱστορίαν· quod iiſdem fere verbis, ut ex Porphyrio excerptum refert Euſebius Præp. Evang. III. p. 115. C. item docente Antr. Nymph. X. p. 11. Jamblicho Myſt. Æg. p. 151. Huic opinioni affinis eſt alia Ægyptiorum opinio apud Heliodorum III. p. 148. ſeq. *Deos quaſi fluentes ferri.* Nata

Digitized by Google

indidem Græcorum fabula, *Herculem a Sole poculum accepisse in quo, ut navigio, veheretur:* ap. Athenæum XI. p. 469. seq. ubi plura de hoc argumento notavit Casaubonus. Attigit Cuperus Harpocrat. p. 14. et Jablonskius Panth. Æg. P. II. p. 103. Salmasii περιπολεῖν proprium est de astrorum motu, et Plutarcho usurpatum, p. 155. A. 417. B. 746. A. 926. D. 1107. B. Nec proximum ἀεὶ delendum cum Reiskio, utpote Plutarcho subinde sic adhibitum, ut propemodum abundare videatur: sic mox, 367. D. et p. 125. E, F. 723. C. 735. D. 778. D. 785. E. 797. A. 880. A. 1003. B. 1033. F.

364. C. γένεσιν] tuemur, repudiato Squirii κίνησιν offendente et nexum sententiæ et constructionem.

364. C. Ὅμηρον ὥσπερ Θαλῆν] Sæpe a posteris celebratum: Plato Theæteto p. 118. F. Aristoteles Metaphys. I. 3. Homericum est dictum Iliad. Ξ. 201. Nomen Τήθυν origine et significatione cum τιθηνουμένῃ conjunctum, Grammatica etiam ratio suadet. Ægyptiis placitum tribuit p. 365. C.

364. D. πρόεσιν] πρόθεσιν haud scio an aliquid patrocinii inveniat in antiquissima consuetudine qua litera θ multis vocabulis vel inserta vel præposita reperitur: veluti θάμα, θάτερος, pro ἅμα, ἄτερος· ῥυθμὸς, βαθμὸς, pro ῥυμὸς, βαμὸς, et plurima talia. Et in Iliad. A. 291. Τοὔνεκά οἱ προθέουσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι, ut nunc est, debet accipi pro προτιθέασι *proponunt*, ut Canterus Lect. Nov. I. 3. sed fortasse rectius censeatur esse forma sic aucta ex προέουσιν, verbi προΐα, quod productum in προΐημι usurpatur.

364. D. ΑΠΟΥΣΙΑΝ—εὑρέσεως] Notatio nominum Ὑῆς, υἱὸς, ὕδωρ, ὑγρὸς, analogiæ congruit; sunt enim ab ὕειν, *emittere, pluere:* quod item augetur in κύειν· ut ἴω in κίω, ἧλον in κῆλον, ἁρπάλιμος in καρπάλιμος, et alia similiter. Et ἀπουσία aliquando pro *emissione seminis* usurpatum colligitur ex Artemidoro I. 81. cujus verba reponit Suidas in Ἀπουσιάσει, ubi opportune Toupius Emend. Suid. T. III. p. 38. edit. secund. adhibuit hunc locum Plutarchi, vocabulum ἀπουσίαν hac significatione ut cognitum citantis, ceterum ut ἀπὸ ὑσίαν notantis; quamquam et ex ἀπὸ ἰσίαν con-

Digitized by Google

trahi potuit. ¡At *συνουσίαν* perperam ad eamdem originem revocat; siquidem manifesto est a *συνεῖναι, una esse.* Haud diffimiliter Diodorus Sic. III. 14. ex Agatharchide *ἀπουσίαν amissionem* notante Wesselingio. Causa diversæ significationis venit a diversitate originis, quæ est in verbis *εἶναι esse, ἰέναι ire, ἰέναι, mittere,* et nonnumquam una forma *εἶναι* et *ἰέναι* comprehenduntur: unde compositorum v. c. *ἀπεῖναι abesse, ἀπιέναι abire, ἀφιέναι dimittere,* nomina verbalia ex fœminino Participii Præsentis facta, nunc sunt *ἀπουσία absentia, ἄφεσις, dimissio, amissio:* at non exstat *ἀπιουσία abitus,* quod analogia desiderat, neque *ἐπιουσία adventus proximus,* cujus adjectivus est in parte orationis dominicæ qua dicitur *ἄρτος ἐπιούσιος,* quem vulgo dicunt *panem quotidianum,* qui ex ratione Grammatica est *victus in proximum quemque diem.* Ὕης cognomen Bacchi confirmatur a Suida in Voce, Etymologo iisdem verbis, nisi quod additur origo ducta ex verbo ὗειν: plura in eamdem rem dat Valesius ad Harpocrationem p. 101. Ὑγρασία habet auctoritatem consuetudinis, adhibitum a Plutarcho Opp. Mor. p. 627. E. 896. F. 903. D. 906. A. 907. C. 909. A. Diodoro Sic. I. 38. At ὕσις, ab analogia commendatum, in Lexicis caret exemplorum testimonio.

364. E. *ἀρχικλαμένουσαν.*] Tuemur *ἀρχηγὸν μὲν οὖσαν.* Reliquæ conjecturæ, v. c. Baxteri *ἀρχίλαν μὲν οὖσαν.* Palmerii Exercit. in Gr. Auct. p. 220. *ἀρχιπλάνην,* cujus masculina forma dicitur a Luciano in Toxari T. II. p. 547. de Scytharum ducibus. Cupero memorata Harpocrat. p. 95. Ortivinii, nescio cujus, *ἀρχικλαμυστοῦσαν.* Marklandi, *ἀρχιφλαμενίζουσαν,* vel *ἀρχιφλαμινίαν οὖσαν,* quod sane miror acutissimo homini excidisse. Sunt hæc omnino commenta, Sardorum instar venalium, aliud alio nequius. Quibus enumeratis *ἀρχηγὸν* probat Squirius, probatum etiam aliis et nobis, et confirmat simili Plutarchi loco Quæst. Græc. *ιβ'.* p. 293. E. ubi in rebus Delphicis dicitur *ἡ τῶν θυιάδων ἀρχηγός.* De *Clea* quædam annotavimus p. 242. E. et 351. C.

364. E. *θάπτοντες τὸν Ἆπιν—ὀργιασμοῖς*] Apidis sepultura p. 362. C. Jablonskius Panth. Æg. P. II. p. 201. seq.

Digitized by Google

Illud νεβρίδας περικαθάπτονται καὶ θυρσοὺς φοροῦσι, in Oſiridis et Bacchi comparatione ponit Diodorus Sic. I. 11. ubi videatur Weſſelingius.

364. F. Διὸ καὶ ταυρόμορφον—εἴρηκεν] Hæc partim gemino loco Quæſt. Gr. λς'. p. 299. A. tractata ſunt. Pertinet eodem verſus Euphorionis apud Schol. Arati 173. Ὑῆ ταυροκέρωτι Διονύσσῳ κοτέσασα. *Socratem* ſcriptorem annotavimus p. 245. D. Argivorum feſtum Bacchi, Sympoſ. IV. 671. E.

364. F. τὰ τιτανικὰ καὶ νὺξ τέλεια] νυκτέλια legendum certe, non item ſcribendum cenſuimus, omnibus libris in vulgato conſentientibus: expoſuimus vocabulum ad Quæſt. Rom. ριβ'. p. 291. A: τιτανικὰ referuntur ad Bacchum a Titanibus laceratum, de quo argumento notavimus p. 360. F.

p. 365. A. ὥσπερ εἴρηται] p. 358. A. 359. A.

365. A. καὶ Δελφοὶ—Λικνίτην] Apollinis et Bacchi etiam in tutela Delphici oraculi communionem, ſignificat Plutarchus De EI Delphico p. 388. E, F. uberius Macrobius Saturn. I. 18. p. 286. Λικνίτην Bacchi cognomen de quo Spanhemius ad Callimach. Hymn. Cer. 127. Albertius ad Heſych. in Voce. Delphicæ Thyades aliquoties memorantur Plutarcho p. 242. E. 249. E. 364. E. 953. C. Ariſtophani Nub. 605. Catullo Nupt. Pel. et Thet. 391. θυιάδες et θυάδες legitimæ ſunt formæ: hæc a θύω, illa ab hinc producto θυίω· de quo monuit Ruhnkenius noſter Epiſt. Crit. I. p. 51.

365. A. Πίνδαρος—ὀπώρας·] Verſus ita diſtincte legendos putem,

Δένδρων δὲ νόμον Διόνυσος πολυγαθὴς
Αὐξάνει ἀγνὸν φέγγος ὀπώρας·

Bis alibi citat Plutarchus levi cum varietate Sympoſ. VIII. p. 745. A. et Amator. p. 757. A. qui loci ad hujus exemplum corrigendi videntur: δένδρων dat Venetus: νόμον tuear, pro quo altero loco eſt τρόπον, et viri docti aliud malunt: ſi quid mutandum eſſet, malim γόνον· πολυγάθης, eſt *lætitiæ dator* ut Heſiodo Op. et D. 614. Δῶρα Διονύσου πολυγήθεος· et ipſe Pindarus in Fragm. ap. Lucian. T. III.

Digitized by Google

p. 525. quod ſupra tractavimus p. 348. A. Διονύσου πολυγάθεα τιμάν. Bacchus præeſt arboribus frugiferis, unde δενδρίτης cognominatur: apud Plutarchum Sympoſ. V. p. 675. F. Porphyrius ap. Euſeb. Præp. Evang. III. p. 109. D: τῶν δὲ ἀκροδρύων καὶ ὅλως τῶν φυτευτικῶν ἡ δύναμις, Διόνυσος ὀνομάζεται· III. C. 119. D. Cornutus De Diis XXX. p. 214: τῶν ἡμέρων δένδρων ἐπίσκοπος ὢν καὶ δοτὴρ θεός. Et verifimile eſt Latinum nomen *baccam* hinc ductum.

365. B. τὸ ὑδρεῖον—] Clemens Alexandr. Str. VI. p. 634. A. de Ægyptiorum ſacris: ὁ προφήτης ἔξεισι προφανὲς τὸ ὑδρεῖον ἐγκεκολπισμένος. Conf. Pignorius Expoſit. Tab. Iſiacæ p. 75. Cuperus Harpocrate p. 51.

365. B. τῷ ὑρίῳ βασιλέα —] Obſcura ſunt, ut monet Squirius; nec hujus interpretatione, qua βασιλέα Oſiridem intelligit, magis perſpicua fiunt: quamquam Oſiridem intelligendum nexus ſententiæ arguit, ratio tamen grammatica poſtulat βασιλέα Ὀσίριδα. Fortaſſe θρύῳ fuerit vera lectio, quod E θρύων præbet. Eſt enim θρύον *junci* genus, paluſtris herba; de quo Steph. Theſ. Gr. L. Append. p. 1059. Kuhnius ad Ælian. Var. Hiſt. V. 6. Albertius ad Heſych. Voce. et una fuit in partibus ſuffimenti κῦφι. 383. E.

365. B. Παμυλίων ἑορτὴν] Vide p. 355. E.

365. B. ἀρχὴ δὲ πᾶσα] Notabimus Adv. Stoic. p. 1077. A.

365. C. Τρισμάκαρες] Odyſſ. Z. 154.

365. C. Δεσμοὶ μὲν—] Odyſſ. Θ. 340.

365. D. Ἄπορις] Tractat fabulam Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 98. ſeq.

365. D. Δία—Αἰγύπτιοι τὸ πνεῦμα καλοῦσι] Sententia ſic accipienda: *Ægyptium nomen Jovis ſignificat etiam ventum.* Nomen Jovis Ἀμοῦν eſſe vidimus p. 354. C. cujus ſignificationes tractans Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 177. ſeq. hanc non adhibet.

365. E. χενόσιρις] Probat etymologiam Jablonſkius Collect. Voc. Æg. p. 400. juſtam et linguæ rationibus congruentem formam Σχενόσιρις oſtendens: nec tamen audiendus, quod in Plutarchi loco ita ſcribendum cenſet.

365. E. Ἀρίστων] Dicat quis, hunc eumdem eſſe Ari-

Digitized by Google

ſtonem Chium, ſiquidem ſcripſit κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων, ut notat Jonſius De Script. Hiſt. Phil. I. 12, 5. Plutarchus tamen cum addito hoc ὁ γεγραφὼς Ἀθηναίων ἀποικίας diſtinguere videtur ab aliis Ariſtonibus ſcriptoribus: quorum complures recenſet Diogenes Laert. VII. 164. ubi et hujus ex hoc loco ut unico, mentionem facit Menagius: alios etiam cognomines retulerunt Fabricius et ab eo citati B. G. II. p. 390.

365. E. Ἀλεξάρχου·] Hoc nomine *ſcriptor* citatur quis in Parallel. Min. p. 307. C. de quo Voſſius Hiſt. Gr. II. p. 319. et *Grammaticus* a Clemente Alexandr. Protrept. p. 36. A. Quis hic, quem quærimus, fuerit, non liquet.

365. E. Ἀρσαφὴς—ὀνόματος] Notationem vocis Ἀρσαφὴς probat Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 289. et Collect. Voc. Æg. p. 38. Squirius hoc nomen in Ἄσιρις mutandum cenſet, alioquin nil eſſe cauſſæ quare verba ἐν τῷ ἄλφα γράμματι λέγεσθαι. Quæ ipſa verba, ut inſititia et aliena delere jubet Reiſkius: temere quidem ille; quippe quæ ſtare poſſunt, utrumvis nomen legatur. Squirii Ἄσιρις veriſimile judicat eruditiſſimus vir A. I. Silveſtre de Sacy in Epiſt. De Inſcriptione Roſettana p. 30. teſte Tewatero ad Jablonſkii Collect. Voc. Æg. l. c. Nobis nunc nil mutandum videtur. Præpoſitionis ἐν in tali ſententia uſus, pro σὺν τῷ ᾱ γρ. colligitur ſimilibus exemplis v. c. Def. Orac. p. 415. C: λέγει γὰρ ἐν τῷ τῆς Ναΐδος προσώπῳ ubi plura notabimus. Vita Homer. §. 23. p. 296: ἐν γὰρ τῷ τοῦ Ἡφαίστου ὀνόματι τὸ πῦρ λέγει. §. 178. p. 380: ἐν τῷ αὐτῷ προσώπῳ διδάσκει· item §. 185. p. 384.

365. F. Ἑρμαῖος—Ὄσιριν·] Hujus ſignificationis rationes probat Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 148. corrigens ὄμβριον, ubi alias de origine et notione hujus nominis opiniones exponit: quibus adhibeatur omnino Tewateri noſtri annotatio ad Jablonſkii Collect. Voc. Æg. p. 188. Ἑρμαῖος a Plutarcho ſcriptum eſſe, arguit idem nomen iteratum p. 368. B. Alibi ſcriptorem non memoratum reperimus. Et quod Reiſkius ſuſpicabatur eumdem eſſe *Hermeam*, a Photio memoratum ſcriptorem rerum patriæ ſuæ Hermopolis, Cod. CCLXXVIII. p. 1596. videtur is poſterior eſſe

Digitized by Google

Plutarcho, siquidem omnes in eodem volumine scriptores fuerunt ex postrema ætate.

365. F. Μνασέαν.] Hæc est legitima hujus nominis forma: significatur *Mnaseas* non Colophonius ut putabat Squirius, sed nobilis ille Patarensis, ut monuit Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 251. multis Veterum memoratus, recensitus a Vossio Hist. Gr. I. 21.

365. F. Ἀντικλείδην—] Plutarchus inter scriptores rerum Alexandri M. recenset in Ej. Vita. p. 691. A. plura ejus scripta recensent Vossius Hist. Gr. III. p. 322. Fabricius B. G. II. p. 209.

365. F. Προμήθεως οὖσαν θυγατέρα] Videatur p. 352. A.

365. F. τὸν σείριον Ἴσιδος νομίζουσι, ὑδραγωγὸν ὄντα] *Et inter stellas Sirium adtribuunt Isidi, cum aquam ducat:* ita reddendum. Squirius contendit legendum esse Ὀσίριδος pro Ἴσιδος· quod nobis non probat. Nam quod Plutarchus infra p. 372. D. dicit εἰσὶ γὰρ οἱ τὸν Ὄσιριν ἀντικῦνα ἥλιον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι σείριον ὑφ' Ἑλλήνων λέγοντες εἰ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἡ πρόθεσις τοῦ ἄρθρου τοὔνομα πεποίηκεν ἀμφιγνοεῖσθαι· est hæc opinio Græcorum. Et quod idem Squirius citat dictum Eusebii Præp. Evang. I. p. 27. D: τῶν δὲ παρ' Ἕλλησι πάλαι μυθολόγων τινὲς τὸν Ὄσιριν Διόνυσον προσαγορεύουσι καὶ σείριον παρωνύμως, sunt hæc verba non Eusebii, sed Diodori Sic. I. 11. ac diserte ostendunt hanc Græcorum esse opinionem. At hoc loco manifeste Ægyptiorum opinio significatur: νομίζουσι, nimirum Ægyptii. Deinde sidus cœleste *Canem*, ab Ægyptiis Σῶθιν dici et Isidi adtribui, legimus et annotavimus p. 359. D. Hujus sideris duæ præ cæteris celebrantur stellæ, *Sirius* in primis illustris, et *Isis*, sed deæ Isidi totum sidus *Canis* erat dicatum, apud Ægyptios; *Sirium* apud eosdem Osiridi dicatum fuisse, non legimus: sed quare eum Plutarchus ὑδραγωγὸν dicat, rationem animadvertimus hanc quod *Nilum adducat*, quippe mense Epiphi, id est Julio, quo Sirius et omnino Canis dominari censentur, maxime redundantem. Conferatur Scholiastes Arati Phæn. 152 et 333. Eratosthenis Catasterism. XXXIII. Plutarch. Solert. Animal. p. 974.

Digitized by Google

F. Porphyrius De Antro Nymph. p. 265. Jablonſk. Panth. Æg. P. II. p. 45.

p. 366. A. *τὸν λέοντα τιμῶσι καὶ χάσμασι λεοντείοις—λέοντι.*] Plutarchus Sympoſ. p. 670. C: *κρῆναι δὲ καὶ καταχάσματα τῶν* (lege *κατὰ χασμάτων λεοντ.*) *λεοντείων ἐξίασι κρουνούς, ὅτι Νεῖλος ἐπάγει νέον ὕδωρ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις ἡλίου τὸν λέοντα παροδεύοντος.* Horapollo I. 21. Cuperus Harpocrat. p. 48. Jablonſkius Panth. Æg. P. I. 218. Schmidtius Opuſc. de Antiq. Æg. p. 47. Hæc animalium ſigna alii etiam apud Græcos fabri et artifices addebant januis et columnis, notante Dione Chryſ. Or. LXXX. p. 670. A:—*θύρας ἢ ὀροφὰς οἰκιῶν κατασκευάζοντες, ἕτερ' ἄττα μηχανῶνται φαίνεσθαι· λέγω δὲ οἷον θυρῶν ἐξοχαῖς θηρίων κεφαλὰς ἀπεικάσαντες, ἢ κιόνων ὁμοίας.* Arati eſt verſus Phænom. 351: *Ἡελίου τὰ πρῶτα συνεχομένοιο Λέοντι.*

366. A. *Ὧρος—κρᾶσις ἀέρος·*] Jablonſk. Panth. Æg. P. I. p. 206—210.

366. B. *περὶ Βοῦτον*] Notavimus p. 357. F.

366. B. *Νέφθυν—ἀποῤῥυέντος*] Rem attigimus p. 356. E. Vocabulum *ἀποῤῥυέντος* notandum, quod et ad Nilum et coronam refertur, quippe non ſolum *defluere*, ſed et *decidere* notat: quo ſenſu non infrequens eſt Plutarcho: ut diximus p. 199. A.

366. C. *τὸ παντελὲς*] Conjeci *ἁλιτενὲς*, *maritima, juxta mare extenſa* pars Ægypti: de qua voce videatur Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 211. Nec obeſt *στερρότητος ſoliditatis*, quod quis putet, quod illa pars Ægypti paluſtris fuit; nam hæc ob eam cauſſam quod mare ad ipſam alliditur *στερρὰ* poteſt dici. Niſi hoc placet, certe *παντελὲς* ſuſpectum manet: nec ſi legas *αὐτοτελὲς*, *terram per ſe ipſam omnem eſſe ſolidam:* nec ſi *στερρότητος* in *στειρότητος ſterilitatis* mutes, æque conſulas ſententiæ quam legendo *ἁλιτενὲς*, nec ea mutatione facile careas.

366. C. *βασιλὶς Αἰθιόπων*] Vide ſupra p. 356. B.

366. C. *τῶν ἐτησίων*] Cauſſas incrementi Nili ſimiliter Eteſiis ventis tribuit Democritus ap. Pſeudo-Plutarch. De Placit. Philoſ. IV. 1. diſertius etiam Ariſtoteles apud

Digitized by Google

Anonymum De Vita Pythagoræ §. 23. ut exploratum tradit.

366. D. μηνὸς Ἀθύρ] Vid. p. 356. C.

366. D. Ἴσιδος εἰκόνα] Correctionem qua *Isidis*, pro *Osiridis* nomine, nomen posuimus, tuetur et nexus orationis, et codicum auctoritas, et res ipsa. Bos et Terra sunt Isidis imagines: ut diserte Plutarchus p. 366. A, F. 363. D. Apuleius in pompa Isidis Metam. XI. p. 262: *erat et bos omniparentis Deæ fœcundum simulacrum.* Hanc bovem in festo luctu Osiridis ita obvelatam significat Herodotus II. 132: ἡ δὲ βοῦς τὰ μὲν ἄλλα κατακέκρυπται φοινικέῳ εἵματι· τὸν αὐχένα δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν φαίνει κεχρυσωμένα παχεῖ κάρτα χρυσῷ· μεταξὺ δὲ τῶν κεράων ὁ τοῦ ἡλίου κύκλος μεμιμημένος ἔπεστι χρύσεος· ἔστι δὲ ἡ βοῦς οὐκ ὀρθὴ, ἀλλ' ἐν γούνασι κειμένη· μέγαθος δὲ ὅσηπερ μεγάλη βοῦς ζωή· ἐκφέρεται δὲ ἐκ τοῦ οἰκήματος ἀνὰ πάντα τὰ ἔτεα, ἐπεὰν τύπτωνται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν οὐκ ὀνομαζόμενον θεὸν ὑπ' ἐμεῦ ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι· huc refertur et tabula picta in Herodoti editionibus huic loco addita, et narratio Plutarchi in qua βοῦν διάχρυσον intelligere oportet *statuam et signum bovis inauratæ.* Conf. Schmidtius De Sacerdot. Æg. p. 210. Forte cui in mentem veniat corrigere γῆς, quæ nobis non necessaria mutatio videtur; vulgata γῆν satis bonam sententiam præbente, *bovem etiam et terram putant esse imaginem Isidis.* Plane audacter et temere Squirius in contextum invexit, βοῦν γὰρ Ὀσίριδος εἰκόνα ἔμψυχον νομίζουσι. Nam quod Meziriacus annotavit, βοῦν γὰρ Ὀσίριδος, τὸ δὲ βυσσινὸν ἱμάτιον εἰκόνα γῆς νομίζουσι, suscepit ex Amyoto, qui sic ex conjectura vertit.

366. F. Τῇ δὲ ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα νυκτὸς ἐπὶ θάλατταν κάτεισι—] Rectius *κατίασι, descendunt.* Sed major est difficultas in numero. Nam quum luctus argumentum quatuor partes, ideoque dies totidem, haberet; non apparet quare tertio die festum ex lugubri in lætum mutaretur, præsertim quum diserte hic dictum sit, quatriduum ἐπὶ πένθει τῆς θεοῦ actum: neque aliunde constet, luctum perditi et gratulationem reperti Osiridis, eodem deinceps tempore celebrari consuevisse. Quam difficultatem Jablonskius in Nova Interpret. Tabulæ Isiacæ Opuscul. Vol. II. p. 257—262.

Digitized by Google

ita tractavit, ut magis in ea ostendenda quam expedienda nobis acumen suum probaret. Scilicet quod apud Epiphanium T. I. p. 451. D. legerat ἐν τῇ ἑνδεκάτῃ Τυβὶ κατ' Αἰγυπτίους πάντες ὑδρεύονται ὕδωρ καὶ ἀποτιθέασιν ἐν αὐτῇ τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν πολλαῖς πατρίσιν· hanc *aquationem* et eam supra dictam in ortu Osiridis a Pamyle factam p. 355. E. communicat cum ea quæ hoc narratur loco, eumque ita scribi debuisse censet τῇ ἑνδεκάτῃ μηνὸς Τυβὶ νυκτὸς ἐπὶ θάλασσαν κάτεισι. Quæ sane non est critica ratio, sed vis et mutandi libido, a reliqua viri doctrina et ratione abhorrens: quam item improbavit Sinnerus vir doctissimus in Catalogo Bibliothecæ Bernensis p. 43. Nos illud unum tenemus: si mensibus diversis festum utrumque actum fuerit, perdito quidem Osiridi convenisse mensem *Athyr* Novembrem, quo Nilus plane ex agris recessit: at reperto magis congruere Aprilem *Pharmuthi*, quo Nilus increscere incipit, quam *Tybi* Januarium. Sed prioris festi mensem fuisse *Athyr* novimus ex hoc loco: eumdem fuisse posterioris mensem festi, indidem teneremus, si locum hac in parte sanum esse constaret.

p. 367. A. θάλασσα γὰρ ἦν Αἴγυπτος] Herodotus II. 5. Diodorus Sic. II. 3. I. 39. et Wesselingio citati. Strabo XII. p. 810. C.

367. B. εὑρίσκεται μέχρι νῦν κογχύλια ἔχειν] Ex Herodoto II. 12: καὶ αὐτὸς οὕτω κάρτα δοκέω εἶναι, ἰδών τε τὴν Αἴγυπτον προκειμένην τῆς ἐχομένης γῆς, κογχύλιά τε φαινόμενα ἐπὶ τοῖς ὄρεσι, καὶ ἅλμην ἐπανθοῦσαν, ὥστε καὶ τὰς πυραμίδας δηλέεσθαι.

367. B. τὸ πέλαγος, καὶ τὴν θάλασσαν·] Non est mera repetitio ejusdem rei, sed diversarum distinctio et proprietatis observatio. Et sic alibi loquitur Plutarchus v. c. de Ægypto VII Sap. Conviv. p. 151. C: τοὺς ἐμβάλλοντας εἰς τὰ πελάγη ποταμοὺς ἐπισχεῖν ἕως αὐτὸς ἐκπίνῃ τὴν νῦν οὖσαν θάλασσαν. Camillo p. 136. B: τὴν μὲν γὰρ βόρειον θάλασσαν Ἀδρίαν καλοῦσιν—τὴν δὲ πρὸς νότον κεκλιμένην, ἄντικρυς, Τυρρηνικὸν πέλαγος. Antonio p. 919. B. Est enim θάλασσα mare ipsum dicta ab ἅλασσα, et ἁλς· πέλαγος pars maris appropinquans πελάζον terræ, eamque occupans. Subinde etiam promiscue usurpantur.

Digitized by Google

367. B, C. *τὴν Φάρον, ἣν Ὅμηρος ἴδει*] Odyſſ. Δ. 355. Strabo XII. p. 810. C.

367. C. *ὅμοια τοῖς ὑπὸ τῶν Στωϊκῶν θεολογουμένοις*—] Cicero Nat. Deor. II. 28: *Deus pertinens per naturam cujuſque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia, poterunt intelligi.* Sextus Empir. Pyrrhon. III. 118. Diogenes Laert. VIII. 147. Scriptor De Placit. Philoſ. I. 7. p. 881. F. ibique interpretes: Gatakerus ad M. Antonin. IV. 40. p. 125.

367. C. *Οἱ δὲ τοῖσδε τοῖς φυσικοῖς*] *Hi autem*, dicuntur *Ægyptii*; hos enim cum Stoicis comparat Plutarchus et horum opinionem diſerte prodit Sympoſ. VIII. 1. p. 718. B: *Αἰγύπτιοι—τὰς οὐσίας τῶν θεῶν ἐν ἀέρι καὶ πνεύμασι καὶ τισὶ θερμότησι καὶ ὑγρότησι τίθεσθαι.* Nemo interpretum recte vertit.

367. C. *σελήνην γόνιμον—βλαστήσεσι*] Exponit Jablonſkius Panth. Æg. P. II. p. 8. Conferatur et Plutarchus Sympoſ. III. 10.

367. D. *κεκληρωκότα*] Poterat vera lectio fuiſſe *συγκεκληρωκότα*· quamquam paſſiva forma uſurpatur *συγκληροῦσθαί τινι* alicujus rei participem fieri, ut in Ariſtide T. I. p. 146, 148, 521. II. 103, 211. Æliano Var. Hiſt. XI. 9. et reſtituendum VIII. 1. fortaſſe in activa forma et paſſiva ſignificatione dictum fuerit, ut *συλλαγχάνειν τινί*, de quo diximus p. 363. B.

367. D. *Τυφῶνα ΣΗΘ ἃς Αἰγύπτιοι καλοῦσιν*] Reponit p. 367. B. In nominis rationem inquirit Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 207. ſeq. Quod particulam *ἃς* mutandam vult Squirius in *οἱ*, aut delendam: non tenuit illam particulæ vim, quam ſupra notavimus p. 364. C.

367. D, E. *τῷ μὲν ἡλίῳ τὸν Ἡρακλέα—τῇ δὲ σελήνῃ τὸν Ἑρμῆν*·] De priore et Græcorum conſentit allegoria Herculem cum Sole communicans: de poſteriore ratio intelligitur quod Anubis perpetuus Iſidis et Oſiridis cuſtos idem ac Mercurius habitus eſt: videatur Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 192. et P. III. p. 12—15.

367. E. *Οἱ δὲ Στωϊκοὶ—ἀναθυμίασιν.*] Diogenes Laertius VII. 145: *τρέφεσθαι δὲ τὰ ἔμπυρα ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, τὸν*

Digitized by Google

μὲν ἥλιον ἐκ τῆς μεγάλης θαλάττης νοερὸν ὄντα ἄναμμα· τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποτίμων ὑδάτων, ἀερομιγῆ τυγχάνουσαν καὶ πρόσγειον οὖσαν· ὡς ὁ Ποσειδώνιος ἐν τῷ ἕκτῳ τοῦ φυσικοῦ λόγου· τὰ δ' ἄλλα ἀπὸ τῆς γῆς. Porphyrius Antr. Nymphar. XI. p. 257 : τοῖς δ' ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως, ἐδόκει· σελήνην δὲ ἐκ τῶν πηγαίων καὶ ποταμίων ὑδάτων· τοὺς δ' ἀστέρας ἀπὸ τῆς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως· κ. τ. λ. alia etiam notavit Menagius ad Diog. Laert. l. c.

367. E. Ἑβδόμῃ ἐπὶ δέκα — πανσέληνος] Decimo ſeptimo die menſis Athyr, luctum Oſiridis agere ac per quatriduum feſto celebrare, vidimus p. 366. D. Sed nec plena Luna pertinet ad obitum Oſiridis, quem potius decreſcente vel obſcurata Luna ſignificari par erat: nec dies decimus ſeptimus is eſt quo maxime Luna plena apparet, ſed is quo primum apparet eam aliquid ex rotunda figura amittere et initium facere decreſcendi. Igitur hic locus talem quamdam ſcripturam deſiderat, ἐν ᾗ μάλιστα γίνεται μετὰ τὴν πλήρωσιν μειουμένη κατάδηλος ἡ πανσέληνος. Ne quem in hac ſcriptura vocabulum μάλιστα offendat, reputantem non *potiſſimum et maxime* illa die Lunam apparere imminutam, ſed potius ſub novilunium: eſt hæc vis particulæ in ſignificando tempore quæ reſpondeat Latinæ *prope, fere, circiter, admodum:* v. c. in Platonis Critone initio, Socrates ex illo quærit Τί τηνικάδε ἀφῖξαι, ὦ Κρίτων, ἢ οὐ πρωΐ ἔτι ἐστι. ΚΡ. πανὺ μὲν οὖν. ΣΩΚΡ. Πηνίκα μάλιστα; ΚΡ. Ὄρθρος βαθύς. ſenſum exprimas, *quotum tempus maxime eſt.* Plutarchus Sylla p. 461. A: Μαρτίαις καλάνδαις, ἥτις ἡμέρα συμπίπτει μάλιστα τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. Antonio p. 648. E: ὁ δὲ Τίμων ἦν Ἀθηναῖος, ὃς καὶ γέγονεν ἡλικίᾳ μάλιστα κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον. Thucydides II. 57: ἡμέρας γὰρ τεσσαράκοντα μάλιστα ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀττικῇ ἐγένοντο. I. 14. Herodotus VIII. 65.

367. E, F: Διὸ καὶ τὴν ἡμέραν — τεμνόμενος] Solemne eſt nomen ἀντίφραξις in rebus Aſtronomicis de obſtructione Solis interjectu Terræ aut Lunæ: igitur potiſſimum de Solis aut Lunæ defectu ponitur a Plutarcho v. c. De Superſtit. p. 169. A. De Facie Lun. p. 932. C. Dione p. 968. A. et verbum item ἀντιφράττειν. At, ut hoc loco

Digitized by Google

dicitur, de numero usurparunt Pythagorici. Quorum commentum hoc arithmeticum hujusmodi est. Numerus ἐπίπεδος *planus* est qui fit multiplicandis duobus numeris: Numeri ἐπίπεδοι *plani*, sunt vel τετράγωνοι, *quadrati*, qui exsistunt numero per se ipsum multiplicando, v. c. bis duo sunt *quatuor*, ter tria sunt *novem*, quater quatuor sunt *sedecim*, et sic porro: vel sunt ἑτερομήκεις, *oblongi*, qui efficiuntur numero, non per se ipsum, sed per alium multiplicato, v. c. bis tria sunt, *sex*, bis quatuor sunt *octo*, ter quatuor *duodecim*, ter quinque *quindecim*, ter sex *duodeviginti*. Jam solus ex quadratis numeris *sedecim*, et ex oblongis *duodeviginti*, dicuntur τὰς περιμέτρους ἴσας ἔχειν τοῖς περιεχομένοις ὑπ' αὐτῶν χωρίοις, *areas æquales suis lineis ambientibus*: fit enim *quadratum* 16, hujus unumquodque latus est 4: fit *oblongum quadrangulum* 18, hujus alterna opposita latera sunt æqualia. v. c. duo habeant numerum 6, duo numerum 3. Ergo in quadrato 16, numerus hic 16 efficitur duobus modis: et κατὰ τὰς περιμέτρους, id est *addendo*, quatuor lineis ambientibus in unam summam colligendis, v. c. 4+4+4+4=16. et κατὰ τὰ χωρία i. e. *multiplicando*, areæ magnitudinem constituendo, v. c. 4×4=16. Eadem est ratio in numero 18; nam efficitur item et *additione* laterum, v. c. 3+3+6+6=18, et *multiplicatione* v. c. 3×6 =18. Hos igitur duos numeros 16 et 18, medius separat numerus 17 obtinens τὸν ἐπόγδοον λόγον *rationem sesquioctavam*, in duas partes inæquales sectus 8 et 9; hi enim duo numeri sunt in λόγῳ ἐπογδόῳ, habet quippe numerus 9 plus unam octavam partem numeri 8. In ultima parte hujus loci retineam διαιρεῖ, sic eum constituens,—ἀντιφράττει καὶ διαζεύγνυσιν ἀπ' ἀλλήλων καὶ διαιρεῖ, κατὰ τὸν ἐπόγδοον λόγον εἰς ἄνισα διαστήματα τεμνόμενος—*eos obstruit et disjungit et dividit, secundum sesquialteram rationem in partes inæquales dissectus*: hæ partes sunt 8 et 9. Cæterum hoc arithmeticum Pythagoreorum commentum, ut pleraque sane jejunum, in eo labitur, quod numerus 18 multiplicando etiam confici potest ex 2×9=18. neque ita laterum additione 18, sed 22 efficit.

367. F. Ἐτῶν δ' ἀριθμὸν οἱ μὲν βιῶσαι—] Supra narratum

Digitized by Google

p. 356. C. Cæterum, ne quis formam elegantiorem βιῶναι requirat, vulgatam βιῶσαι uſurpavit Plutarchus infra p. 660. E. 783. D.

p. 368. A. εἰς δεκατέσσαρα μέρη τοῦ Ὀσίριδος διασπασμόν] Attigimus ſupra p. 358. A.

368. A. τοὔνομα πολλὰ φράζει—ἀγαθοποιόν] De Etymologia et ſignificatione nominis videatur Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 144—154. Collect. Voc. Æg. p. 187. ibique Tewaterus noſter.

368. B. ΟΜΦΙΝ] Jablonſkius putavit Plutarchum ΡΟΜΦΙΝ ſcripſiſſe, Collect. Voc. Æg. p. 183. at Kocherus Obſ. Miſc. Nov. Tom. II. p. 304. vulgatam ſcripturam tuetur.

368. B. πρὸς τὰ φῶτα τῆς σελήνης—πανσέληνον] De menſuris adſcendentis Nili veteribus memorata retulit Jablonſkius Panth. Æg. P. II. p. 175, 237, 239. Plutarchum, tradentem viginti et octo cubitorum maximam Nili adſcenſionem, reprehendunt Squirius et interpretes Plinii H. N. V. 10: *maximum incrementum ad hoc ævi cubitorum decem et octo, Claudio principe*, narrantis. At plane cum Plutarcho conſentit teſtis, qui rem ipſe vidit, Ariſtides Orat. Ægypt. T. II. p. 361: τί δ' ἂν εἴποις περὶ τὴν ἀνάβασιν αὐτοῦ τάξιν καὶ μουσικήν; τὸ μὲν Συήνη μὲν καὶ Ἐλεφαντίνη ὀκτὼ εἴκοσιν αἴρεσθαι πήχεις· περὶ δ' αὖ τὸ Ἰνδικὸν καὶ Ἀράβιον ἐμπόριον, τὸν Κόπτον, ἕνα καὶ εἴκοσι· καὶ πάλιν τούτων ἀφαιρεῖν ἑπτὰ, καὶ τέτταρας καὶ δέκα ἄγειν τοὺς κατὰ Μέμφιν γνωρίμους, καὶ πρὸς οὓς Ἕλληνες ἤδη λογίζονται· κάτω δὲ ἐν τοῖς Ἕλλησιν εἰς ἑπτὰ καταβαίνειν, εἶτα δύο, ἤκουεν· quo loco corruptelæ ita ſunt corrigendæ, — τοὺς κατὰ Μέμφιν γνώμονας, πρὸς οὓς Ἕλληνες ἤδη λογίζονται· κάτω δὲ ἐν τοῖς ἕλεσιν εἰς ἑπτὰ κ. ε. δ. ἤ. *indices menſurarum, qui ſunt in Memphi: ſecundum quos Græci adſcenſionem Nili numerant, infra autem in paludibus ad ſeptem, deinde ad duo ſubſiſtere adſcenſionem.* Ergo et Plinius, ut Græci, computavit ſecundum menſuras Memphiticas, id eſt, medias. Sed in Plutarchi verbis, ἓξ πρὸς τὴν ὀγδόην, legendum eſſe ἑπτὰ π. τ. δ. *ſeptem, ad rationem dimidiatæ Lunæ*, et res ipſa arguit, et monuit Squirius. *Mendes* et *Xois*, ex Geographis cognitas urbes *inferioris* i. e. *paluſtris*

Digitized by Google

Ægypti, annotavit eruditiſſimus noſter Tewaterus ad Jablonſkii Collect. Voc. Æg. p. 138 et 444. *Xoitarum* dynaſtia fertur: de qua Marſham. p. 321.

368. B, C. Τὸν δὲ Ἄπιν εἰκόνα μὲν Ὀσίριδος—ὀργώσης] Videatur p. 359. B. 362. C. Sympoſ. VIII. 1: Αἰγύπτιοι τόν τε Ἄπιν οὕτως λοχεύεσθαί φασιν ἐπαφῇ τῆς Σελήνης· Herodotus III. 28: Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, καί μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἄπιν· ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος ὁ Ἄπις καλεόμενος σημεῖα τοιάδε· ἐὼν μέλας, ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον, ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου αἰετὸν εἰκασμένον, ἐπὶ δὲ τῇ οὐρῇ τὰς τρίχας διπλᾶς, ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ κάνθαρον. Hinc intelligitur quare a Plutarcho dicatur *atratus circum ſplendidas partes umbroſis tectus*. Adhibeatur Ælianus Nat. Animal. XI. 10. Jablonſkius Panth. Æg. P. II. p. 182.

368. C. τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Φαμενὼθ—] Reſpondet Martio menſi. De nominis etymologia ſuſpicionem ſuam ponit Jablonſkius Collect. Æg. Voc. p. 371. ubi quædam addit Tewaterus.

368. C. φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυν] Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 64.

368. D. τὸν Ὧρον· ἔστι δὲ οὗτος ὁ περίγειος κόσμος] Vid. p. 366. A. 367. A, B. Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 206.

368. E. ὁρίζων κύκλος—Ἀνουβις] Idem P. III. p. 26.

368. E, F. κύων—ἡ Ἑκάτη] Canem ſacrum eſſe Hecates conſtat, et vidimus p. 277. A, B. 280. B. 290. D. et notabimus p. 379. D.

368. F. Κρόνος—κύων—κυνὸς ἐπίκλησιν ἔσχεν.] Κρόνος et χρόνος ut nomine ita notione eſſe cognata oſtendimus p. 363. D. quo minus neceſſe eſt hoc pro illo reponere contra omnium conſenſum librorum, quod fecit Squirius. Etymologia vocis κύων *canis* a κύειν *parere*, *oſculari*, dum verisimilior adferatur, non eſt repudianda.

368. F. ἔτι δ' οὖν—ἑτέρων ζώων] Tenemus rationem in Emendatione proditam, ἔτι γοῦν—*Nunc quoque Anubidis cultoribus nefas eſt canem nominare*. Meziriacus quæ ad hunc locum notavit, quamquam non probo, non tamen ſilentio prætereunda puto: ſunt autem hæc: *Plutarchus hic quiddam poſuerat, quod adhuc facerent, qui Anubin colebant:*

Digitized by Google

quod cum videretur esse ex iis arcanis, quæ detegi fas non putabant, superstitiosus librarius id omisit, et pro eo ἀπόῤῥητόν τι notavit. Apin a Cambyse interfectum narrat Herodotus II. 29. et Ælianus N. A. X. 28. quod monuimus p. 355. C. Quod L. Pignorius in Expositione Mensæ Isiacæ p. 82. mendacii arguit Plutarchum, qui referat Canem divinos honores amisisse, quod Apidis a Cambyse projecti cadaver depastus esset, et testes citat auctores Canem postea quoque ab Ægyptiis divino cultu affectum esse; non recte intellexit Plutarchum hoc saltem declarantem, *Canem non amplius obtinuisse primum locum inter animalia divinis honoribus culta.*

p. 369. A. Δημόκριτος—καθ' Ἡράκλειτον] Democritum et Epicurum principia rerum *atòmos* habuisse constat. Stoicos materiam ἄποιον statuisse, novimus ex Diogene Laertio VII. 134. Plutarch. Adv. Stoic. p. 1085. B, C, F. 1086. A. aliisque: idque Stoicis maxime in origine mali explicanda obfuisse, quum eam non in materiam ut ἄψυχον et ἄποιον referre possent, Platoni rectius cessisse, docet Plutarchus De Animæ Procreat. in Timæo p. 1015, 1016. quamquam et ipse materiam ἄποιον reliquit, non tamen ἄψυχον fecit. Iidem πρόνοιαν et εἱμαρμένην dicebant περιγεννητικὴν ἁπάντων apud Plutarchum De Stoic. Repugn. p. 1055. E. Eodem pertinet illud Ciceronis Stoicos reprehendentis sub Cottæ persona Nat. Deor. III. 39: *Vos enim ipsi dicere soletis nihil esse quod Deus efficere non possit et quidem sine labore ullo: ut enim hominum membra nulla contentione, mente ipsa et voluntate moveantur, sic numine Deorum omnia fingi, moveri, mutarique posse. Neque id dicitis superstitiose et aniliter, sed physica constantique ratione: materiam enim rerum, ex qua et in qua omnia sint, totam esse flexibilem et commutabilem; ut nihil sit quod non ex ea quamvis subito fingi convertique possit: ejus autem universæ fictricem et moderatricem divinam esse providentiam: hanc igitur, quocumque se moveat, efficere posse quidquid velit. Itaque aut nescit quid possit: aut negligit res humanas: aut quid sit optimum, non potest judicare.* Heracliti παλίντονος ἁρμονία, harmonia *in adversum tensa*, facile intelligitur quomodo arcui et lyræ

Digitized by Google

congruat, quippe illi nervus oppositus est, huic chordæ; ut effectus et officium utriusque per partium repugnantiam exsistat: citat Plutarchus De Animi Procreat. p. 1026. B. Plato Sympos. p. 321. A. Porphyrius Antro Nymph. XXIX. p. 27. eodem spectat. Plutarchi sententiam docte ac subtiliter vindicat Bælius Diction. Hist. et Crit. Voc. *Zoroastre*, minus recte acceptam a Cudwortho Systems. Intellect. IV. 13. p. 230. sequ.

369. B. κατ' Εὐριπίδην] Notavimus p. 25. C.

369. B. ἐκ θεολόγων καὶ νομοθετῶν εἰς ποιητὰς καὶ φιλοσόφους] Auctores opinionis de Deo ejusque cultu triplicis generis tradit Plutarchus in Amatorio p. 763. C. *legislatores, poëtas, philosophos:* in quo eum sequitur Scriptor de Placitis Philos. I. 6. p. 879. F. Item pronunciavit Varro, cujus argumenta refert Augustinus De Civ. Dei VI. 5—8. Eusebius Præp. Ev. IV. p. 130. A—D. His quartum genus, *theologorum*, h. l. additur, haud temere; siquidem hi a philosophis distinguendi sunt, ac dudum ante eos fuerunt; indeque ab antiquissimis temporibus honore floruerunt, veluti Orpheus, Musæus, Linus, et ante hos alii, quorum nomina oblivio obruit. De hoc genere monuimus p. 360. D—F. Aliam distributionem hujus argumenti facit Dio Chrys. Or. XII. p. 205. A, B. 206. C. 207. D. ponens primo loco τὴν ἔμφυτον δόξαν, *notionem innatam*, tum tria illa doctorum genera, *legislatores, poetas, philosophos:* his quartum addens *signorum opifices*, pictores, statuarios, sculptores, similes.

369. B. φήμαις] Hæc est notio, quæ a nobis, in Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 59. definitur, *auctoritas, qua narrationes antiquitus traditæ, sive veræ, sive fictæ, ad popularem religionem consecrantur.* Locis illic appositis addantur Platonis Leg. II. p. 580. E: μυθολόγους διὰ θείας φήμης, male a Ficino redditum, Pausaniæ VIII. 32. p. 667: τῷ δὲ Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Εἰλειθυίᾳ πρόσεστιν ἐξ ἐπῶν τοῦ Ὁμήρου φήμη. Philosophorum sunt λόγοι: Poetarum λόγοι et φῆμαι: Theologorum et Legislatorum, λόγοι, φῆμαι, τελεταὶ, θυσίαι.

369. B, C, D. ὡς οὔτ' ἄνουν — δεχόμενος.] Sententia uno

Digitized by Google

nexu longius continuata, nonnihil obſcuritatis ſuſcepit, quam vertendo ad probabilem perſpicuitatem redegit Xylander, in Græcis quoque juvandam, puncto inter ἀγαθοῖς et μᾶλλον mutato in comma. Rara eſt hæc poteſtas *activa* nominis πειθήνιος, *perſuadendi vim habens, efficax obedientiæ*, ut ſemel apud Plutarchum legitur De Virt. Mor. p. 442. C. Dolia Jovis prodita ſunt Iliad. Ω. 527. inde aliis memorata, Platoni Rep. II. p. 430. E. Syneſio Provid. p. 126. A. Proclo in Heſiod. p. 35. quem in hoc argumento citavimus ad Ser. Num. Vind. p. 34. Tum κατ' εὐθεῖαν ὑφηγούμενος ex Platone fluxit, Leg. IV. p. 600. G: ὁ μὲν δὴ θεὸς—ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθεῖαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. Et illud, δυεῖν ἀντιπάλων δυνάμεων τῆς μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ—τῆς δ' ἔμπαλιν ἀναστρεφούσης—pertinet ad dictum in Timæo p. 528. G: τὴν μὲν δὴ ταυτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε· τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον, ἐπ' ἀριστερά.

369. D. ὅ, τε βίος μικτὸς, ὅ, τε κόσμος εἰ καὶ μὴ πᾶς, ἀλλ' ὁ περίγειος οὗτος καὶ μετὰ σελήνην] Et ſententia et dictio auctoritatem habet. Plato Theætet. p. 128. E: Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε, ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη, οὔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι· τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. Anonymus De Vita Pythag. §. 11. edit. Kuſter. p. 1315. apud Phot. Biblioth. edit. Schott.—τὴν δὲ τάξιν μέχρι σελήνης σώζεσθαι, τὰ δὲ ὑπὸ σελήνην οὐκέτι ὁμοίως· ἐξ ἀνάγκης δέ ἐστι καὶ ἡ κακία εἰς τὸν περὶ γῆν τόπον· ἅτε δὴ πυθμένος λόγον ἐπεχούσης τῆς γῆς πρὸς πάντα τὸν κόσμον, καὶ πρὸς ὑποδοχὴν ὑποστάθμης οὔσης ἐπιτηδείας· καὶ πάντα μὲν τὰ ἄλλα μέρη κατὰ τὴν πρόνοιαν καὶ τὴν βεβαίαν τάξιν, καὶ τὴν εἱμαρμένην τοῦ θεοῦ ἑπομένην αὐτῷ φασι διοικεῖσθαι· τὰ δὲ μετὰ τὴν σελήνην τέταρτον αἰτίας, (leg. τέταρσιν αἰτίαις cum Photio), κατὰ θεὸν, καθ' εἱμαρμένην, κατὰ προαίρεσιν ἡμετέραν, κατὰ τύχην—. Plutarchus Symp. IX. 14. p. 745. B: τοῦ κόσμου τριχῇ πάντα νενεμημένου, πρώτην μὲν εἶναι τὴν τῶν ἀπλανῶν μερίδα, δευτέραν δὲ τὴν τῶν πλανωμένων, ἐσχάτην δὲ τὴν τῶν ὑπὸ σελήνην. Defect. Orac. p. 438. D. Cicero Somn. Scip. 4: *infra autem* (*Lunam*) *jam nihil eſt niſi mortale et caducum, præter animos generi hominum, munere deorum, datos: nam*

Digitized by Google

ea quæ eſt media et nona, tellus, neque movetur, et infima eſt, et in eam feruntur omnia ſuo nutu pondera.

369. D. ΘΕΟΝ—ΔΑΙΜΟΝΑ] De horum differentia nominum ſimilem ſignificationem a Græcis uſurpari, ſupra vidimus p. 360. D—361. Delendum γὰρ ante ἀγαθῶν, ut hinc ortum.

369. D—370. C. ὥσπερ Ζωρόαστρις ὁ Μάγος—] Hanc Magorum doctrinam, nominaque Numinum expoſuit Th. Hydeus De Relig. Perſ. Cap. IX. p. 161—164. Ex Veteribus breviter de Zoroaſtre ejuſque placitis et ætate Plinius H. N. XXX. 2. Diogenes Laert. Procem. §. 8. iſque ex iiſdem, unde Plutarchus, auctoribus: qui, ut hoc loco omnium copioſiſſime et religionem et fabulas narravit, ita rem verbo attigit De Animi Procreat. p. 1026. B. et ſupra Qu. Rom. XXVI. p. 270. D. Porphyrius Vit. Pythag. §. 41. ubi alios etiam auctores citat Ritterſhuſius, ut item Menagius ad Diog. Laert. l. c. Scaliger ad Euſeb. p. 15. Cudworthus Syſtem. Intellect. T. I. p. 320. ſeq. Stanleius Hiſt. Phil. T. II. p. 1164. Bruckerus Hiſt. Crit. Philoſ. T. I. p. 171. Baylius Dictionar. Voc. *Zoroaſtre*: poſtremus etiam editor libelli Porphyriani De Antro Nympharum Goenſius p. 91. Scripturam Ζωρόαστρις retinui ut hoc loco ab omnibus proditam: quamquam et Plutarcho alibi, et omnibus ſcriptoribus Ζωροάστρης dicitur.

369. E. ἐδίδαξε μὲν τῷ—] Legendum, vel cum Bentleio, καὶ ἐδίδαξε τῷ μὲν—: vel cum Meziriaco et Squirio, ἐδίδαξε δὲ τῷ μὲν—.

369. F. τοῦ δὲ φαύλου τοὺς ἐνύδρους εἶναι] Squirius edidit τ. δ. φ. μῦς ἐν. εἶναι, inductus gemino Plutarchi dicto Symp. IV. 5. p. 670. D: τοὺς δὲ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγους τιμᾶν μὲν ἐν τοῖς μάλιστα τὸν χερσαῖον ἐχῖνον, ἐχθαίρειν δὲ τοὺς ἐνύδρους μῦς, καὶ τὸν ἀποκτείναντα πλείστους θεοφιλῆ καὶ μακάριον νομίζειν. Nec ulla eſt neceſſitas ut ſtatuamus ſcriptorem utroque loco plane idem ſcribere debuiſſe: nec, ſi ita eſſet, hac minus proba compoſitione μῦς ἐνύδρους, ſed rectius τοὺς ἐνύδρους μῦς, aut τοὺς μῦς τοὺς ἐνύδρους dediſſet.

369. F. ἐκεῖνοι πολλὰ μυθώδη περὶ θεῶν λέγουσι·] Similes his ſunt et fortaſſe hinc fluxerunt Gnoſticorum theogoniæ,

Digitized by Google

veluti *Baſilidis*, *Valentiniani*, apud Epiphanium De Hæreſib. II. 24, 31. *Carpocratis*, *Ptolemæi*, aliorum, quorum res et opiniones conſcripſit ex recentioribus in primis Beauſobrius in Hiſtoria Manichæiſmi.

p. 370. A. —*θεοὺς εἰς ᾠὸν ἔθηκεν*] Cognata hæc opinio fabulæ Orphicæ, ovum principium rerum facienti, proditæ a Plutarcho Symp. II. 3. p. 635. E. 636. D. indeque repetitæ a Macrobio Sat. VII. 16. p. 638. Athenagoras Legat. Pro Chriſtian. p. 18. B. Damaſcius De Principiis, Excerpt. in Wolfii Anecdot. Græcis T. III. p. 252. Et apud alios populos viguit opinio ut affirmat Eſchenbachius in Epigene Orphic. p. 111—113. Baylius in Voce *Arimanius*. Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 42. ſeq. Opuſc. II. p. 315.

370. C. *Θεόπομπος δέ φησι*—] Credibile eſt hoc Theopompum prodidiſſe Hiſtoriæ Philippicæ libro VIII. unde ejuſdem de Magis auctoritatem adhibet Diogenes Laert. Procem. §. 8. In conjuncto eum argumento citat Æneas Gazæus Dialog. De An. Immortal. p. 77: *ὁ δὲ Ζωροάστρης προλέγει, ὡς ἔσται ποτὲ χρόνος ἐν ᾧ πάντων νεκρῶν ἀνάστασις ἔσται· οἶδεν ὁ Θεόπομπος ὃ λέγω·* ubi notanda vis verbi *οἶδεν*, *novit*, pro *refert*, *teſtis eſt*: de qua dicemus ad Romul. p. 24. A. Animam non umbram jacere et Magis traditum et cum aliis commune placitum, attigimus ad Ser. Num. Vind. p. 564. C. ubi plura addemus.

370. B. *Θεόπομπος δέ φησι κατὰ τοὺς Μάγους*—] Anquetilius Perronius in notis ad Zend-aveſtam T. II. p. 420. ex Chronico Hamzahi Hiſpahanenſis citat traditam antiquitus opinionem Deum ſummum huic mundo duodecim mille annos durationis conſtituiſſe: tribus millibus primis et alteris liberum a malo fuiſſe: ſepties milleſimo Arimanium veniſſe et mala bonis admiſcuiſſe. Memorat idem hunc Theopompi locum.

370. C. *Χαλδαῖοι δέ*—] Diſerte Chaldæis aſſignat Sextus Empir. Adverſ. Mathem. V. 29: *τῶν δὲ ἀστέρων ἐνίους μὲν ἀγαθοποιοὺς εἶναι λέγουσιν, ἐνίους δὲ κακοποιούς, τινὰς δὲ καὶ κοινούς· οἷον ἀγαθοποιοὺς μὲν τὸν τοῦ Διὸς καὶ τὸν τῆς Ἀφροδίτης· κακοποιοὺς δὲ τὸν τοῦ Ἄρεος καὶ Κρόνου· ἐπίκοινον δὲ τὸν τοῦ Ἑρ-*

Digitized by Google

μοῦ. In mediis et communibus variatur, aliis alios ex tribus reliquis numerantibus: v. c. Macrobius Somn. Scip. I. 29. auctorem citans Ptolemæum in Harmonicis, qui locus exstat III. 16. sed magis congruentes ad præsentem rem, idem exponit in Tetrabiblo I. 5. p. 17. ac disertius etiam hujus Paraphrastes Proclus I. 5. p. 28. Marklandus volebat scribi οὓς * καλοῦσι, quasi quid excidisset. Mihi quidem non persuadet. Sententia constat: *Chaldæi autem putant, Planetas deos esse, quos vocant, eorumque duos beneficos* cet. Neque tamen dissimulo, mihi aliquando duriorem compositionem visam et tale quid in mentem venisse —τῶν πλανητῶν, οὓς θεοὺς γενεθλίους καλοῦσι, δύο μὲν ἀγαθουργούς κ. τ. λ.—

370. C. τὰ δὲ Ἑλλήνων] Popularis Græcorum opinio a Poetis et Legum latoribus profecta. Dii χθόνιοι et ὀλύμπιοι sive οὐράνιοι passim opponuntur: veluti a Plutarcho Defect. Orac. 416. E. Prim. Frig. 949. Qu. Rom. 270. A. ubi quædam annotavimus: 290. D. Porphyrio Antr. Nymph. §. 6. Pro ἀποτροπαίου legendum ἀποτρόπαιον, scilicet μερίδα, assentior Marklando. Utriusque deorum generis diversitatem ex vulgari opinione notat Isocrates Orat. Philipp. p. 181: ὁρῶ—καὶ τῶν θεῶν τοὺς μὲν τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν αἰτίους ὄντας, ὀλυμπίους προσαγορευομένους· τοὺς δ' ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς καὶ ταῖς τιμωρίαις τεταγμένους, δυσχερεστέρας τὰς ἐπωνυμίας ἔχοντας· καὶ τῶν μὲν καὶ τοὺς ἰδιώτας καὶ τὰς πόλεις, καὶ νεὼς καὶ βωμοὺς ἱδρυμένας· τοὺς δὲ οὔτ' ἐν ταῖς εὐχαῖς, οὔτ' ἐν ταῖς θυσίαις τιμωμένους, ἀλλ' ἀποπομπὰς αὐτῶν ἡμᾶς ποιουμένους. Harmonia, Martis et Veneris filia, Cadmi uxor, nota in fabulis: Apollodorus III. 4. Pausanias IX. 5. Hyginus Fab. VI. alii quos ibi citant Interpretes.

370. D. Ἡράκλειτος—ἐξευρήσειν] Tria sunt diversa Heracliti dicta. Primum, πόλεμος πατὴρ καὶ κύριος πάντων· quod item Heracliti nomine memorat Proclus in Tim. Plat. I. p. 24. fine auctore ut proverbium Lucianus De Conscrib. Hist. T. II. p. 4. Icaromenippo p. 759. unde in Adagiis exhibuerunt Erasmus p. 519. et Collector Stromatei ap. Schottum 1114. Alterum, reprehensionem Homerici versus Iliad. Σ. 107. ubi Scholiastes Venetus: Ἡράκλειτος

Digitized by Google

τὴν τῶν ὄντων φύσιν κατ' ἔριν συνεστάναι νομίζων μέμφεται Ὁμήρῳ, σύγχυσιν κόσμου δοκῶν εὔχεσθαι. Item Aristoteles Eudem. VII. 1: Ἡράκλειτος ἐπιτιμᾷ τῷ ποιήσαντι, Ὡς ἔριδος ἐκ τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. Οὐ γὰρ ἂν εἶναι ἁρμονίαν, μὴ ὄντος ὀξέος καὶ βαρέος, οὐδὲ τὰ ζῶα ἄνευ θήλεος καὶ ἄῤῥενος ἐναντίων ὄντων. Ad hoc placitum Heracliti oſtendendum looo gemino Plutarchus De Anim. Procreat. p. 1026. B. illius παλίντροπον ἁρμονίην κόσμου ὅκωσπερ λύρης καὶ τόξου adhibuit, de qua diximus p. 369. A. Et πόλεμον Heraclito cum Empedocli communicat De Solertia Animal. p. 964. D. Tertium eſt dictum, ἥλιον δὲ μὴ ὑπερβήσεσθαι—quod ſincerius exſtat apud eumdem Plutarchum De Exilio p. 604. A: ἥλιος γὰρ οὐχ ὑπερβήσεται μέτρα· φησὶν ὁ Ἡράκλειτος· εἰ δὲ μή, ἐρίννυες μιν δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσιν.

370. E. Ἐμπεδοκλῆς δὲ—.] Empedoclis ſatis pervulgata opinio, quatuor elementis duas contrarias vires præficiens φιλίαν conjungentem, et νεῖκος disjungentem. Multi ſunt auctores: in his ſolennis Diogenes Laert. VIII. 76. ubi ab interpretibus alii etiam citantur, quibus Daviſius ad Ciceronem De Nat. Deor. I. 12. addi jubet Achillem Tatium Iſagog. in Arat. p. 125. id eſt ed. Petav. Uranolog. §. 3. p. 75. Cyrillum Adv. Julian. II. p. 67. Plutarchum Placit. Philoſ. I. 3. ubi alios porro memorat Corſinus: et plures adferri poterant; et omnes adferre infinitum eſt. Ipſa Empedoclis verba hoc loco prodita ſuis auctoritatibus ſtabilienda ſunt. Igitur alter exſtat apud Plutarchum De Anim. Tranquillit. p. 474. B: Δῆρις θ' αἱματόεσσα, καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις· ut reſtituimus ex codicibus pro ἱμερῶπις, monitum jam a Bentleio Epiſt. ad. Mill. p. 17. etiam hoc loco legendum eſſe καλεῖ θεμερῶπιν; et reſtituiſſemus, niſi omnes libri in vulgata lectione conſenſiſſent. Νεῖκος οὐλόμενον eſt in illis decantatis verſibus:

Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ ἠέρος ἄπιον ὕψος
Νεῖκός τ' οὐλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντη,
Καὶ Φιλότης μετὰ τοῖσιν, ἴση μῆκός τε πλάτος τε·

quæ cum cæteris apponit H. Stephanus in Poeſi Philoſopha p. 21. præſcripta auctoritate ex *Plutarcho et aliis*: illius eſt De Plac. Philoſ. I. 3. *alii* autem ſunt Sextus

Digitized by Google

Empir. Adverſ. Mathem. X. 315—317. Clemens Alex. Strom. VI. p. 624. D. Simplicius in Ariſtot. Phyſ. p. 6. Stobæus Eclog. Phyſ. p. 286. edit. Heeren.

370. E. Οἱ δὲ Πυθαγορικοὶ —] Ex Ariſtotele ſumtum Metaphyſ. I. 5: Πυθαγόρειοι—τὸν ἀριθμὸν νομίζοντες ἀρχὴν εἶναι, καὶ ὡς ὕλην τοῖς οὖσι, καὶ ὡς πάθη τε καὶ ἕξεις· τοῦ δὲ ἀριθμοῦ στοιχεῖα, τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν· τούτων δὲ τὸ μὲν πεπερασμένον, τὸ δὲ ἄπειρον· τὸ δὲ ἓν δὴ ἐξ ἀμφοτέρων εἶναι τούτων· καὶ γὰρ ἄρτιον εἶναι καὶ περιττόν·—ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας· πέρας, ἄπειρον· περιττὸν, ἄρτιον· ἓν, πλῆθος· δεξιὸν, ἀριστερόν· ἄῤῥεν, θῆλυ· ἠρεμοῦν, κινούμενον· εὐθὺ, καμπύλον· φῶς, σκότος· ἀγαθὸν, κακόν· τετράγωνον, ἑτερόμηκες. Adde ſcriptorem De Placit. Philoſoph. I. 7. p. 881. D. Porphyr. Vit. Pythag. §. 49, 50. Anonymum Vit. Pyth. §. 3, 4. Stanleium Hiſt. Philoſ. p. 719. Bruckerum T. I. p. 1049.

370. E. Ἀναξαγόρας δὲ νοῦν καὶ ἄπειρον] Neque hunc facile quiſquam ignorat rerum omnium deſcriptioni Νοῦν effectorem et ordinatorem præfeciſſe: teſtes ſunt Plato, Ariſtoteles, Cicero Nat. Deor. I. 11. Diogenes Laert. II. 8. utrobique plurimi a Daviſio et Menagio citati. Scriptor De Placitis Phil. I. 3. Valckenarius in Diatribe de Fragm. Euripid. V. p. 40. Interpretationem loci Ciceroniani nuper in ſchola huic operi deſtinata tractavimus: nunc apponere non attinet. Minus vulgo animadverſum ἄπειρον Anaxagoræ, nec a Bruckero quidem oſtenſum. Eſt hæc materia, quam Νοῦς ordinavit, conſtans ὁμοιομερείαις, partibus ſimilaribus, iiſque *infinitis*. Notavit Ariſtoteles Phyſic. I. 4, 6. III. 4. Lucretius I. 830—844: *Nunc et Anaxagoræ ſcrutemur homœomeriam:—Nec tamen eſſe ulla parte idem in rebus inane Concedit, neque corporibus finem eſſe ſecandis.* Cicero Acad. IV. 37: *Anaxagoras materiam infinitam: ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas; eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas mente divina.*

370. E. Ἀριστοτέλης δὲ τὸ μὲν εἶδος τὸ δὲ στέρησιν] Atqui his commune in quo ambæ verſentur ſubſtratum dat ὕλην *materiam* Phyſic. I. 7, 8. Plutarchus, qui dicitur, De Placit. Philoſ. I. Moſhemius in notis ad Cudworthum λεπτολογῶν

Digitized by Google

reprehendit Plutarchum in commemoratione Anaxagoræ et Ariſtotelis. Atqui haud temere cenſentur in iis qui contraria principia ſtatuerunt; idque Plutarcho ad propoſitum ſatis erat.

370. E, F. Πλάτων δὲ—] Forma ἐπιλυγιζόμενος proba habenda, ut oſtendit Ruhnkenius ad Tim. Voc. Ἐπηλυγάζονται p. 119. et hoc loco libri omnes in vulgata conſentiunt, et Xylander ac Squirius non niſi ſuo ipſi judicio ἐπηλυγιζόμενος ſubſtituerunt. Nomina ταυτὸν et θάτερον frequentia ſunt Platoni in Timæo p. 528. D. et ſequ. Ἐν δὲ τοῖς Νόμοις ſpectat ad Leg. X. p. 669. B. ΑΘΗΝ. Ἆρ' οὖν τὸ μετὰ τοῦτο ὁμολογεῖν ἀναγκαῖον τῶν τε ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι ψυχὴν καὶ τῶν καλῶν, καὶ κακῶν καὶ αἰσχρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ πάντων τῶν ἐναντίων; εἴπερ τῶν πάντων γε αὐτὴν θήσομεν αἰτίαν. ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΑΘΗΝ. Ψυχὴν δὴ διοικοῦσαν καὶ ἐνοικοῦσαν ἐν ἅπασι τοῖς πάντη κινουμένοις μῶν οὐ καὶ τὸν οὐρανὸν ἀνάγκη διοικεῖν φάναι; ΚΛ. Τί μήν; ΑΘΗΝ. Μίαν ἢ πλείους; ΜΕΓ. Πλείους· ἐγὼ ὑπὲρ σφῶϊν ἀποκρινοῦμαι. ΑΘΗΝ. Δυοῖν μὲν γέ που ἔλαττον μηδὲν τιθῶμεν, τῆς τε εὐεργέτιδος, καὶ τῆς τἀναντία δυναμένης ἐξεργάζεσθαι. Quod poſtremum dicit Plutarchus, ἀπολείπει δὲ καὶ τρίτην—pertinet ad Tim. p. 528. D. mediam illam ex duabus contrariis mixtam materiam, τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης οὐσίας, καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος·—hinc animam fecit Deus. Atque aliis etiam locis eamdem celebrat ſententiam: veluti Politico p. 175. A: τὸν κόσμον μήτε αὐτὸν χρὴ φάναι στρέφειν ἑαυτὸν ἀεί, μήτ' αὖ ὅλον ἀεὶ ὑπὸ θεοῦ στρέφεσθαι διττὰς καὶ ἐναντίας περιαγωγάς· μήτ' αὖ δύο τινὲ θεὼ φρονοῦντε ἑαυτοῖς ἐναντία, στρέφειν αὐτόν· *ſed mundus viciſſim-a deo ducitur, et ſibi ipſe ſoli relinquitur*—. p. 176. C, D. Rep. II. p. 430. D: Οὐδ' ἄρα—ὁ θεὸς, ἐπειδὴ ἀγαθὸς, πάντων ἂν εἴη αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν· ἀλλ' ὀλίγων μὲν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιος, πολλῶν δὲ ἀναίτιος· πολὺ γὰρ ἐλάττω τἀγαθὰ τῶν κακῶν ἡμῖν· καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον· τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν.

p. 371. B. ἐπίκλητον—ἀθρίαις—ἀφανισμοὶ] Quæ his corruptis ſubſtituunt Viri Docti, comprobantur uſu et alio

Digitized by Google

rum Scriptorum et ipſius Plutarchi: veluti ἐπίκηρον, Anim. Tranquill. p. 475. D. Sympoſ. IV. 2. p. 662. E. Adv. Epicur. 1090. B. Fragm. XVII. —: ἀωρίαις, Fortun. Rom. p. 322. A. Menander ap. Stob. p. 387. ex emendatione Bentleii. Ariſtides T. II. 181. 302. —: ἀφνιασμοὶ, De Alexandri Fort. p. 341. F. Virt. Mor. 451. D.

371. B. ΣΗΘ.—Βεβῶνα] Nominum ratio cognoſcatur ex Jablonſkio Panth. Æg. P. III. p. 102 et 107. et Collect. Voc. Æg. p. 51 et 287. In hoc iterato accentum Βέβωνα librorum auctoritate retinuimus: item Μάνεθος noluimus in Μάνεθως mutare.

371. C. περὶ μὲν τοῦ ὄνου] p. 363. B, C.

371. C. ἵππον ποτάμιον] Jablonſk. Panth. Æg. P. III. p. 68.

371. D. ἄφιξιν Ἰσιδος—] Videatur idem in Opuſculis De Diebus Ægypt. in Calendario Romano p. 306.

371. D. Ἐν δὲ Ἀπόλλωνος πόλει] Appoſite Ælianus Nat. Animal. X. 21: Ἀπολλωνοπολῖται δὲ, Τεντυριτῶν μοῖραι, σαγηνεύουσι μὲν τοὺς κροκοδείλους, καὶ τῶν περσεῶν, φυτὰ δέ ἐστιν ἐπιχώρια, ἐξαρτήσαντες μετεώρους μαστιγοῦσί τε πολλαῖς καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ξαίνουσι κνυζομένους καὶ δακρύοντας· εἶτα μέντοι κατακόπτουσιν αὐτοὺς καὶ σιτοῦνται· — Οἵ γε μὴν Ἀπολλωνοπολῖται μισοῦσι κροκόδειλον, λέγοντες τὸν Τυφῶνα ὑποδῦναι τὴν τούτου μορφήν. Quo loco, ut multis aliis aliorum Scriptorum locis, mirum ut illud ἐξ ἀνθρώπων interpretes omnes vexarit: quod nil aliud eſt niſi *crudeliſſimæ plagæ, quæ ab hominibus graviſſimæ excogitari et infligi poſſunt:* nam πληγὰς per ellipſin omitti notius eſt. Et me quidem jam puerum adverterat dictio in Hieroclis ἀστείοις legendis, quibus Vita ejus, a Suida ex Damaſcio relata, præmitti ſolet, ubi legitur, εἰς δικαστήριον ἀχθεὶς ἐτύπτετο τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς· cui loco Kuſterus, licet a Pearſono ſimilem adſcriptum videret Æſchinis Adv. Timarchum p. 179. A: τὸν Πιτάλακον ἐμαστίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγὰς, non tamen ſe expediit. Vidi poſtea deinceps apud Platonem Theætet. 126. C. et alios, putavique me ſolum hæc ut repertorem tenere; cum ecce incidi in Abreſchii libros, eaque jam occupata et vulgata cognovi, Animadv. in Æſchyl. p. 140 et 651. et

Digitized by Google

Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 386. quædam pauca tamen mihi relicta v. c. Ariſtidis T. I. p. 265, 419, 438. Libanii Orat. De Ira Juliani §. 19. ap. Fabric. B. G. VII. Baſilii M. Epiſt. CCCLXXXIX. p. 386. D. Heliodori II. p. 62: δεδαπάνηται τὸ ἐξ ἀνθρώπων κάλλος· *conſumta eſt excellentiſſima humani generis pulcritudo*: quo ſenſu dixit Chariton I. p. 14: καὶ γὰρ οὐδὲ ἀνθρώπινον τὸ κάλλος. Dionyſii Hal. in Iſæo p. 104. fin. Ex eodem alia Reiſkius annotavit ad Æſchinis Or. Adv. Timarch. l. c. Or. Gr. Vol. III. p. 83.

371. D. Ὄσιριν — ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν] Huc pertinet quod eſt apud Sextum Empir. Adv. Mathem. V. 31: Αἰγύπτιοι βασιλεῖ μὲν καὶ δεξιῷ ὀφθαλμῷ ἀπεικάζουσι τὸν Ἥλιον· βασιλείᾳ δὲ καὶ ἀριστερῷ ὀφθαλμῷ, τὴν Σελήνην· ῥαβδοφόροις δὲ τοὺς πέντε ἀστέρας· τῷ δὲ λοιπῷ λαῷ τοὺς ἄλλους ἀπλανεῖς.

371. E. Ὅμηρος—] Iliad. Θ. 22.

371. E. ἱέρακι] Attigit Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 206. Et ſolem accipitris ſigno ſcribunt, teſte Horapolline Hieroglyph. VI. et Porphyrio De Abſtin. IV. 9. Solis autem et Oſiridis eadem eſſe numina, ſæpius hoc in libro pronunciat Plutarchus.

371. E. διοικεῖν αὐτὸν ἐλαχίστῃ τῇ τροφῇ] De hujus correctionis veritate non dubitet qui legerit quæ de verbo διοικεῖν expoſuimus p. 95. E. Quo minus probandum eſt Meziriaci ἀδικεῖν.

371. E. νεκρῶν ἀτάφων—] Vulgatum ὄμμασι habet aliquid patrocinii a Porphyrio De Abſtin. IV. 9. p. 326: προσφιλῆ —ἡλίῳ ἱέρακα—οἰκτείραντα δὲ καὶ ἄνθρωπον, καὶ κακύοντα ἐπὶ νεκρῷ κειμένῳ, γῆν τε ἐπαμώμενον εἰς τοὺς ὀφθαλμούς, ἐν οἷς τὸ ἡλιακὸν κατοικεῖν πεπιστεύκασι φῶς—. Simpliciter rem narrat Ælianus Nat. Animal. II. 42: Νεκρὸν δὲ ἄνθρωπον ἱέραξ ἰδὰν, ὡς λόγος, πάντως ἐπιβάλλει γῆς τῷ ἀτάφῳ.

371. F. ἂν γὰρ ἁρπασθῇ—] Inimicitias naturales inter utrumque animal ab Ægyptiis exemplo ignis et aquæ ſignificari, refert idem Ælianus Nat. Animal. X. 24: Σέβουσι δέ τοι Τεντυρῖται ἱέρακας· οὐκοῦν οἱ Κόπτον οἰκοῦντες ὡς κροκοδείλων πολεμίους λυπεῖν προηρημένοι, πολλάκις ἀνασταυροῦσιν ἱέρακας. Εἰκάζουσι δὲ τὸν μὲν κροκόδειλον ἐκεῖνοι ὕδατι, ἔνθεν τοι καὶ σέβου-

Digitized by Google

σιν· οἱ δὲ ἱέρακα πυρὶ, ταύτῃ τοι καὶ προσκυνοῦσι· μαρτύριόν τε ἐπάγουσιν, ἀπότομον αὐτῶν εἶναι λέγοντες πῦρ καὶ ὕδωρ ἀμιγές. ταῦτα οὖν πενθοῦντες Αἰγύπτιοί φασι. Postrema manifesto corrupta, sic fortasse emendanda sunt—: ἐπάγουσιν, ἀπὸ γονῶν αὐτῶν εἶναι λέγοντες π. κ. ὑ. ἀμ. ταῦτα οὖν πείθοντες Αἰγύπτιοί φασιν· i. e. *adferuntque testimonium, dicentes ignem et aquam ab ipso ortu et origine esse contraria nec miscerí posse: idque mihi persuadentes dicunt:* de πείθοντες certe vix est quod dubitetur: sic enim solet Ælianus v. c. X. 14, 29. XII. 3. XIII. 23. XV. 16. XVII. 14. Cicero Ep. Div. IX. 25. *mihique persuadet.*

371. F. Ὀσίριδος ἄγαλμα—ἐξορθιάζον τῷ αἰδοίῳ] Jablonskius Panth. Æg. P. I. p. 288. huic signo accommodat nomen Ἀρσαφὴς supra proditum p. 365. F. idque *fortem et virilem* interpretatur. De re conf. Diod. Sic. I. 88. et Wesselingius.

p. 372. A. ἡγούμενοι] Hoc in σημαίνει mutatum leniorem habet rationem, quam quod Marklandus et Squirius conjiciebant: ἀμπεχόνῃ δὲ φλογοειδεῖ στέλλουσιν—. Quod vero uterque in voce σῶμα offenditur, et ego aliquando σῆμα malebam, nunc nil mutatum velim: sic supra 366. A. Ἴσιδος σῶμα γῆν· et 373. A.

372. A. οἷς φθείρει] Potest ferri: nec tamen melius quam ὃς φθείρει, quod volunt Mez. Bentleius, Squirius.

372. A—E. ἐν δὲ τοῖς ἱεροῖς ὕμνοις—γενεθλίοις Ὥρου] Ut justa et Grammatica ratione Plutarchi dictionem interpretemur, certe ita de his libris loquitur, ut qui ipsius ætate superstites fuerint: talis est Threnus in Saturnum p. 363. D. Nam ubi aliorum sequitur auctoritatem, diserte eam memorat, veluti de libris Mercurii p. 375. F. Et sua quoque ætate Carmina Isidis per decem mille annos servata ab Ægyptiis celebrari, narrat Plato Leg. II. 557. C. VIII. 631. G. In tempore festorum ratio interpretationis Plutarcheæ apparet. Menses triginta dierum usurpasse Ægyptios constat, et Plutarchum secutum esse documento etiam est quod τῇ τριακάδι τοῦ Ἐπιφὶ μηνὸς, trigesimo die mensis Epiphi, natale festum Oculorum Hori

Digitized by Google

agi narrat: ſed quomodo hic dies ſemper in Novam, id eſt Obſcuram, Lunam incidat, qua Sol et Luna, in una recta linea ad Terram ſunt, intelligi nequit; niſi ut dicas feſtum hoc non anniverſarium fuiſſe, ſed iis tantum annis agi ſolitum, quibus trigeſimus ejus Menſis dies in νεομηνίαν, Novilunium, incideret. Porro τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος τοῦ φαωφὶ, reddendum erat *vigeſimo octavo die Menſis Phaophi*, non ut nunc editum eſt, *vigeſima ſecunda*. Allegoria *baculi Solis* ex eodem eſt genere quo illa, quæ Vulcano ut claudo tribuit bacillos, quia ignis ligno alendus eſt: quam Plutarchus prodit De Vultu Lunæ p. 922. A. ubi ſimilia aliorum dicta referemus. Rurſus, quod reditus Solis a ſolſtitio hiberno ad æſtivum πάροδος dicitur, recte dicitur; nec Marklandi περίοδος probandum: quod autem hic reditus ſeptimo menſe confici perhibetur, rurſus movet ſuſpicionem Lunares Menſes ſignificari; niſi Plutarchus pro ſexto ſeptimum poſuit, quia tunc perfectum et jam conſummatum eſt opus τῆς παρόδου. In verbis τετράδι μηνὸς ἱσταμένου πάντων πρῶτος, videtur excidiſſe nomen menſis, quod fortaſſe lateat in πάντων, pro quo Scriptor Παῦνι vel Παχὼν dederit; aut παντὸς, id eſt ἑκάστου, uniuſcujuſque menſis: hujus autem feſti ſignificationem in Tabula Iſiaca reperiſſe ſibi videbatur Jablonſkius, ut prodidit in hujus Tabulæ Nova Interpretatione Opuſc. II. p. 235, 236. Denique περίειστν non repugnem ſi quis a librario, ab auctore περιΐασι profectum putet.

372. D. Ὄσιριν—Σελήνιον] Comparanda ſunt quæ p. 365. F. legimus. Sed hæc eſt notatio commentum eorum qui res Ægyptiacas ἑλληνίζειν ſolebant: verior cognoſcatur ex iis, quos citat Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 127, 144. II. p. 148. et Collect. Voc. Æg. p. 187. cum annotatione Tewateri noſtri.

372. D. τὴν δὲ Ἶσιν οὐχ ἑτέραν τῆς Σελήνης] Jablonſkius Panth. Æg. P. II. p. 7, 8.

372. E. ἄλλως γέ πως] Hujus quidem loci ſententia poſtulat ἄμως γέ πως, qua de formula diximus p. 73. E. Cæterum et ἄλλως γέ πως probum, nec infrequens eſt, veluti

Digitized by Google

apud Plutarchum Opp. Mor. p. 44. E. 515. C. 637. C. 698. A. 745. C. 873. C. 859. E. Vit. 291. A. 642. C. In Lysia p. 234. pro hac illam restituit Taylorus.

372. E. τιθήνη καὶ πανδεχὴς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος] in Timæo p. 534. B. 535. A, B. Inde Plutarchus Opp. Mor. p. 1014. D, E. 1015. D. 1023. A.

372. E. μυριώνυμος] Jablonskius Panth. Æg. P. II. p. 24. Ratio quam reddit Plutarchus διὰ τὸ πάσας ὑπὸ τοῦ λόγου τρεπομένη μορφὰς δέχεσθαι καὶ ἰδέας Stoicam habet speciem, quam notavimus p. 369. A.

p. 373. A. εἰκόνας ἐκμάττεται — ἀπειληλαμένον] Hæc Platonica sunt: partim ex Theæteto de malo ad hanc terram ablegato p. 128. E. supra nobis notatum p. 369. D. De impressarum formarum, ἐκμαγείων, confusione, indidem p. 136. D—F. de idearum in materiam impressione, ut subjectum ἐκμαγεῖον Timæo p. 534. F. Plutarchus mox 374. E. 392. D. 882. C. Apposite Didymus ap. Euseb. Præp. Evang. XI. p. 545. C: ὃν τρόπον δὲ σφραγῖδος μιᾶς ἐκμαγεῖα γίνεσθαι πολλὰ καὶ συχνὰς εἰκόνας ἑνὸς ἀνδρός· οὕτως ἐκ μιᾶς ἑκάστης ἰδέας αἰσθητῶν σωμάτων φύσεις παμπληθεῖς — quibus gemina exstant apud Alcinoum De Doctrin. Platonis Cap. XII. p. 356. Verbum ἐκμάττεσθαί τι, *aliquam formam in se suscipere*, est apud alios, et Plutarchum De Vultu Lun. 934. E. 945. A. Cicerone, 883. D. Quædam notavit Ruhnkenius Ep. Crit. I. p. 49.

373. C. Ὁ δὲ Ὧρος οὗτος] Haud temere suspicatus esse videor pro οὗτος auctorem scripsisse ὁ νέος, i. e. *junior, minor natu:* ita enim Plutarchus loqui solet: v. c. Vit. p. 557. C. 636. E. 740. A. 742. E. 788. F. 880. D. 883. A. 887. C. 922. D. 994. A. 996. C. De utroque Horo in hoc libro Plutarchus p. 355. F. Jablonskius Panth. Æg. P. I. p. 213—216, 245.

373. C. τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ Τυφῶνος αἰδοῖα κατέχειν] Fortasse pertinet ad opinionem eorum qui Horum eumdem ac Priapum faciunt: de qua Jablonskius Panth. Æg. P. I. p. 209.

373. E. Πλάτων] Timæo p. 527. A, C. 529. C. 534. B, G: χρὴ γένη διανοηθῆναι τριτά· τὸ μὲν γιγνόμενον, τὸ δὲ ἐν ᾧ γίγ-

Digitized by Google

νεται, τὸ δὲ ὄθεν ἀφομοιούμενον φύεται τὸ γιγνόμενον· καὶ δὴ καὶ προσεικάσαι πρέπει, τὸ μὲν δεχόμενον, μητρί· τὸ δὲ ὄθεν πατρί· τὴν δὲ μεταξὺ τούτων φύσιν, ἐκγόνῳ. Et notavimus p. 372. E.

373. F—374. A. Αἰγυπτίους δ' ἄν τις—καὶ δυάδος] Commentum Arithmeticum. Sit triangulum recti anguli; habeat fingularum linearum hunc modum: perpendicularem = 3, bafin = 4, hypotinufam = 5: fiant quadrata fingularum: 3×3=9: 4×4=16: 5×5=25. Summa quadratorum, lineæ perpendicularis et baſeos, 9 et 16. erit æqualis quadrato hypotinuſæ 25. Platonis *nuptialis numerus* non eſt figura Geometrica, ſed calculus Arithmeticus. Deinde, in laudabili generatione, non modo utitur tribus his numeris 3, 4, 5, ſed omnibus quadratis uſque ad centenarium, 1, 4, 9, 16, 25, 36, 49, 64, 81, 100. ſi quidem ſequamur Jamblichi interpretationem in Nicomachi Arithm. p. 116, 117. At ſecundum explicationem Iſmaelis Bullialdi ad Theonis Mathem. p. 292, 293. fundamentum computationis ponitur radix rationis ſeſquitertiæ et ſeſquiquartæ, 3, 4, 5. quod melius congruit verbis Platonis, ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγείς· Rep. VIII. p. 492. F. Et hoc quis miretur, quod Plutarchus dicat—τὰ μὲν γὰρ τρία πρῶτος περισσὸς καὶ τέλειος ἔστι· imparem primum conſtat: τέλειον omnino non conſtat, ſiquidem Mathematici πρῶτον τέλειον, ſenarium 6 ponunt, v. c. Theon Math. p. 70, 71. Atqui ternarium, 3, aliquoties πρῶτον τέλειον appellat Plutarchus v. Sympoſ. IX. 3. p. 738. E. De Animi Procreat. p. 1020. D. Fabio Max. 176. D. Difficultatem ipſe ſolvit Theon p. 72: λέγεται δὲ καὶ ὁ τρία τέλειος, ἐπειδὴ πρῶτος ἀρχὴν καὶ μέσα, καὶ πέρας ἔχει. Adde Nicomachum ap. Phot. Cod. CLXXXVI.

374. A. καὶ τὰ πάντα—πεμπάσασθαι] Si cognata ſunt πέντε et πάντα, de quo non ſtatuo, certe potius illud ab hoc exſtitiſſe credibile ſit; ſiquidem πάντα legitimam ſuam originem habet in nomine πᾶς, πᾶσα, πᾶν. Veriſimilior eſt origo verbi πεμπάζεσθαι a πέντε· eamdemque reponit Plutarchus De EI Delph. p. 387. E. Defect. Orac. p. 429. D—F. et ſignificat Euſtathius in Hom. p. 135, 41. et p. 1502, 45.

Digitized by Google

374. A, B. *τῶν γραμμάτων—ὁ Ἄπις·*] Hunc locum tractat Jablonſkius Panth. Æg. P. II. p. 195. Et videtur utriuſque rei, et literas Ægyptiorum fuiſſe 25, et tot annos Apidem vixiſſe, hoc uno loco exſtare.

374. B. *Ὧρον εἰώθασιν—σύνεστιν·*] Ægyptiacorum nominum interpretationem ex linguæ Copticæ rationibus probat Jablonſkius: Καίμιν Voc. Æg. p. 99: Μοὺθ ibid. p. 150. et Panth. Æg. II. p. 120: Ἄθυρι et Μεθύερ ibid. p. 121 et 123. et Voc. Æg. p. 20, 133. Platonis δεξαμενὴ eſt in Timæo p. 535. G. inde Plutarchus retulit Procreat. An. p. 1023. A. Plac. Phil. 882. C. In vocabulis *αἰτίου* et *ἀγαθῷ* error librarii exſtat; nam utrobique idem poſtulatur. Nunc magis probo Marklandum et Squirium pro *αἰτίου* reponentes *ἀγαθοῦ*, quod nec diſſentit a Jablonſkii interpretatione, et conſentit cum ſequenti dictione Plutarchi, D. *ἐνδεᾶ μὲν οὖσαν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν τοῦ ἀγαθοῦ, πληρουμένην δὲ ὑπ' αὐτοῦ.*

374. B, C. *Ἡσίοδος—μεταλαμβάνοντες*] Heſiodus Theogon. 116. Non repudiandum Bentleii *τὰ πρῶτα πάντων* pro *τ. πρ. πάντα*. Simplex *γε δὴ* alibi a Plutarcho recte poſitum huic loco non aptum eſt, qui requirit *εἴ γε δή*, *ſi quidem, nimirum*, quod eidem hac in compoſitione frequens eſt: v. c. Opp. Mor. p. 30. F. 561. B. 572. F. 601. D. 718. C. 732. B. 783. C. 926. A. 928. A. 1008. B. 1033. B. 1067. E. 1088. B. 1100. D. Vit. 56. E. 287. D. Et ne quis hæreat in dictione, *οὐχ ἑτέρας—ἀλλὰ ταύτας*, *non alias —ſed has*; eſt hoc item uſitatum ut in hujuſmodi oppoſitione *ἀλλὰ* ponatur pro ἢ, aut *ἀλλ' ἢ*, *quam*: ſic Plutarchus Opp. Mor. p. 96. D. 283. A. 286. E. 362. A. 488. A. 758. C. 963. E. Homer. Iliad. II. 62. Plato Leg. III. p. 598. E. Meleager Epigr. LXXI. Pauſanias X. 29. p. 869: *οὐκ ἄλλος—ἀλλὰ ὁ πρῶτος·* Joh. Chryſoſtom. De Provid. Homil. V. T. I. p. 736. C: *οὐδαμόθεν—ἀλλ' ἀπὸ τῆς ῥᾳθυμίας· non aliunde—quam a pigritia—*. Denique animadvertenda notio verbi *μεταλαμβάνειν*, *vertere verbum, reddere verbum alio verbo*: ut Galenus dixit, De Optima Doctr. T. II. p. 16. C: *ὁ Φαβωρῖνος εἰς τὴν Ἀττικὴν φωνὴν εἰωθὼς μεταλαμβάνειν ἕκαστα τῶν ὀνομάτων*. Similiter Plutarchus De-

Digitized by Google

mosth. p. 849. B: *aliquam dictionem aliter pronunciare.* Frequens etiam est simpliciter *mutandi* significatione. Hinc μετάληψις Rhetorica figura.

374. C. τὸν Πλάτωνος — μῦθον — ἐν Συμποσίῳ] p. 328. A. multis hinc celebrata fabula: Maximo Tyrio Diss. X. 4. Origeni Adv. Cels. IV. p. 532. seq. Plotino subinde p. 493. A. 295. C. 296. F. 298. B. 317. B. Porphyrio Antr. Nymph. §. 16. Themistio Or. XIII. p. 162. B. Ad hoc exemplum conformavit fabulam de connubio Πόνου et Φύσεως ille, qui dicitur Hermes Trismegistus, apud Stobæum Eclog. Phys. p. 118.

374. E. Χρηστέον δὲ τοῖς μύθοις οὐχ ὡς λόγοις —] Λόγος censetur *vera* narratio; μῦθος, *ficta.* Igitur in μύθῳ dicitur λόγος verum quod in fabulæ involucro latet, propositum, res significata sive ad cognoscendum sive ad agendum. Ergo non totus μῦθος continetur λόγῳ· sed multæ μύθου partes tantummodo spectant ad narrationis nexum et ornatum. De differentia λόγου et μύθου diximus ad Ser. Numinis Vindict. p. 83. 561. B. Et hæc nunc monuimus Reiskii caussa.

374. E. ἐνίων φιλοσόφων δόξας] Id est, *Stoicorum.* Hi enim *materiam* sic informabant. Diogenes Laert. VII. 134: δοκεῖ δὲ αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον· τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον, τὴν ὕλην· τὸ δὲ ποιοῦν τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, θεόν. Stobæus Eclog. Phys. p. 30. At Platoni materia, et ipsi quidem est ἄμορφος, ἄποιος, ἀνείδεος, non tamen ἄψυχος· ut sæpe in Timæo pronunciat v. c. 534. G. 535. A. indeque probabilem mali originem attulit, ut docet Plutarchus De Animi Procreat. p. 1015. A. seq. et supra De Isid. et Os. p. 369. A. ubi videantur annotata nostra.

374. E. ἔλαιον ὕλην μύρου] Pertinet ad eamdem similitudinem Platonis Tim. p. 535. A. rectius interpretandam: quam retulit quoque Alcinous Doctrin. Plat. Cap. XII. p. 350.

374. E. ἐκμαγεῖον] Plerumque quidem est *signum* quod ex forma imprimitur alicui materiæ, ut notavimus supra p. 373. A. at hic est ipsa *materia* in quam signum impri-

Digitized by Google

mitur; quæ significatio licet rarior, tamen analogiæ est convenientior; siquidem terminatio εἷον frequens est in significando loco, v. c. ἰατρεῖον, κουρεῖον, μουσεῖον, et sexcentis aliis. Ita ἐκμαγεῖον dicitur ipsa materia quæ formas rerum suscipit, a Platone in Tim. p. 354. F: ἐκμαγεῖον φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων quem locum fere descripserunt Pseudo-Plutarchus Placit. Philos. I. 9. Stobæus Eclog. Phys. p. 29. et plenius in editione Heerenii P. I. p. 318. Alcinous Doctr. Plat. Cap. XII. p. 350. Simili in re adhibuit Plutarchus Sympos. V. p. 672. E: ψυχὴν—ἅσπερ ἐκμαγεῖον ἢ κάτοπτρον εἰκόνας καὶ εἴδωλα τῶν ἐν σαρκὶ γινομέναν αἰσθήσεων ἀναδεχομένην.

374. F. σπέρμα τῆς γυναικὸς] Antiquorum opiniones refert Pseudo-Plutarchus Placit. Phil. V. 5. Conferatur Hippocrates De Genitura p. 232 et 233. Aristoteles De Generat. Animal. I. 20. illum conferre ad genituram fœtus muliebre semen aientem, contra hunc negantem, defendit Galenus, cujus sententiam refert Nemesius De Natura hominis Cap. XXV. p. 210. addens: τοιαύτη δὲ οὖσα τῆς γυναικὸς ἡ γονὴ, τροφὴ γίνεται τῆς τοῦ ἀνδρός.

374. F. ὑπεναντίαν] Forte se tueatur proximis p. 376. B.

p. 375. A. δικαιοσύνῃ] Sane Monachum redolet. Recte dici poterat δικαίως· ut Plato Leg. VIII. p. 647. F: συνδυασθέντες ἀρρήν θηλείᾳ κατὰ χάριν καὶ θήλεια ἄρρενι, τὸν λοιπὸν χρόνον ὁσίως καὶ δικαίως ζῶσι, ἐμμένοντες βεβαίως ταῖς πρώταις τῆς φιλίας ὁμολογίαις.

375. C. Πλάτων—καὶ Ἀριστοτέλης—] Non quidem his verbis, sed quod in hanc sententiam valeat: Plato τὸ ὄν, ταυτὸν, et horum generum formas, τὸ ἀληθὲς, τὸ καλὸν, τὸ ἀγαθὸν, iisque contraria τὸ ἕτερον, τὸ κακὸν κ. τ. λ. in Timæo, Sophista, Politico, Philebo, refert: Aristoteles τὸ ὂν eique opposita in Metaphysicis: hujus etiam στέρησις pertinet: et omnino utriusque ea placita quæ notavimus p. 370. E.

375. C. Ἴσιν καλοῦσι παρὰ τὸ ἵεσθαι μετ' ἐπιστήμης—] Duplex originatio Græca: altera ad ἐπιστήμην spectans ab ἴσημι, initio libri jam posita p. 351. F. 352. A. altera παρὰ τὸ ἵεσθαι, id est φέρεσθαι, memoratur a Clemente Alexandr. Strom. I. p. 382. edit. Potter. Ἴσιν δὲ καὶ τὴν Ἰὼ, φασὶν,

Digitized by Google

διὰ τὸ ἰέναι αὐτὴν διὰ πάσης τῆς γῆς πλανωμένην· et Etymologo M. in Voce Ἶσις.

375. C. τοῖς θεοῖς πᾶσιν ἀπὸ δυεῖν ῥημάτων τοῦ θεατοῦ καὶ τοῦ θέοντός ἐστιν ὄνομα κοινόν] Poterat tertium citare τοῦ θέντος, *ponente*. Quæ autem fit originis cognatio, in verbis nulla significationis communione conjunctis, θέω, *pono*, *curro*, *ſpecto*, oſtendimus p. 22. E. quo loco animadverſis addantur orta ex primitivo τέω, θέω *pono*: τέλω, τελέω, τέλος, *finio*, *finis*: θέλω, *animo pono*, *ſtatuo*, *volo*: θέω, *pono*, *figo*, *oculos intendo*, unde θεάω, θάω, θαύω, θαυμάζω· quæ notio in verbo ἀτενίζω exſtat. Aliorum etymologias nominis θεὸς adferre nil attinet.

375. D. Πλάτων] In Cratylo compluribus locis: veluti hinc in Plutarcho legendum videatur τὴν οὐσίαν δηλοῦν τοὺς παλαιοὺς Ἑσίαν καλοῦντας. Sic Plato p. 264. F: ἐοίκαμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς τοπαλαιὸν ἑσίαν καλεῖν τὴν οὐσίαν. Porro p. 268. F: ἡ φρόνησις, φορᾶς ἐστὶ καὶ ῥοῦ νόησις·—ὅταν δὲ συνιέναι λέγῃ—συμπορεύεσθαι λέγει τὴν ψυχὴν τοῖς πράγμασι τὸ συνιέναι. Tum 270. B: ἅτε γὰρ ὄντων τῶν πραγμάτων, πᾶν τὸ κακῶς ἰὸν κακία ἂν εἴη·—τὸ δὲ κακῶς ἰέναι ὅ τι ποτέ ἐστι, δοκεῖ μοὶ δηλοῦν καὶ ἐν τῇ δειλίᾳ·—ἡ δ' οὖν δειλία τῆς ψυχῆς σημαίνει δεσμὸν εἶναι ἰσχυρόν·—καὶ ἡ ἀπορία κακόν· καὶ πᾶν ὡς ἔοικεν, ὅ τι ἂν ἐμποδὼν ᾖ τῷ ἰέναι καὶ πορεύεσθαι·—D: τὸ γὰρ ἐμποδίζον καὶ ἴσχον τῆς ῥοῆς τὰ ὄντα λοιδορεῖν μοι φαίνεται διαπαντὸς ὁ τὰ ὀνόματα θείς. Sed longum eſt omnia apponere. Cæterum in Notatione Emendationum non omittendum erat εὐροῦσι καὶ θεοῦσι, cujus loco Mez. et Reiſkius recte legi volunt εὐροοῦσι καὶ θέουσι· cujus etymologiæ eamdem rationem paulo diverſis verbis reddit Plato ibidem 270. C.

375. E. τὰ μὲν ἱερὰ τὰ δὲ ὅσια—]. Notiſſima eſt apud Atticos horum nominum oppoſitio, qua ἱερὰ dicuntur *ſacra*: ὅσια, *profana*, *privata*: de quibus videatur Ruhnkenius ad Tim. p. 196. et qui ab eo citantur. At ἱερὸς de *ſuperis*, ὅσιος de *inferis*, et ſeorſim raro uſurpatur, et rarius conjunctim, ut nos quidem ea nomina in hujuſmodi oppoſitione legere non meminerimus. Sane ὅσιος et ἡ ὁσία, ſubinde de *religione mortuorum*, *jure manium*, *ſepultura*, dicitur: v. c. De Socrat. Gen. p. 585. D: ὁσίως ὑπὸ τῶν φίλων κεκηδεῦσθαι·

Digitized by Google

Oracul. de Arato in Ej. Vit. p. 1051. D. Dio Chryſ. Or. XXXVII. p. 462. A: *τὰ τῆς ὁσίας περίκειται*, dicitur de mortuo cui ſtatua poſita eſt, *jus deorum manium obtinet*: vulgo legitur *οὐσίας*. Sextus Empir. Pyrrhon. Hipp. III. 198. Ælian. Var. Hiſt. XII. 64. Jamblich. Vit. Pyth. §. 32. 184.

375. E. *Ἄνουβις — νομίζοντες·*] Conjungenda ſunt cum iis quæ vidimus p. 368. E, F. et Jablonſkio Panth. Æg. P. III. p. 1. ſequ. Pythagoreorum in gallos albos religio, notatur Sympoſ. IV. p. 670. C.

375. E. *καὶ γὰρ ἄλλα μυρία—γλώττας—.*] Et hoc magis Græciæ amori, quam veritati, datum, pertinere vult adverſus Platonis dictum in Cratylo, p. 268. A: *ἐννοῶ γὰρ ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα, ἄλλως τε καὶ οἱ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις οἰκοῦντες, παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασι.* De hujuſmodi vocabulis eruditiſſima eſt Pierſoni diſputatio ad Mœridem Attic. in Voc. Σαδάριον p. 348. De nomine ac ſignificatione Γλώττης, *Gloſſæ*, dixi ad p. 22. C.

375. F. *Ἑρμοῦ λεγομέναις βίβλοις*] Probe ſunt disjungendi ab *Hermetis Triſmegiſti*, qui feruntur ac dicuntur, libris: item ab illis Galeno citatis De Simpl. Medicam. VI. p. 68. Ed. Baſ. T. II. Hi ſunt antiquiores quos Plutarchus, auctore Eudoxo, memorat. Vid. Marſham. Canon. Chron. Sec. I. p. 40. ſeq. Fabr. B. G. I. p. 72.

375. F. *Ὧρον—*] Ejus cum Sole et Apolline conjungi numen, docet Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 205—216.

375. F—376. A. *Σωθὶ—νομίζουσιν·—*] Videatur idem P. II. p. 36—52. Vocab. Æg. p. 336. Græcum *κύων*, *canis*, a *κύειν*, *oſculari*, repetit et perſuadet Lennepius Etymol. L. Gr. p. 468.

p. 376. A. *ἦλθον ἀπ' ἐμαυτῆς*] Pertinet ad nomen Minervæ Νηΐθ, cujus hanc interpretationem tangit Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 74. et Vocabular. Æg. p. 161.

376. A. *Σὴθ, Βέβων, καὶ Σμῦ.*] De primo vidimus p. 367. D. 371. B. de ſecundo, 371. B. de tertio egit Jablonſkius item, Panth. Æg. P. III. p. 110. 111. et Vocabul. Æg. p. 318.

376. B. *τὸν σίδηρον—ἀπορίαν·*] Comparationem offium Typhonis cum ferro, ex hippopotami ratione interpretatur

Digitized by Google

Jablonſkius Panth. Æg. P. III. p. 69. Cæterum ἐκπειρίαν legit jam Xylander, reddens *in infinitatem relabitur*. Nunc malim ἀπορίαν retinere, et ſententiam ita accipere—*rurſus in ſe collecta repulit et in conſilii inopiam immerſit illam Typhoniam vim*—.

376. C. περὶ τοῦ Διὸς ὁ Εὔδοξος] Fabulam tractat Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 173.

376. C. Ἐμφαίνει δὲ καὶ τὸ σεῖστρον ὅτι σείεσθαι δεῖ τὰ ὄντα—τελευτήν] Siſtrum, σεῖστρον, vox haud dubie Græca, tamen a Jablonſkio relata in Vocabul. Æg. p. 306. ubi de ejus uſu, et figura qui expoſuerunt, memorantur cum ab ipſo tum a Tewatero noſtro. Illud nobis Plutarchi interpretibus animadvertendum, ejus diſputationem ſpectare ad Platonis effatum in Timæo p. 535. G. materiam principem ab elementis quatuor σείεσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων αὐτὴν, κινουμένην δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα σείειν·—τότε μὲν οὖν τὰ τέτταρα γένη σειόμενα ὑπὸ τῆς δεξαμενῆς, κινουμένης αὐτῆς, οἷον ὀργάνου σεισμὸν παρέχοντος, τὰ μὲν ἀνομοιότατα πλεῖστον αὐτὰ ὑφ' αὑτῶν ὁρίζειν, τὰ δὲ ὁμοιότατα (leg. ὁμοιότατα) πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ ξυνωθεῖν.

376. E. τῷ δὲ αἰλούρῳ τὴν σελήνην—] Hanc rem narravit etiam Damaſcius ap. Photium Cod. CCXLI. p. 1047: τὴν αἴλουρον ἐκτὰ μὲν τὸν πρῶτον, ἐξ δὲ τὸν δεύτερον, τὸν τρίτον ε', καὶ δ' τὸν τέταρτον, καὶ τρία τὸν πέμπτον, ἐφ' οἷς δύο τὸν ἕκτον, καὶ ἕνα ἐπὶ πᾶσι τὸν ἕβδομον· καὶ εἶναι τοσαῦτα γεννήματα τῆς αἰλούρου, ὅσα καὶ τῆς σελήνης φῶτα. Ad eamdem argumenti partem referenda eſt materia fabulæ apud Demetrium vulgo cognominatum Phalereum §. 157: ὥσπέρ τις περὶ αἰλούρου λέγων, ὅτι συμφθίνει τῇ σελήνῃ καὶ ὁ αἴλουρος καὶ συμπαχύνεται, προσέπλασσεν, ὅτι ἔνθεν καὶ ὁ μῦθός ἐστιν, ὡς ἡ σελήνη ἔτεκε τὸν αἴλουρον. Hæc item in hujus fabulæ explicatione attulit Jablonſkius Panth. Æg. P. II. p. 67.

p. 377. A. οὔτε Δήμητρι τῆς τῶν ἐρωτικῶν ἐπιμελείας μέτεστιν, ἀλλὰ Ἴσιδι·] Conjuncta ſunt cum ſimili Eudoxi ſententia, de Luna rebus amatoriis præfecta, p. 372. D. cui adhibeatur Spanhemius ad Callimach. p. 434. Cereri quoque adjunctam eſſe tutelam nuptiarum oſtendimus ad p. 138. B. quibus addatur Feſtus in *Facem*, p. 140: *Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant, aquaque adſpergebatur*

Digitized by Google

nova nupta; sive ut casta puraque ad virum veniret: sive ut ignem atque aquam cum viro communicaret.

377. B. θάπτεσθαι τὸν Ὄσιριν—ἰσημερίαν] Menfis Phaophi congruens Octobri et partus Harpocratis solstitio hiberno habet probabilem rationem, quam expediunt Cuperus in Harpocrate p. 3. et Jablonskius Panth. Æg. P. I. p. 268. sequ. Opuscul. II. p. 245. at festum puerperii demum post vernum æquinoctium agi non item causſam habet in promtu sitam. Quod Reiskius pro ἐπιφέρουσι vult ἀποφέρουσι vel προσφέρουσι, temere est: sic p. 378. C. Dicitur et de honore sepulcrorum v. c. Plutarcho Opp. Mor. p. 272. E. Vit. 19. F. 172. C. 190. A. 475. D. 915. C. 954. B. Alia notavimus Bibl. Crit. III. II. p. 14.

377. C. μὴ θεοποιῖαν] Acquiesco in μηδὲ θεοποιῖαν· i. e. *neque religionem deos fingendi.* Sic Porphyrius De Abstin. IV. 9. Pollux I. 13. sensu fere eodem usurpatum, tamen ut minus probum, notat.

377. D. ἔχουσι καὶ γινώσκουσιν] Nunc pro Indicativis accipere, *habent et cognoscunt:* tamen ἅπαντας tuear.

377. D. διαγράφοντες] Ita legendum nemo dubitabit, qui vim hujus Verbi teneat, accurate expositam a Ruhnkenio ad Tim. p. 81. jam in eadem causſa nobis laudato p. 360. A.

377. D, E. Διόνυσον—κωλοτομεῦσιν] Res utiles nominibus Deorum insignire, antiquissimus mos: de quo satis est Ciceronem adhibere Nat. Deor. II. 23; *Quidquid enim magnam utilitatem generi adferret humano, id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tum illud quod erat a Deo natum, nomine ipsius Dei nuncupabant; ut cum fruges Cererem appellamus: vinum autem Liberum: ex quo illud Terenti, Sine Cerere et Libero friget Venus.* Aliorum sententias hunc morem reprehendentes annotavit Davisius. *Pherſephones* notatio a φέρω et φονεύω est in Orphico Hymno XXVIII. 16. alias Etymologias dant Plutarchus De Vultu Lunæ p. 942. D. Plato Cratylo p. 265. H. Porphyrius De Abstin. IV. 16. seq. Etymol. M. in Voce. In Cleanthis notatione ratio Stoica exstat prodita item a Cicerone eodem in libro II. 28: *Deus pertinens per natu-*

Digitized by Google

ram cujuſque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia, poterunt intelligi: qui qualeſque ſint, quoque eos nomine conſuetudo nuncupaverit, hos Deos et venerari et colere debemus. Quibus addatur Plutarchus qui dicitur Plac. Phil. I. 7. M. Antonin. V. 32. Verſus poetæ incerti exſtat ſub auctoritate Homeri apud Scriptorem De Vit. Hom. §. 23. ubi legitur βαλοτομεῦσι.

377. E. σπονδεῖον] Haud diſplicet Reiſkii σπογγίον.

377. F. ἑνὸς λόγου—ὑπουργῶν] Placitum Stoicum annotavimus p. 369. A. Conferantur item modo dicta ad D et Diogenes Laert. VII. 147.

p. 378. A. δεισιδαιμονίαν—] Elegans eſt comparatio, qua δεισιδαιμονία et ἄλος, atque rurſus ἀθεότης et κρημνὸς componuntur. Cujus rei ratio petatur ex annotatis noſtris ad librum De Superſtitione p. 164. E. et 171. E.

378. B. Θεόδωρος εἶπε—] Plutarchus De Anim. Tranq. p. 467. B: Θεόδωρος μὲν γὰρ, ὁ κληθεὶς ἄθεος, ἔλεγε, Τῇ δεξιᾷ τοὺς λόγους ὀρέγοντος αὐτοῦ, τῇ ἀριστερᾷ δέχεσθαι τοὺς ἀκροωμένους. Eodem ſpectat ſententia ſub Ariſtonis Chii nomine memorata Ciceroni De Nat. Deor. III. 3:—*ſi verum eſt, quod Ariſto Chius dicere ſolebat, nocere audientibus philoſophos iis, qui bene dicta male interpretantur*—.

378. C. τῇ θεᾷ καθιερῶσθαι—τὴν περσέαν] Nexus diſputationis poſtulat τῷ θεῷ. De Perſea Ægyptia ſubinde Theophraſtus ſcribit: et Plinius H. N. XIII. 17. et XV. 13. Hinc intelligitur quare Apollonopolitæ captos Crocodilos in Perſea arbore ſuſpendant et enecent: ut tradit Ælianus Nat. An. X. 21. Harpocrates in Perſeæ folio involutus erat in Amuleto ap. Kircherum Œdip. T. II. P. II. p. 450.

378. D. εὐφημίαν προκηρύττοντες—δυσφημότατα καὶ λέγοντες] Hæc a Platonis fonte manaſſe videntur, Leg. VII. p. 632. D. 641. A. Alcibiade II. p. 43. A, B.

378. D. ὁσίοις] *ſacris funebribus:* de qua notione diximus p. 375. E. Mez. et Var. Lect. Venet. Ἰσείοις. Reiſk. Ὀσιρείοις. Non opus.

378. E. Καὶ γὰρ Ἀθήνησι—καλοῦσι.] Theſmophoria feſtum agentes mulieres jejunaſſe, et humi ſediſſe, et cubaſſe ἐπὶ

Digitized by Google

στιβάδων ſtratorum foliorum ἄγνου notum eſt teſtimoniis Veterum a Meurſio citatis Græc. Feriat. III. p. 158. ſeq. Erat hæc pars ſupplicationis quam animadvertimus ad librum De Superſtit. p. 166. A. Ἀχαΐα, Cereris cognomen traditur ab Heſychio Ἀχαΐα· ἐπίθετον Δήμητρος, ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν Κόρην ἄχους, ὅπερ ἐποιεῖτο ἀναζητοῦσα αὐτήν· ubi alios etiam teſtes adhibet Albertius. At μέγαρα κινοῦσι diſplicuit viris doctis. Prius in μεγαλάρτια mutatum volebat Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Cer. 12. quod feſtum in Delo ſolemne et cum Theſmophoriis conjunctum fuiſſe novimus, et docet Meurſius ibid. p. 155. At nil opus mutatione. Dicuntur μέγαρα de ſacellis et fanis Deorum v. c. Plutarcho De Superſtit. p. 169. E: οἱ δεισιδαίμονες —τοῖς τῶν θεῶν μεγάροις ἢ ἀνακτόροις προσιόντες. Marcello p. 309. F: ἱκέτης προσεκυλινδεῖτο τοῖς μεγάροις τῶν θεῶν. Porphyrio De Antro Nymph. §. 6. diſerte ad rem præſentem: τοῖς μὲν ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε καὶ ἕδη καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο· χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας· ὑποχθονίοις δὲ βόθρους καὶ μέγαρα. Heſychio Voc. Μέγαρα. Sed κινεῖν novum et ſuſpectum accidit. Et hoc habet quo ſe tueatur locum Porphyrii De Abſtin. IV. 9. p. 326. de accipitre: εἶναι λογικώτατον ἀπολυθέντα τοῦ σώματος, τελεῖν τε ἀγάλματα, καὶ ναοὺς κινεῖν· vertam *conſecrare ſtatuas et templa tractare*. Enimvero Toupius in Append. Theocrit. p. 45. pronunciat veram lectionem eſſe οἰκεῖν, et in hoc Plutarcheo loco οἰκοῦσιν legendum eſſe. Αὐτὸς ἔφα. Equidem, dum meliora doceamur, κινεῖν retineam eo ſenſu, ſane frequenti, quo notat, ad rem faciendam accedere, aggredi opus, ut notavimus p. 149. D. Tempus περὶ Πλειάδας, id eſt ad *Pleiadum ortum*, ut probabiliter vertit Xylander: quamquam aliis dicitur *Pleiadum occaſus*, veluti Virgilio Georg. I. 221. ubi conſulatur Heynius, et Petavius Doctrin. Temp. Auctar. II. 9. Cæterum hi menſes Athyr, Pyanepſion, Damatrius conveniunt maxime cum Romanorum Novembre, ita quidem ut ſpatio quod eſt ab XXI Octobris ad XXI Novembris cenſendi ſint. De rationibus ac nominibus eorum diligenter et erudite poſt alios expoſuit Corſinus Faſt. Attic. Vol. II. Diſſ. XIV.

Digitized by Google

378. E. Τοὺς δὲ πρὸς ἑσπέραν—φάσκουσι.] Hoc nexum disputationis intercipere, et speciem alieni additamenti habere, annotavit Squirius. Accipienda ut in parenthesi non infrequenti illa Plutarcho: præsertim quod *Dii dormientes* aliquid conjunctionis habent cum argumento de *Diis mortuis*. Non nisi tres anni tempestates, Hiemem, Ver, Æstatem, ab Ægyptiis aliis (sic ms.) populis usurpatas esse erudite docet Jablonskius Opusc. II. p. 230.

379. A. Εἶτα ὥσπερ ἡμεῖς—] Hæc perperam divulsa ab antecedentibus, iisdem continuanda sunt et interpungendo et vertendo: *quo* sane tempore—cernebant: alioque ipsi ferentes—multa in morem sepelientium ac lugentium agitabant; tum vero (εἶτα) prouti nos—sic illi non sibi temperarunt, quin Deorum donis nomina Deorum tribuerent; posteri vero eorum—. Particulæ εἶτα usus in Consequentia sic exstat apud Plutarchum Discern. Amic. et Adul. p. 69. C. Sympos. III. p. 653. C. Agesil. 615. F. et alios citatos Hoogeveenio Doctr. Partic. p. 384. Eleganter dictum τὸν τὰ Μενάνδρου ποιήματα διατιθέμενον, Menandri fabulas *agentem, recitantem*. Plato Leg. II. 578. B: ῥαψῳδὸν δὲ καλῶς Ἰλιάδα καὶ Ὀδυσσείαν ἢ τι τῶν Ἡσιοδείων διατιθέντα· item activa forma Charmid. 239. D: ἔδοξεν ὀργισθῆναι αὐτῷ, ὥσπερ ποιητὴς ὑποκριτῇ κακῶς διατιθέντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα. Frequentius media forma διατίθεσθαι λόγον, *habere, pronunciare, dicere orationem*: Plutarchus Stoic. Repugn. p. 1047. B. ex Chrysippo: ἄχρι χειρῶν καὶ στόματος εὐπρεπείας—τὸν λόγον διατίθεσθαι· Ciceron. 866. E: ἐν τῇ βουλῇ κατηγορίαν τινα τοῦ νόμου διατιθέμενος. Alexandr. 677. C. Caton. Min. 768. C. Polybius III. 109, 112. Aristides T. I. p. 359. T. II. 296. Subinde est *componere, scribere*. Isocrat. Panegyr. p. 8. edit. Mor. Polyb. III. 57. Dio Chrys. Or. XXXIII. p. 410. D. Plutarch. De Glor. Athen. p. 345. E: οἱ δ' ἄλλοι ἱστορικοὶ—ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἔργων ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταὶ, τὰς τῶν στρατηγῶν καὶ βασιλέων πράξεις διατιθέμενοι. Conf. Wesselingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 9.

379. B. Ξενοφάνης—] Annotavimus p. 171. D. Quibus addatur Clemens Alexandr. Protrept. p. 15. B: ὧν ὁ μέν τις παρεγγυᾷ τοῖς Αἰγυπτίοις· Εἰ θεοὺς νομίζετε, μὴ θρηνεῖτε αὐ-

Digitized by Google

τοὺς, μηδὲ κόπτεσθε· εἰ δὲ πεισθεῖτε αὐτοὺς, μηκέτι τούτους ἡγεῖσθε εἶναι θεούς. Minucius Felix Cap. XXI. p. 197: *Iſiaci miſeri cædunt pectora et dolorem infeliciſſimæ matris imitantur: mox invento parvulo gaudet Iſis, exſultant ſacerdotes, nec deſinunt annis omnibus vel perdere quod inveniunt, vel invenire quod perdunt. Nonne ridiculum eſt, vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas.* Alia etiam notavit Potterus p. 21.

379. C. —τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων —] Plato ſæpe in Cratylo, in primis p. 278. E: —ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα· deinceps alii, de quibus J. Uptonus ad Epicteti Diſſ. II. 14. p. 134. Th. Gatakerus Adverſ. Miſcell. XXX. 752.

379. C. μὴ ἀγάλματα καὶ τιμὰς θεῶν ἀλλὰ θεοὺς καλεῖν] Hujuſmodi eſt, quod oratorie dixit Cicero Divin. in Cæcil. 1: *Siculi—aiebant: ſeſe jam ne deos quidem in ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere; quod eorum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet.* Reprehenſum a Lactantio Inſt. Div. II. 4. Pro τιμὰς ex Amyoti verſione εἰκόνας annotavit Meziriacus: ſed probum illud et uſu receptum hoc ſenſu, oſtendimus p. 91. A.

379. C. τὴν Ἀθηνᾶν Λαχάρης ἐξέδυσε.] Idem memoratus in libro De Ser. Num. Vind. p. 558. C. ubi de re et homine diximus p. 70.

379. C. τὸν δὲ Ἀπόλλωνα—Διονύσιος ἀπέκειρεν.] Hoc in ſacrilegii genere alia ejuſdem ſimilia feruntur et dicta et facta: ad quorum exemplum fortaſſe quædam a Scriptoribus ficta ſunt. Ex quo genere illud eſt apud Ciceronem Nat. Deor. III. 34: *Idemque Dionyſius Æſculapii Epidauri barbam auream demi juſſit; neque enim convenire barbatum eſſe filium, cum in omnibus fanis pater imberbis eſſet.* Conferatur Daviſius ad h. l. et Ariſtoteles Œcon. II. 41.

379. D. Ζεὺς ὁ Καπετώλιος—] Incendium verbo tangit Plutarchus in Sylla p. 469. B. uberius Appianus Bell. Civ. V. 83, 86. Tacitus Hiſt. III. 72. Annal. VI. 12. ubi pro *Sociali bello* Lipſius vere judicat ſcribendum fuiſſe *civili bello*. Alii citati Pighio Annal. Mag. R. ad A. U. DCLXX. Freinſhemio Supplem. Liv. LXXXV. 4.

379. D. Εὐριπίδης, Ἑκάτης ἄγαλμα φασφόρου κύων ἔσῃ] Di-

Digitized by Google

cat quis huic verſui locum fuiſſe in Euripidis tragœdia Hecuba, niſi jam opportune expletæ eſſent hæ partes verſu 1265. Κύων γενήσῃ, πύρσ' ἔχουσα δείγματα. Similem poetæ in hoc argumento dictionem apponit Dio Chryſ. Or. XXXIII. p. 411. D. Sed hunc verſum parœdiæ accommodavit Ariſtophanes teſte Euſtathio Od. Γ. p. 1467: Ἑκάτης ἀγάλματα, αἱ κύνες· ταύτῃ γὰρ φασὶ θύονται· ἢν καὶ κυνοπρόσωπον διαπλάττονται. Ἀριστοφάνης· καὶ κύων ἀκράχολος, Ἑκάτης ἄγαλμα φασφόρου γενήσομαι. Hecubæ iſta transformatio celebrata Plauto Menæchm. V. 1, 15. Juvenali X. 271. et ejus ſepulcrum Κυνὸς σῆμα in Cherſoneſo Strabo XIII. p. 889. C. et plurimi Scriptores memorant. Plinius IV. 18. aliique citati Harduino et Caſaubono ad illos locos. Sebero ad Pollucem V. 45. quibus addatur Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 572. et Ruhnkenius ad Tim. Voc. Ἄγαλμα.

379. E. ὑπερείδουσα—ἐμπίπτουσα—] Prius certe poſtulat ὑπερείπουσα· quod verbum explicuimus p. 71. B. alterum fortaſſe diſertiore poterat commutari ἐκπίπτουσα; hoc ſenſu —*quæ ſimplices et infirmos animos ſubruens in meram ſuperſtitionem, in acutioribus autem et audacioribus ad impias et immanes rationes erumpit.*

379. E. εἰς ταῦτα τὰ ζῶα τοὺς θεούς—] Conjunctum cum fabula Græca, quam attigimus ſupra p. 353. B.

379. F. ἑκάστῳ γένει τῶν συννεμηθέντων] In Emendatione correctio noſtra perperam expreſſa ſic legenda eſt: ἕκαστον τῷ γένει τῷ συννεμηθέντι. Cæterum cauſſam hanc πολιτικὴν memorat quoque Diodorus Sic. I. 18: Τῷ δ' οὖν Ὀσίριδι συνεστρατεῦσθαι δύο λέγουσιν υἱοὺς Ἄνουβίν τε καὶ Μακεδόνα, διαφέροντας ἀνδρείᾳ· ἀμφοτέρους δὲ χρήσασθαι τοῖς ἐπισημοτάτοις ὅπλοις ἀπό τινων ζώων οὐκ ἀνοικείων τῇ περὶ αὐτοὺς εὐτολμίᾳ· τὸν μὲν γὰρ Ἄνουβιν περιθέσθαι κυνῆν· τὸν δὲ Μακεδόνα λύκου προτομήν· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ τὰ ζῶα ταῦτα τιμηθῆναι παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις.

p. 380. A. τῶν δεινῶν τινα καὶ πανούργων βασιλέων—·] Moſen hujus commenti auctorem prodidit Artapanus is quem hoc in argumento deſcripſit Alexander Polyhiſtor, unde hæc refert Euſebius Præp. Evang. IX. p. 432. A, B: τὸν

Digitized by Google

Μῶϋσον—τὴν πόλιν εἰς λς' νομοὺς διειλεῖν, καὶ ἑκάστῳ τῶν νόμων ἀποτάξαι τὸν θεὸν σεφθήσεσθαι, τά τε ἱερὰ γράμματα τοῖς ἱερεῦσιν· εἶναι δὲ καὶ αἰλούρους, καὶ κύνας, καὶ ἴβεις· ἀπονεῖμαι δὲ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἐξαίρετον χώραν· ταῦτα δὲ πάντα ποιῆσαι χάριν τοῦ τὴν μοναρχίαν βεβαίαν τῷ Χενεφρῇ διαφυλάξαι· πρότερον γὰρ ἀδιατάκτους ὄντας τοὺς ὄχλους ποτὲ μὲν ἐκβάλλειν, ποτὲ δὲ καθιστάνειν βασιλεῖς, καὶ πολλάκις μὲν τοὺς αὐτοὺς, ἐνιάκις δὲ ἄλλους—. Sed ex communi ac Plutarchus fonte Diodorus Sic. I. 89: —τινὲς φασὶν, ἐπὶ τῶν παλαιῶν βασιλέων, πολλάκις τοῦ πλήθους ἀφισταμένου καὶ συμφρονοῦντος κατὰ τῶν ἡγουμένων, τῶν βασιλέων τινὰ συνέσει διαφέροντα, διειλέσθαι μὲν τὴν χώραν εἰς πλείω μέρη, καθ' ἕκαστον δ' αὐτῶν καταδεῖξαι τοῖς ἐγχωρίοις σέβεσθαί τι ζῶον, ἢ τροφῆς τινος μὴ γεύεσθαι, ὅπως ἑκάστων τὸ μὲν παρ' αὐτοῖς σεβομένων, τῶν δὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀφιερωμένων καταφρονούντων, μηδέποτε ὁμονοῆσαι δύνανται πάντες οἱ κατ' Αἴγυπτον· καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων φανερὸν εἶναι· πάντας γὰρ τοὺς πλησιοχώρους πρὸς ἀλλήλους διαφέρεσθαι, προσκόπτοντας ταῖς εἰς τὰ προειρημένα παρανομίαις.

380. B. καταστάντες εἰς πόλεμον—] Nisi hanc ipsam rem, certe ejusdem causſæ et ætatis bellum inter duas in cultu animalium dissentientes Ægyptias gentes Ombios et Tentyritas narrat Juvenalis Sat. XV. 35. seq. De diversa utrorumque religione ac dissensu Ælianus Nat. An. X. 21.

380. D. Ἰδιθύας·] Εἰληθυίας nomen esse urbi non dubitandum. At de humano sacrificio consentientibus Plutarcho, Diodoro Sic. I. 88. Porphyrio De Abstin. II. 55. negante Herodoto II. 45. cohibendum judicium; certe audiendus etiam Jablonskius Panth. Æg. P. II. p. 68. sequ.

380. E. ἐκείνῳ δὲ τὰ πλεῖστα—ὁ Ἄπις·] Hæc non expedio. Post nomen Ἄπις excidisse ὁ Πὰν, cum res ipsa arguit et monuit Wesselingius ad Diodor. Sic. I. 84. p. 94 et 95. De convenientia numinum Panis et Mendesii hirci docuit Jablonskius Panth. Æg. P. II. p. 280.

380. F. ἀττελάβων·] *Locusta minor, viridis fine pennis:* sic fere Plinius H. N. XXIX. 29. De cauſſis abundantium ovorum Theophrastus, De Animalibus Subito Apparentibus, Fragm. p. 473. Plura docent Bochartus Hierozoico

Digitized by Google

IV. 2. p. 448. nec hunc Plutarchi locum omittens: Camus ad Ariſtot. Hiſt. Anim. T. II. p. 112.

380. F. Θεσσαλοὶ δὲ πελαργοὺς—] Eamdem rem alii tradunt. Ariſtoteles De Mirab. Auſc. XXII. p. 52: Περὶ Θετταλίαν μνημονεύουσιν ὄφεις ζωογονηθῆναι τοσούτους, ὥστε εἰ μὴ ὑπὸ τῶν πελαργῶν ἀνηροῦντο, ἐκχωρῆσαι ἂν αὐτούς· διὸ καὶ τιμῶσι τοὺς πελαργοὺς, καὶ κτείνειν οὐ νόμος· καὶ ἐάν τις κτείνῃ, ἔνοχος τοῖς αὐτοῖς γίνεται οἵσπερ καὶ ὁ ἀνδροφόνος. Plinius H. N. X. 31: *Honos iis* (ciconiis) *ſerpentium exitio tantus, ut in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe: eademque legibus pœna, quæ in homicidam.* Stephanus Byz. Θεσσαλία·—ἐν ταύτῃ οὐκ ἔξεστι τοὺς πελαργοὺς κτείνειν· τοὺς γὰρ τῆς χώρας ὄφεις ἀναιροῦσιν. Videatur etiam Bochartus Hieroz. II. 29. p. 328. et hunc cum aliorum locis apponens.

p. 381. A. Τὴν μὲν γὰρ γαλῆν —] Felem ore partum edere, multis creditum, confutat Ariſtoteles Generat. Animal. III. 6. Hanc et ſimiles de aliis animalibus fabulas erudite recenſet J. Beckmannus ad Antigoni Caryſtii Hiſt. Mirab. XXV. p. 45. Alterum illud, *felem per aurem concipere*, non item fertur; quippe magis etiam a natura abhorrens. Tamen appoſuit Judæus mendax Ariſtobulus, ſive Ariſtæas, apud Euſebium Præp. Evang. VIII. 734. D: τό τε τῆς γαλῆς γένος ἰδιάζον ἐστί. Χωρὶς γὰρ τοῦ προειρημένου, ἔχει λυμαντικὸν κατάστημα· διὰ γὰρ τῶν ὤτων συλλαμβάνει· τεκνοποιεῖ δὲ τῷ στόματι.

381. A. τὸ δὲ κανθάρων—φερόμενος.] Has rationes cauſſaſque colendi ſcarabæi copioſe narrat Horapollo Hieroglyph. I. 10. brevius Porphyrius De Abſtin. IV. 9. p. 327. Epiſt. ad Anebon. ap. Euſeb. P. E. III. p. 94. D, Plutarchus ſupra p. 355. A. quoſque ibi citavimus. Contrarium Solis et Mundi motum Ovidio notatum Met. II. 70. diſerte argumento artis adhibet et explicat Delalande Breviar. Aſtronom. p. 24.

381. A. ἀσπίδα δὲ—] Videatur de aſpidis religione Jablonſkius Panth. Æg. P. I. p. 118.

381. B, C. ὁ κροκόδειλος—πραγματευομένοις·] Cauſſæ cultus Crocodilo exhibiti, ex animalis natura petitæ. Prima, quod ἄγλωσσος, linguæ expers ſit: non plane probatum

Digitized by Google

peritis oſtendit Bochartus V. 16. p. 770. ſequ. et Weſſelingius ad Diodor. Sic. I. 35. Hinc argumentum myſticum, φωνῆς γὰρ ὁ θεῖος λόγος ἀπροσδεής ἐστι, eo referendum, quod dei λόγος eſt ἐνδιάθετος, iſque excellentior quam ὁ προφορικὸς λόγος· de quorum differentia diximus p. 44. A. Quæ ſubjunguntur, ſunt Euripidea ex Troadibus 888. — Ζεὺς εἴτ' ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς βροτῶν, Προσηυξάμην σε· πάντα γὰρ δι' ἀψόφου Βαίνων κελεύθου καὶ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις· item Plutarcho adhibita in Quæſt. Plat. p. 1007. C. Altera ratio adfertur quod *videat non viſus, quod præcipuum eſt unius ſummi Dei;* refertur ad celebratam ſententiam, in Orphico carmine proditam — οὐδέ τις αὐτὸν Εἰσοράα θνητῶν· αὐτὸς δὲ πάντας ὁρᾶται· ſic enim malim legere, ut eſt in Juſtini Mart. Cohortat. p. 15. C. quam ut in Euſebii P. E. XIII. p. 665. A: οὐδέ τις αὐτὸν Εἰσοράα ψυχῶν θνητῶν, νῷ δ' εἰσοράαται· ſiquidem alibi item pronunciatum memini. Velum oculorum crocodili ſit nec ne pars hujus animalis, aliis ſtatuendum relinquo. Nilus ad quam altitudinem adſcenſurus ſit, ab eo præſentiri, eaque præſenſione locum ponendis ovis eligi, affirmat Plutarchus loco gemino De Solert. Animal. p. 982. C. Plinius H. N. VIII. 37. Ælianus Nat. An. V. 52. Numerum ſexagenarium ab eo obſervari, fere ut Plutarchus, narrat Ælianus Nat. An. X. 21. at Ariſtoteles Hiſt. An. V. 33. parcius: ὁ δὲ ποτάμιος κροκόδειλος, τίκτει μὲν ὠὰ περὶ ἑξήκοντα, λευκὰ τὴν χρόαν· καὶ ἐπικάθηται ἡμέρας ἑξήκοντα· καὶ γὰρ βιοῖ χρόνον πολύν. Quæ poſtrema verba non a mendi ſuſpicione vacant. Denique numeri *ſexagenarii* illa laus, quod τῶν μέτρων πρῶτόν ἐστι τοῖς περὶ τὰ οὐράνια πραγματευομένοις, refertur ad Aſtrologos, qui unumquodque Zodiaci ſignum in triginta partes, partem quamque rurſus in *ſexaginta* λεπτὰ, i. e. *minuta*, dividebant. Sextus Empir. Adverſ. Mathem. V. 5: τὸν μὲν οὖν Ζωδιακὸν κύκλον, ὥσπερ κατηχήμεθα, διαιροῦσιν εἰς δεκαδύο ζώδια· ἕκαστον δὲ ζῴδιον εἰς μοίρας τριάκοντα·—ἑκάστην δὲ μοῖραν εἰς ἑξήκοντα λεπτά· οὕτω γὰρ καλοῦσι τὰ ἐλάχιστα καὶ ἀμερῆ. Longius etiam dividendo progreditur Scriptor apud Suidam Voc. Ἐποχή·—ἕκαστον δὲ τῶν ζωδίων διαιρεῖται εἰς λ' μέρη, ἃ καλεῖται μοῖραι· ἡ δὲ μοῖρα διαιρεῖται εἰς ξ' μέρη, ἃ καλοῦνται ἑξηκοστά.

Digitized by Google

πρῶτα λεπτά· καὶ τὸ ἓν πρῶτον λεπτὸν διαιρεῖται εἰς ἑξήκοντα πέλιν, ἃ καλεῖται δεύτερα λεπτά—· Firmicus Maternus Aſtronom. II. 5: *Singula ſigna, XXX partes habent. Eſt autem pars in ſigno tantus locus, quantum Solis aut Lunæ orbis in circuitu complectitur. Sed una pars in minutâ dividitur ſexaginta, et ſic deinceps.* In eodem argumento, partium diviſionem in ſexaginta minuta omittit Cenſorinus De Die Natali VII. p. 37. ubi alios etiam hujus placiti teſtes citat eruditiſſimus Lindenbrogius. Quod autem Squirius dicit, "Ad "rem Cenſorinus, Eſt autem hic numerus (ſexagenarius "ſcil.) Aſtrologis prima menſura, quem τέλειον Græci, "nos perfectum vocamus;" eſt ſane a re alienum: verba hæc ſunt Cenſorini XI. p. 49. ubi non de ſexagenario LX. ſed de ſenario VI. agitur. Aliam cauſſam ſanctimoniæ hujus numeri Guigneſius (De Guignes) repetit ex Cyclo LX Sinenſibus et Ægyptiis culto: de quo videatur in Memoriis Academ. Inſcript. Tom. XLVII. p. 357.

381. C. δι' ἀμφότερα] Vid. p. 380. E. fin.

381. C. περὶ μὲν τοῦ κυνὸς] p. 355. B. 365. F.

381. C, D. ἡ δὲ ἶβις — ἀμφίκυρτον.] Ibis ſerpentes et letifera reptilia conficit; quod tradunt Cicero Nat. Deor. I. 36. II. 50. Diodor. Sic. I. 87. Pomponius Mela III. 8. Plinius H. N. X. 40. alii, quos ibi laudat Harduinus. Eadem ſe cibo oneratam vacuat perluens alvum roſtro in ejus oſtium inſerto, itaque Ægyptios clyſteris rationem docuit: teſtibus Plinio H. N. VIII. 41. Plutarcho De Solert. An. p. 974. C. Æliano Nat. An. II. 35. nec niſi mundam et integram aquam ad uſum adhibet, quod item narrat Ælianus N. A. X. 29. Figuræ ſimilitudinem cum triangulo æqualium laterum notat ipſe Plutarchus Sympoſ. IV. 5. p. 670. C: ποιεῖ δὲ τῇ τῶν ποδῶν ἀποτάσει πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τὸ ῥύγχος, ἰσόπλευρον τρίγωνον. Pennarum varietas eſt in altero Ibidum et cicure genere, ut novimus ex Herodoto II. 76. hujus autem varietatis accommodatio ad ſimilitudinem Lunæ ἀμφικύρτου, i. e. *nec plenæ nec dimidiatæ*, ita enim hoc nomen uſurpatur a Plutarcho p. 1028. D. quamquam ab hac etiam μηνοειδὴς, *falcata*, diſtinguitur, p. 157. B. 930. E. 931. A. hæc ſane comparatio eſt γλισχρά,

Digitized by Google

i. e. *lubrica et anceps, frigida*, ut continuo ipse ait Plutarchus; quam nominis vim expositimus p. 31. E. Ineptior etiam est Hermiæ allegoria in Schol. MS. ad Plat. Phædr. p. 356. C: ἔχει γὰρ (ἡ ἶβις) τὸ καρδιοειδὲς σχῆμα· ἡ δὲ καρδία ἐστὶ τοῦ ζώου· ἔπειτα τὰ ἄκρα τῶν πτερῶν μέλανα, τὰ δὲ ἄλλα λευκά· ἐμφαίνοντος τοῦ λόγου, ὅτι ἔσωθεν φανή ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ἔξωθεν δὲ ἐπικέκρυπται· διὰ γὰρ τῶν ἔξωθεν κεκαλυμμένοι εἰσὶν οἱ λόγοι, ἔσωθεν δὲ ἀναπτυσσόμενοι ἐμφαίνουσι θεῖα ἀγάλματα, ὡς ἐν τῷ Συμποσίῳ Ἀλκιβιάδης περὶ Σωκράτους ἔλεγεν· ἔπειτα καὶ τὰ βήματα αὐτῆς τὰ ἀπὸ ποδὸς εἰς πόδα, σύμμετρα ἐστι· τὸ δὲ μεῖζον, διὰ τοῦ στόματος τὸ ὠὸν τίκτει· καὶ ὁ λόγος ὁ προφορικὸς ὅστις ἐστὶ γέννημα ἡμῶν διὰ τοῦ σώματος (l. στόματος) προφέρεται.

381. D. Καὶ Ἕλληνες—πρέπουσαν.] Vulgo initium cum fine antecedentis partis ita continuabatur—Αἰγύπτιοι, καὶ Ἕλληνες. Disjunxi puncto. Fecerat item Meziriacus, sed interjecta particula γάρ· sic; Αἰγύπτιοι· Καὶ γὰρ Ἕλληνες—· Squirius conjiciebat Αἰγύπτιοι, εἰ καὶ Ἕλληνες—. Jovis statua fine auribus, ex hoc uno loco refertur a Meurfio in Creta, IV. 1. p. 198: ἀκούειν est *obedire*, ut Opp. Mor. p. 139. A. Vit. 975. F. 1069. A. Aristid. T. II. p. 201. Phidiæ Minerva intelligenda est celeberrima illa Athenis statua, cui item draco additus erat, de qua videatur Junius Catal. Pict. p. 158. De ejusdem Venere Eleorum annotavimus quædam ad Præcept. Conjug. p. 142. D.

381. E. Ἡ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος τρίαινα—ὠνόμασαν.] In diversis horum nominum notationibus hanc etiam adfert Eustathius ad Iliad. M. 27. p. 890: τρίαιναν δὲ ὁ μῦθος οἰκειοῖ τῷ ἐνοσιγαίῳ Ποσειδῶνι· ἢ διότι τρίτον τῇ θέσει τὸ ὕδωρ μετὰ αἰθέρα, διὸ καὶ Ἀμφιτρίτην αὐτῷ συζεύγνυσι, καὶ υἱὸν Τρίτωνα δίδωσι· ἢ—

381. E. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι—ἀποτελούμενος] Universe quædam notavimus supra p. 354. F. Minerva Τριτογένεια frequens in libris; κορυφαγεννὴς alibi non lectum, nec Lexicis annotatum, rationem habet manifestam, ut ex Jovis cerebro ac vertice natæ: et eodem fortasse spectet alterum cognomen modo vera fit notatio prodita Eustathio Iliad. Δ. p. 504: ὡς ἐκ τριτοῦς, ὅ ἐστι κεφαλῆς κατὰ Κρῆτας, τῆς τοῦ Διὸς γεγονυῖα. Trianguli æquilateri laudes Pythagoricas memorat Proclus in Euclidem, II. p. 47: τὸ μὲν γὰρ ἰσό-

Digitized by Google

πλευρον κατὰ πάντα ἰσότητι καὶ ἀπλότητι κρατούμενον, συγγενὴς ἐστι ταῖς θείαις ψυχαῖς· μέτρον γάρ ἐστι καὶ τῶν ἀνίσων ἡ ἰσότης· ὥσπερ καὶ τὸ θεῖον πάντων τῶν δευτέρων. Apollini unitas tribuitur: Nicomachus ap. Photium Cod. CLXXXVI. Tenulius ad Jamblichi Arithm. Nicom. p. 14. Not. 98. Et quod correctionem noſtram, πλήθους ἀποφάσει καὶ ἁπλότητι τῆς μονάδος, confirmat, ipſe Plutarchus De EI Delphic. p. 393. C: Ἀπόλλων μὲν γὰρ οἷον ἀρνούμενος τὰ πολλὰ, καὶ τὸ πλῆθος ἀποφάσκων ἐστίν. Equidem miror, Platonem non ad eamdem ſignificationem delatum eſſe, quem Apollinis nomen a Theſſalis Ἄπλον uſurpari diceret, Cratylo p. 266. C. Δυὰς item Nicomacho apud Photium l. c. dicitur τόλμα et διχοστασία. In *ternario* a Pythagoricis ut fonte juſtitiæ celebrato, accedit quodammodo Ariſtoteles Nicomach. II. 5: —περὶ τὰς πράξεις ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ τὸ μέσον· ἡ δὲ ἀρετὴ περὶ πάθη καὶ πράξεις ἐστιν· ἐν οἷς ἡ μὲν ὑπερβολὴ ἁμαρτάνεται, καὶ ἡ ἔλλειψις ψέγεται, τὸ δὲ μέσον ἐπαινεῖται καὶ κατορθοῦται—· tum Pythagoreorum auctoritas adhibetur. Magn. Moral. I. 34: δῆλον ὅτι ἡ δικαιοσύνη μεσότης τις ἂν εἴη ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως—. Denique *tetractyn* et jusjurandum nemo ignorat, vel ex Scriptore De Plac. Phil. I. 3. et Sexto Empir. Adv. Mathem. VII. 94. ſed illa erat pervulgata, numerum *denarium* ſignificans, qui addendis invicem numeris quatuor primis 1, 2, 3, 4. exiſtit. Hæc eſt exquiſitior, et haud ſcio an alibi memorata numeri 36, qui exiſtit addendis quatuor primis imparibus 1, 3, 5, 7= 16. et quatuor primis paribus, 2, 4, 6, 8=20. Theon Smyrnæus in Mathem. Plat. XXXVIII. decem quaterniones recenſens, nullam hujus facit mentionem. Eſt vero ſpecies quædam primæ tetractyos ab eo definitæ τετρακτὺς κατὰ ἐπισύνθεσιν τῶν πρώτων ἀποτελουμένων ἀριθμῶν· ita enim legendum pro καὶ ἐπὶ σύνθεσιν—. Differentiam tetractyos, hoc Plutarcheo loco traditæ, a communi tetractye, notavit etiam Tiedemannus hiſtoriæ philoſophæ haud contemnendus interpres in libro De Primis Græciæ Sapientibus p. 420.

382. A. ὡς ὄργανον—] Emendationis noſtræ probabilitas eum per ſe ipſa intelligitur, tum quod celebratam ſen-

Digitized by Google

tentiam refert, *animas esse Dei instrumenta:* quam notavimus p. 163. E.

382. B. μηδὲν ἔμψυχον ἀψύχου—κρεῖττον εἶναι — καθ' Ἡράκλειτον.] Est aliquid Platonici ex Leg. V. p. 604. D: ψυχῆς—σῶμα ἐντιμότερον οὗτος ὁ λόγος φησὶν εἶναι ψευδόμενος· οὐδὲν γὰρ γηγενὲς ὀλυμπίων ἐντιμότερον·—πᾶς γὰρ ὅ τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς, ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος. Heracliti dictum paulo integrius appositi Diogenes Laert. IX. 1: πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει· Ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόραν, αὖθίς τε Ξενοφάνεά τε καὶ Ἑκαταῖον· εἶναι γὰρ ἓν τὸ σοφὸν ἐπίστασθαι γνώμην ἥτε οἱ ἐγκυβερνήσει πάντα διὰ πάντων. Postrema nil mendi habere vix affirmem. In Plutarcho quidem legendum putem ἐκ τοῦ φρονοῦντος ὅτῳ κυβερνᾶται τόδε σύμπαν—i. e. *anima effluvium ac particulam traxit ex cogitante quo hoc universum gubernatur.* Est autem illud *cogitans*, φρονοῦν, illud numen hunc mundum gubernans, illa communis ratio, κοινὸς λόγος· quam homo trahens ipse fit cogitans: sic ex Heraclitι doctrina refert Sextus Emp. Adv. Math. VII. 129: τοῦτον δὴ τὸν θεῖον λόγον, καθ' Ἡράκλειτον δι' ἀναπνοῆς σπάσαντες, νοεροὶ γινόμεθα—· atque hæc ratio est οὐκ ἀλλό τι ἀλλ' ἐξήγησις τοῦ τρόπου τῆς τοῦ παντὸς διοικήσεως, exsecutio modi quo universum administratur; §. 133. Conferatur et nostra annotatio ad Plutarchi Qu. Plat. I. p. 999. E. in Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 19. seq. Cum hac Heracliti sententia conjuncta est alia, quam item Plutarchus hoc loco significasse videtur, continens reprehensionem rerum inanimarum et mortuarum, et aliis compluribus relata, et Plutarcho Sympos. IV. 4. p. 669. A: νέκυες γὰρ κοπρίων ἐκβλητότεροι· de qua illic plura dicemus.

382. C. φθορὰς καὶ ἐπιχρώσεις·] Perperam Latine redditum, *quæ itidem intentui et mutationi obnoxia*, reddendum erat, *quæ itidem colorum mixtionem et inductionem capiunt.* De hac notione φθορᾶς diximus p. 346. A.

382. C. Στολαὶ δὲ—] Differentia vestimentorum refertur ad Sacerdotes, quos duplici generi stolarum usos significatur, altero Osiridis, altero Isidis: nec aliunde nisi ex hoc loco notatum Pignorio Mens. Isiac. p. 19. Variam

Digitized by Google

veſtem Plutarchus ſupra 352. B, C. Iſideam dicit. Conferatur Schmidtius De Sacerdotib. Æg. p. 25.

382. D. *ἐποπτικὸν—νομίζουσι.*] Tertius gradus initiationis, quem Philoſophi ſubinde comparant cum tertio Philoſophiæ loco et munere, quod perceptis duobus prioribus, id eſt rebus ſenſibilibus et opinabilibus, jam in rebus intelligibilibus verſatur. Plato Sympoſ. p. 330. F: *ταῦτα μὲν οὖν—κἂν σὺ μυηθείης· τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικά, ὧν ἕνεκα καὶ ταῦτά ἐστιν, ἐάν τις ὀρθῶς μετίῃ, οὐκ οἶδ' εἰ οἷός τ' ἂν εἴης·* qui totus locus ex ipſo libro cognoſcendus eſt. Plutarchus Defect. Orac. p. 422. C. Sympoſ. VIII. 2. p. 718. C: *Πλάτων—εἴρηκε καὶ γέγραφε πολλάκις ὑμνῶν γεωμετρίαν ὡς ἀποσπῶσαν προσισχομένους τῇ αἰσθήσει, καὶ ἀποστρέφουσαν ἐπὶ τὴν νοητὴν καὶ ἀΐδιον φύσιν, ἧς θέα τέλος ἐστὶ τῆς φιλοσοφίας οἷον ἐποπτεία τελετῆς.* De Ariſtotele in Alexandro p. 668. A: *ἔοικεν δὲ Ἀλέξανδρος οὐ μόνον τὸν ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν παραλαβεῖν λόγον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπορρήτων καὶ βαρυτέρων διδασκαλιῶν, ἃς οἱ ἄνδρες ἰδίως ἀκροαματικὰς καὶ ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες οὐκ ἐξέφερον εἰς τοὺς πολλούς.* Hos initiationis et Philoſophiæ gradus ſcite et eleganter comparat Theon Smyrnæus in Mathem. Plat. I. p. 18.

382. E. *οἱ νῦν ἱερεῖς—Πλούτωνος—*] Non antiqui ſacerdotes, ſed Plutarchi ætate. Igitur et Serapidem, qui eſt Græcorum Pluton, quidam pro Oſiride habuerunt; teſte Tacito Hiſt. IV. 84. Cætera de laudibus Plutonis adornata ſunt ex Platone Cratyl. p. 265. C, D. et Phædon. p. 385. G. Conferantur et noſtra notata p. 362. D. et 171. D.

p. 383. A. *μὴ φατὸν, μηδὲ ῥητὸν—*] Legendum *μὴ ψαυστὸν, μηδ' ὁρατόν·* refertur ad illud ſupra dictum p. 382. D: *τὸ γὰρ νοητὸν, ἀόρατον καὶ ἄψαυστον.*

383. A. *περὶ τῶν θυμιωμένων.*] Hunc locum tractat Schmidtius in Diſſert. De Sacerd. et Sacrific. Æg. p. 244—251. Ritus Ægyptii rationem habuiſſe Euripidem in Helena, 874. monet ad illum verſum Muſgravius.

383. C. *Ἀκρωνα—*] De hoc Diogenes Laert. VIII. 65. neque abhorret factum ab ejus ætate; ſiquidem peſtis fuit

Digitized by Google

Athenis Olymp. LXXXVII. 2. Acron æqualis Empedoclis, qui floruit Olymp. LXXXIV. Et quod Hippocrates idem remedium Athenienſibus in eadem calamitate adhibuiſſe dicitur, temporis quidem rationibus non repugnat; quippe qui Olymp. LXXX. 1. natus perhibetur: quamquam fieri potuit, ut illud ab Acrone factum in Hippocratis nomen a poſteris conferretur. Videatur H. Mercurialis Var. Lect. II. 19. Fabricius Bibl. Gr. XIII. p. 32.

383. D. *Ἀριστοτέλης*—] Haud ſcio an in perdito nunc libro exſtiterit. Certe, Problem. XII. 12. ubi multa de odoratu florum et unguentorum; et Part. Animal. II. 7. ubi de cerebri natura; nil diſertum unde hæc dictio citaretur. Verbi *διαχεῖσθαι* vim expoſuimus p. 82. F. Similiter Hippocrates Diæt. p. 369: *ὁ δὲ ὕπνος γίνεται τῆς σαρκὸς ὑγρανθείσης, καὶ χεῖται τὸ αἷμα, καὶ γαληνίζει διαχεόμενον τὸ πνεῦμα.*

383. D. *τὴν σμύρναν παρ' Αἰγυπτίοις* ΒΑΛ *καλοῦσιν*] In Coptorum libris *Sal* vocari, monet Jablonſkius Collect. Voc. Æg. p. 49. cui addatur Schmidtius Diſſert. De Sacerd. Æg. p. 248.

383. D. *Τὸ δὲ Κῦφι*—] Hujus compoſitio paulo diverſa exponitur a Dioſcoride Mat. Med. I. 24. Damocrate apud Galenum De Antidotis II. 2. Edit. Charter. T. XIII. p. 900. F. Et videtur hoc ſuffimentum notare Porphyrius De Abſtin. II. 5. Memorat Hieronymus Adv. Jovinian. II. 8. Manethonis fuiſſe librum de Cyphi, tradit Suidas in Voc. *Μανεθώς*. Nominis Ægyptiacam ſtirpem oſtendit, et ſignificationem *odorem bonum* interpretatur Jablonſkius Collect. Voc. Æg. p. 117, 118. Quædam etiam annotavit H. Mercurialis Var. Lect. III. 2.

383. E. *Τὸν δὲ ἀριθμὸν — γλυκὺ πνεῦμα*] In hujus loci emendatione aliquid prætermiſſum eſt: ſic enim corrigendum: *Τὸν δὲ ἀριθμὸν—καὶ μόνος ἔχων τῶν ἴσων ἰσάκις ἀριθμῶν τὴν περίμετρον ἴσην, ἀγαπᾶσθαι προσηκόντως, ἐλάχιστα ῥητέον εἴς γε τοῦτο συνεργεῖν, ἀλλὰ τὰ πλεῖστα τῶν συλλαμβανομένων— γλυκὺ γὰς πνεῦμα.* i. e. *Numerum autem, ſi vel maxime merito videtur amari, utpote quadratus a quadrato et ſolus numerorum æqualiter æqualium habens areæ quantitatem æqua-*

Digitized by Google

lem numero ambitus, minimum tamen dicendus eſt ad hanc remedii ſalubritatem conferre, ſed plurimæ adhibitarum partium, aromaticas habentium vires; dulcem enim ſpiritum et benignam exhalationem emittunt—. De numero 16, diximus p. 367. F. et quid illud ſit, quod τὴν περίμετρον ἴσην ἔχει τῷ χωρίῳ: nam 4 multiplicatum per 4, eſt 16: et 4 quater poſitum item eſt 16. Porro dicitur ἰσάκις ἴσος, *æqualiter æqualis*, i. e. *per ſe ipſe multiplicatus, quadratus:* videatur Theon Plat. Mathem. XI. p. 38. Denique eſt τετράγωνος ἀπὸ τετραγώνου, *quadratus ex quadrato*, nam oritur 16 multiplicando per ſe ipſum numero 4, qui ipſe eſt quadratus ex bis duobus, $2 \times 2 = 4$.

383. F. λείως καὶ προσηνῶς ὑπνοῦται —] Duo priora junguntur Adv. Epicur. p. 1087. E: ὅσμων καὶ χυμῶν τὰ ἥδιστα προσαγαγὼν σώματι, μικρὸν εὑρήσεις χωρίον ἐν αὐτῷ παντάπασιν τὸ κινούμενον λείως καὶ προσηνῶς. Seorſim p. 55. A. 74. D. 100. D. Cæterum probo ὑπνοῦ τε κρᾶσιν, *temperiem ſomni conciliatricem accipit:* licet verbum ὑπνοῦσθαι alibi probum ſit v. c. 236. B. Vit. 706. E.

383. F. τῶν μεθημερινῶν φροντίδων — ἄμματα] Eſt imitatio Pindarici dicti, jam adhibiti Plutarcho p. 68. D: τῷ Λυσίῳ θεῷ, καὶ λύοντι τὸ τῶν δυσφόρων σχοινίον καὶ μεριμνῶν, κατὰ Πίνδαρον. Plutarchi dictionem geminæ ejuſdem dictioni corrigendæ adhibuimus in Fragmento De Anima edito ad calcem libri De Ser. Num. Vind. p. 143. editionis noſtræ Opp. Mor. T. V. Fragm. VI. §. 3. ubi de ſomno item dicitur, ὁ δεσμὸς—ἐνδίδωσι καὶ χαλᾶται καὶ γίγνεται μαλακώτερος, οἷον ἀμμάτων ἀφιεμένων, τῶν αἰσθήσεων παραλυομένων καὶ προϊεμένων τὴν περὶ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἔντασιν· i. e. *in ſomno vinculum animi et corporis ſe remittit et laxatur fitque lenius, veluti funibus ſolutis nexu, ſic ſenſibus laxatis, et remittentibus animi in corpore intentionem.* Et hujuſmodi temperamentum ad ſomniorum divinationem valet: *Solutus enim corporeis nexibus animus ſemper vigens motibus indefeſſis, et cogitationibus ſubjectis* (leg. *abjectis*) *et curis quæ mortalium ſollicitant mentes, colligit viſa nocturna, quas φαντασίας nos appellamus:* inquit Ammianus Marcellinus XIV. p. 29. et ſimilia Cicero Divin. I. 30. quem laudavimus in conjuncta materia

Digitized by Google

p. 82. F. Ad mortem, id eſt, non laxationem animi in corpore, ſed diſſolutionem ac ſeparationem alterius ab altero, dictionem hanc retulit Lucretius III. 949: *Vitales animæ nodos e corpore ſolvit.* Virgilius Æn. IV. 695. in obitu Didonis—*Juno—Irim dimiſit Olympo, Quæ luctantem animam nexoſque reſolveret artus.*

383. F. τὸ φανταστικὸν καὶ δεκτικὸν ὀνείρων ὥσπερ κάτοπτρον] Comparatio in divinationis argumento uſurpata. Plutarcho v. c. De Pythiæ Orac. p. 404. C. Defect. Orac. 433. A: ὑγρότης — κατόπτρων θίγουσα καὶ μιχθεῖσα πρὸς ἀέρα ἀφαιρεῖ τὴν λαμπρότητα καὶ τὸ φέγγος· τοὐναντίον τε πάλιν αὖ περιψύξει τινὶ καὶ πυκνώσει τοῦ πνεύματος, οἷον βαφῇ σιδήρου τὸ προγνωστικὸν μόριον ἐντείνεσθαι καὶ στομοῦσθαι τῆς ψυχῆς, οὐκ ἀδύνατόν ἐστι· sic enim adhuc legendum putamus. Sympoſ. VIII. 736. A: τοῖς δὲ σώμασι τὰς ψυχὰς συμπαθεῖν ἀνάγκη, καὶ μάλιστα παχυνομένου τοῦ πνεύματος ἀμαυροῦσθαι τὸ μαντικὸν, ὥσπερ κάτοπτρον ὁμίχλης ἀναπιμπλάμενον. Ariſtoteli De Inſomniis 2. p. 426. E. et Divinat. Somn. 2. p. 430. G.

p. 384. A. οἱ Πυθαγόρειοι] Jamblichus Vit. Pythag. §. 65: ἐπί τε ὕπνον ἐσπέρας τρεπομένων τῶν ὁμιλητῶν ἀπήλλαττε μὲν αὐτοὺς τῶν ἡμερινῶν ταραχῶν καὶ ἐνηχημάτων, διεκάθαιρέ τε συγκεκλυδασμένον τὸ νοητικὸν, ἡσύχους τε καὶ εὐονείρους, ἔτι δὲ μαντικοὺς τοὺς ὕπνους αὐτοῖς ἀπειργάζετο. Quinctilianus Inſt. Or. IX. 4. p. 832: *Pythagoreis certe moris fuit, et cum evigilaſſent, animos ad lyram excitare, quo eſſent ad agendum erectiores: et, cum ſomnum peterent, ad eamdem prius lenire mentes, ut, ſi quid fuiſſet turbidiorum cogitationum, componerent.* Cenſorinus De Die Natal. XII. p. 56: *Pythagoras, ut animum ſua ſemper divinitate imbueret, priuſquam ſe ſomno daret, et quum eſſet expergitus, cithara ut ferunt cantare conſueverat:* ubi plures etiam teſtes excitavit Lindenbrogius.

384. A. ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν] Tranſpoſitionem in Emendationibus poſitam ſuadet cum ipſa res, tum nomen ἀναλωμάτων, *ciborum conſumendorum;* quam non opus erit mutare vel cum Meziriaco in ἀρωμάτων, vel cum Squirio in ἀναθυμιάσεων. Accedit auctoritas Ariſtotelis ad quem hic locus referri videtur, De Part. Animal. II. 7. p. 604. F, G. ubi de cauſſa ſomni traditur: item De Somno et Vigil.

Digitized by Google

III. p. 423. F. Adhibeatur Hippocrates Diæt. III. p. 369. fin. Stoicorum opinio apud Diogenem Laert. VII. 158. Hermetis ap. Stob. Phyſ. p. 748.

384. A. Τῷ δὲ Κῦφι χρῶνται, καὶ πόματι καὶ κράματι] Videantur Dioſcorides et Galenus citati ad p. 383. D. Eſt autem πόματι καὶ κράματι, figura ἓν διὰ δυοῖν, pro πόματι κεκραμένῳ, id eſt *potu temperato, mixto;* ita κρᾶμα dicitur Plutarcho Opp. Mor. p. 140. E. 1109. E. et frequens apud Medicos. Prius καὶ opponitur θυμιάματι. Sententia eſt, *Utuntur Cyphi non ſolum pro ſuffimento, ſed etiam pro potu mixto.*

384. B. Ἄνευ δὲ τούτων, Ῥητίνη — μᾶλλον·] De formula tranſitus ἄνευ δὲ τούτων—diximus ad p. 25. D. Proxima pars turbata et transjecta, ſic eſt reſtituenda—Ἄνευ δὲ τούτων, τῶν τὸ Κῦφι συντιθέντων, Ῥητίνη μὲν καὶ Σμύρνα ἐστὶν ἔργον ἡλίου, πρὸς τὴν εἴλην τῶν φυτῶν ἐκδακρυόντων· ἔστιν δ' ἃ νυκτὶ χαίρει μᾶλλον. Ratio apparet ex proximis; ἐκεῖνα, Reſina et Myrrha, ſunt ſimplicia ἁπλᾶ et a Sole generata; igitur merito interdiu adolentur: at Cyphi, contra, ut mixtum ex plurimis et variis partibus, ut nocturnus aer ex variis aſtrorum luminibus et effluviis, nocti congruit. De nomine εἴλη videatur Ruhnkenius ad Timæum p. 95.

384. B. Πίνδαρος] Olymp. I. 10.

384. B. νυκτερινὸς ἀὴρ κρᾶμα — σπερμάτων] Reſtituendum κρᾶμα καὶ σύμμιγμα ex A, E. Venet. Ald. Baſ. ut jam ex his duobus dederat Squirius. At quod idem σπερμάτων in ῥευμάτων mutatum vult, temere facit. Dicuntur enim σπέρματα h. l. metaphorice, pro partibus et *elementis* unde medicina componitur: veluti Opp. Mor. 157. E, F. et vero κρᾶμα, et δυνάμεις, *vires*, ſunt Medicorum vocabula. Nocturni aeris affectionem ex confluentibus aſtrorum ſplendoribus ortam, notat Plutarchus De Defectu Orac. p. 424. B.

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM,

DE EI APUD DELPHOS.

P. 384. C. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙ ΤΟΥ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ] Hoc ipso titulo citavit Eusebius Præp. Evang. XI. 11: Πλούταρχος ἐν τῷ περὶ τοῦ Εἰ ἐν Δελφοῖς, longum inde locum apponens qui est p. 391. F—393. B. cujus brevem particulam refert Cyrillus Adv. Julian. VIII. p. 266. B. Veteres Græci quintam literam E pronunciabant EI ut monet Eustathius ad Iliad. E'. initio, indeque Fabricius B. G. III. p. 354. A. Ergo Inscriptio Delphica erat E, sed pronunciabatur EI.

384. D. Σαραπίων] Idem videtur esse qui in libro De Pythiæ Oraculis p. 396. D. dicitur Σεραπίων ὁ ποιητὴς—παρὼν Ἀθήνηθεν, et in toto Dialogo colloquentis partes tuens, hoc nomine scribitur: ac Sympos. I. 10. init. ejus epulum scenicæ victoriæ Athenis reportatæ memoratur ἐν δὲ τοῖς Σεραπίωνος ἐπινικίοις, ὅτε τῇ Λεοντίδι φυλῇ τὸν χορὸν διατάξας ἐνίκησεν. Quam nominis scripturam hoc loco unus dat Anon.

384. D. Δικαίαρχος—δόξαν.] In Vita Euripidis hoc prodidisse Dicæarchum verisimile est. Nam et vitas eum conscripsisse constat; et Euripidis vitam in his fuisse, cum hic locus significat, tum alius ostendit Adversus Epicur. p. 1095. A. et hoc Dicæarchi opus annotarunt Jonsius De

Digitized by Google

Scr. H. Phil. I. 16, 4. Menagius ad Diog. Laert. III. 4. Fabricius B. G. II. p. 295. Verſus hos repoſuit Grotius in Excerpt. Trag. p. 421. inde Muſgravius in Fragm. Incert. CXXXIV. Dictum in Menandreis Excerpt. apponit Grotius p. 759: Αἰσχύνομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι φίλῳ, Μὴ μ' ἄφρονα κρίνῃ καὶ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ· altero certe loco delendum, judice Gatakero Adverſar. p. 507. Solemnis hæc ſors dictorum Euripidis et Menandri, ut altera in alterius nomen transferrentur. Clericus tamen non notato pari altero repetiit in Reliqu. Menandri, p. 272. Socratis ad Archelaum ſimile fertur reſponſum, apud Ariſtotelem Rhet. II. 23: διὸ καὶ Σωκράτης οὐκ ἔφη βαδίζειν ὡς Ἀρχέλαον· ὕβριν γὰρ ἔφη εἶναι τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνασθαι ὁμοίως εὖ παθόντα ὥσπερ καὶ κακῶς. Seneca De Benef. V. 6. diſerte exponit rationes: paulo diverſe M. Antoninus XI. 25. ubi conferendus Gatakerus. Plutarchi exordium comparandum eſt cum exordio Iſocrateæ orationis ad Nicoclem; ut fecit H. Wolfius. Sed in Plutarcho non Iſocratea imitatio ſed τὸ φιλευριπίδειον exſtat.

384. D. Ἆρα δὴ—κάλλει] Pro ἄρα B dat ὅρα: atqui ὅρα δὴ ab initio ſententiæ, ſed ſequente Accuſativo, aut particula ὅτι, εἰ, vel ſimili ponere ſolet Plutarchus: ἆρα δὴ autem nec pariter uſurpat, nec etiam ἆρα δή· quorum illud hoc loco vertendum erat *Itaque nimirum*, hoc *An igitur*. Ergo forte ſcripſerit Plutarchus, Ὅρα δὴ ὅσον ἔλ. — *Vide igitur quantum liberalitate et pulcritudine pecuniaria dona inferiora ſint donis doctrinæ et ſapientiæ, et quam boneſtum ſit cum hæc donare, tum ab iis, quibus dantur, ſimilia reposcere.* Ὅρα δὴ ſic legitur Opp. Mor. p. 82. F. 152. E. 1068. E. 1089. A. 1109. E. Porro Cod. D. dat ἐλευθεριότητος, B omittit καί· ut vetus lectio oſtendatur ἐλευθεριότητος κάλλει.

384. E. τοῖς αὐτόθι φίλοις] *amicis iſthic degentibus*, i. e. eodem loco, quo tu habitas. Sic mox πόλει μεγάλῃ ſignificantur Athenæ: illic enim habitabat Serapion, ut modo notavimus.

384. E. τῶν Πυθικῶν λόγων] Dicit diſputationes Delphis habitas, libroſque ab ipſo ibi conſcriptos: cujuſmodi ſunt

Digitized by Google

hi tres deinceps, *De* EI*: De Pythiæ Oraculis: De Defectu Oraculorum:* tum *De Iſide et Oſiride: De Sera Numinis Vindicta: Sympoſiacæ Quæſtiones* II. 5. IV. 1. V. 2. VII. 2. fortaſſe etiam *De Mulierum Virtutibus:* et plures ut credibile eſt, in quibus nulla exſtant manifeſta loci indicia. Et Delphis magnam vitæ partem in præfectura vel ſacerdotio et procuratione Oraculi degit, ut apparet ex ipſius verbis De Ger. Seni Rep. p. 792. F.

384. E. ἀπαρχὰς] Hanc ſignificationem notavimus ad p. 40. B.

p. 385. A. περὶ τὸν θεὸν φιλοσοφήσαντας] Ratio poſtulat περὶ τοῦ θεοῦ, i. e. *de hoc Deo, de Apolline:* itaque vertit Xylander, et voluit Reiſkius. Amyotus aliud ſecutus eſt, reddens *les premiers hommes doctes qui ont eu dès le commencement la charge de ce temple.* Equidem credam οἱ περὶ τὸν θεὸν, accipiendum, *miniſtros et ſacerdotes Apollinis in templo Delphico, philoſophando ſic admiſiſſe hanc literam.* Dictio οἱ περί τινα, varios habet uſus: ſæpe ſignificat ipſum hominem cujus nomen ponitur: v. c. οἱ περὶ Ῥώμυλον καὶ Ῥῶμον, *Romulus et Remus* Opp. Mor. 268. E. ſæpius *hominem cum ſociis ſuis,* οἱ περὶ Βάῤῥωνα, *Varro et qui ejus auctoritatem ſequuntur* 288. B: οἱ περὶ Ἀρσαλον, 421. D: rarius etiam proprie de *ſociis alicujus,* ut hoc loco accipiendum videtur. Sic Conjug. Præcept. p. 143. C: τοῖς περὶ τὸν Κῦρον Ἕλλησι. Nicia, 160. E: τῶν περὶ Θουκυδίδην ῥητόρων, *oratores ſocii Thucydidis.* Catone Maj. 342. B: τοὺς περὶ αὐτὸν ἐφύλαττε καθαροὺς παντὸς λήμματος· *comites ſuos ab omni dono et præda ſervabat integros.* Sanit. Tuend. 135. C: Ἐπίκουρόν τε καὶ τοὺς περὶ Ἐπίκουρον—. Bruto 1002. B: τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς—.

385. A. καθίσας περὶ τὸν νεών·] Proprietas et conſuetudo deſiderat κ. παρὰ τ. ν. *prope, juxta, templum.* Sic Vit. 136. F. παρὰ τὰ τείχη. 453. D. παρὰ τὸν Εὐφράτην. 555. B, C. 730. C. 970. C. 1007. B. Opp. Mor. 148. B. 146. C. 150. A, B. 160. D. 161. C. 176. E. 196. D. 202. D. 229. D.

385. B. καθ' ὃν καιρὸν ἐπεδήμει Νέρων—] Æræ Chriſtianæ A. 66. Videantur citati a Tillemontio Hiſt. Imperator.

Digitized by Google

Rom. T. II. p. 132. seq. Corsinus in Vita Plutarchi præmissa operi De Placit. Phil. p. 3. Rualdum secutus, ex hoc loco intelligi vult, Plutarchum illo tempore decimum sextum aut duodevicesimum ætatis annum egisse: vere an falso, alibi videbimus.

385. B. ἐδόκει—Ἀμμώνιος] In Græco contextu mendosum est ἐδοκεῖ. De Ammonio, Plutarchi magistro, notavimus quædam p. 70. E. Amyotus et Meziriacus, retento δοκεῖ ante nomen Ἀμμώνιος, ponunt ἔφη ὁ, hac sententia reddendum, *Nam quia Deus omnibus videtur non minus philosophus esse quam vates, recte ad hanc rem, dicebat Ammonius, Deo unumquodque nominum imponi*—. Et hæc ratio habet aliquid verisimilitudinis.

385. B. Πύθιος—ἀλλήλους·] Cognomina Apollinis ex Stoica interpretatione. Cornutus De Nat. Deor. XXXII. p. 225: καὶ Δήλιον δὲ αὐτὸν ὠνόμασαν καὶ Φαναῖον ἀπὸ τοῦ δηλοῦσθαι δι' αὐτοῦ τὰ ὄντα·—Πύθιον, ἀπὸ τοῦ θεῦρο τοὺς ἀνθρώπους ἐρχομένους πυνθάνεσθαι τὰ καθ' ἑαυτούς. Ad eamdem rationem Plutarchus De Occult. Viv. p. 1130. Δήλιον καὶ Πύθιον refert. Φαναῖος exponit Hesychius, ubi videatur Albertius et alii. Ἰσμήνιος ejusque Oraculum apud Thebanos notum, ex aliis et Pausania IV. 27, 32. IX. 10. Λεσχηνόριος, Suidas in Λέσχαι·—Κλεάνθης δέ φησιν ἀπονενεμῆσθαι τῷ Ἀπόλλωνι τὰς λέσχας, ἐξέδραις δὲ ὁμοίας γίνεσθαι· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἀπόλλωνα παρ' ἐνίοις Λεσχηνόριον ἐπικαλεῖσθαι. Cornutus l. c. p. 228. Harpocration V. Λέσχη. Hesychius ibid. Meursius ad Lycophron. 543. Nomen compositum an productum sit, dubites. *Compositum*, ex λέσχη et ἀνὴρ, factum esse λεσχήνωρ, quam formam citat Th. Reinesius Var. Lect. III. p. 367. nullo auctore, nec mihi lectam, tamen suadent similia v. c. ἀγήνωρ, ἐλεφήνωρ, εὐήνωρ, φθισήνωρ· et hac ratione fuerit Apollo *differens cum viris, eosque docens:* indeque λεσχηνόριος legitima productione Adjectivum. *Productum* a λέσχη est λεσχηνεύω, ejusdem formæ ac ἑρμηνεύω, τιθηνεύω, σαγηνεύω· sed et alia fuit terminatio λεσχηνόω, unde λεσχηνάτης *confabulator:* indidemque nomen λεσχήνωρ potuit fieri, cujus generis sunt item, Νικάνωρ, Εὐφράνωρ, Θεάνωρ. Equidem si optionis necessitas imponatur, præferam poste-

Digitized by Google

rius ut aliquantulum probabilius. Stoicorum, Zenonis, Chryſippi, et Cleanthis a Suida l. c. nominati in etymologiarum ſubtilitate, ac Deorum nominibus interpretandis curioſitatem animadvertimus ſupra p. 31. E. 34. D. 377. D. quibus adjungatur Cicero Nat. D. III. 24.

385. B, C. τοῦ φιλοσοφεῖν, ἔφη, τὸ ζητεῖν—περὶ τὸν θεόν] A Platone fluxit Theætet. p. 119. G: μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος, τὸ θαυμάζειν· οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας, ἢ αὕτη. Pro ἔφη Reiſkius maluit ἐστί: Venet. ἐφ' οἷς· Pro τὸ ζητεῖν, Venet. τῶν ζητεῖν· Pro τὸν θεὸν, D. A. ex correctione, Venetus a prima manu, Ald. Baſ. Xyl. τῶν θεῶν· reliqui dant illud vulgatum, ſine dubio melius. Itaque et Latina ſunt corrigenda, *de Diis* mutandum *de hoc Deo* i. e. de Apolline.

385. C. λόγον τινὰ ποθεῖν τοῦ διὰ τί] Hæc omnino verior eſt lectio. Sic gemina in ſententia Plutarchus Sympoſ. V. 7. p. 680. C: ὅπου γὰρ ὁ τῆς αἰτίας ἐπιλείπει λόγος, ἐκεῖθεν ἄρχεται τὸ ἀπορεῖν, τουτέστι τὸ φιλοσοφεῖν·—δεῖ δὲ, ἔφη, τὸ διὰ τί γίνεται τῷ λόγῳ μετεῖναι· τὸ δὲ ὅτι γίνεται, παρὰ τῆς ἱστορίας λαμβάνειν. Ariſtoteles Analyt. Poſt. II. 10: λόγος ὁ δηλῶν διὰ τί ἐστιν. Frequens diſtinctio ὅτι et διότι ibid. I. 10.

385. C. οἷον ἐπὶ τοῦ πυρὸς—προσελθεῖν.] Quædam horum alibi etiam tradita deprehendimus: πῦρ ἄσβεστον, ignis perpetuus Delphis, apud Plutarchum in Numa p. 66. B, C. Parcas duas Pauſanias narrat X. 24. p. 858. Mulieribus nefas fuiſſe ad χρηστήριον, id eſt *penetrale*, accedere, in templum ingredi licuiſſe, cum hoc Plutarchi dicto concilians Euripideum Ion. 224. cenſet Muſgravius.

385. D. Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν—] De his enim multum diſputatum et ſcriptum erat. Conferatur Plutarchus VII. Sap. Conviv. p. 164. B. Porphyr. De Grad. p. 239. qui ipſe ſcripſit, de quo Holſtenius Diſſert. Porphyr. Cap. VIII. p. 49. Stobæus p. 176. Diogenes Laert. I. 41, 63. II. 32. IX. 71. Eponymus Plutarcheus De Vita Homeri §. 151. Plinius H. N. VII. 32. Dio Chryſ. 68. C. 148. D. Jamblich. Vit. Pythag. §. 83. Anonymus ibid. §. 16.

385. D. Λαμπρίας ὁ ἀδελφὸς] *Lamprias* diſerte *frater* Plu-

Digitized by Google

tarcho nominatur Sympoſ. II. 2. p. 635. A. VIII. 6. p. 726. D. IX. 15. p. 747. B. alibi nude *Lamprias* dicitur v. c. Defect. Orac. p. 413. D. ſequ. Sympoſ. I. 2. p. 617. E. IV. 4. p. 669. C. 670. E. VII. 5. p. 704. D. 705. B. 706. C. IX. 5. p. 740. A, B. C. p. 741. B. De Vultu Lunæ p. 921. D. 937. D. 940. F. 945. D. Alius eſt *Lamprias Avus* Plutarchi.

385. D. τοὺς σοφοὺς—] Partim a Platone fluxit, qui Protagor. p. 206. G. omiſſis Cleobulo et Periandro, Chilonem et Myſonem ſubſtituit. Idem exemplum alii in hoc argumento narrando propoſitum habuerunt: v. c. Pauſanias X. 24. Diogenes Laert. I. 41. Aliquanto obſcurius ſecuti ſunt Dio Chryſ. Or. LXXII. p. 630. D. Clemens Alexandr. Strom. I. p. 299. B. Ælian. Var. Hiſt. III. 17, 8.

p. 386. B. ἐκ πίνακος καὶ πυλαίας] πυλαίαν interpretati ſumus p. 239. C. *præſtigiatoris et circulatoris apparatum*. At πίναξ proprie *tabula picta*, hoc loco eſt *pergula pictorum*, de qua Luciſii illud celebratur, *Pergula pictorum, veri nihil, omnia picta*. Sic Plutarchus Adv. Colotem p. 1108. D: ὥσπερ ἀγορᾶν ἢ πίνακα τεράτων συντίθησι τὸ βιβλίον. Compar. Ariſtid. et Caton. Maj. p. 354. D: τοὺς μὲν εἰς ἀγυρτικοὺς κατέβαλε πίνακας· *ad præſtigiatorias eos redegit tabulas*.

386. B. τοὺς ἀφ' ἱεροῦ κινήσας—] Si ſcriptum eſſet τ. ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ κ. quod voluit Reiſkius, dictio minus haberet inſolitam ſpeciem. Ita dicuntur οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, οἱ ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, οἱ ἀπὸ τῆς αἱρεσέως, qui ſectam aliquam tuentur, ejus quaſi tutores et procuratores. Opp. Mor. p. 673. C. 879. A. 882. C. 887. F. 892. B. 893. B. 1131. E. Vit. 984. E. Diogen. Laert. VII. 132, 133. IX. 49. Sext. Emp. Math. IX. 64. et Fabric. Item οἱ ἀπὸ σκηνῆς καὶ θεάτρου *ſcenici et hiſtriones* Vit. 452. A, B. et Opp. Mor. 785. B: αἰσχρόν ἐστι τῶν ἀπὸ σκηνῆς γερόντων τοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος ἀγεννεστέρους ὁρᾶσθαι: ſimiliter Vit. 894. D. porro οἱ ἀπὸ τῆς ἑτέρας στάσεως, Vit. 465. A. 467. B. 1049. D. ad eamdem rationem 575. D. 709. F. tum ὁ ἀπὸ βουλῆς *ſenatorius* 581. A. 725. A. 790. A. denique 687. E. τῶν ἀπὸ σφαίρας τινὶ νεανίσκων, *alicui juve-*

Digitized by Google

num qui pila cum Alexandro ludere ſolebant. Quibus in locis quum haud pauci ſint ejuſmodi ut Articulus omittatur, poterit etiam hoc loco ἀφ' ἱεροῦ pro ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ accipi. Sed alia etiam cauſſa Plutarcho Articuli omittendi, ut oblique ſignificaret proverbium τὴν ἀφ' ἱερᾶς κινεῖν, ex luſu calculorum ductum, *movere ſcrupulum a ſacra linea:* quo alibi quoque utitur v. c. De Solert. Animal. p. 975. A: κινήσαντες τὴν ἀφ' ἱερᾶς. Adv. Colot. 1116. E: εὐθὺς οὖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς κεκίνηκεν ὁ Κολώτης. De Rep. Seni Ger. 783. B. Plato Leg. V. p. 609. C. XII. 689. A. Philo Jud. Legat. Ad Caium p. 1007. B. Diogenianus Proverb. V. 41. Suidas VIII. 66. Plenius Scholiaſtes Platonis ad l. c. Leg. V. 609. C. Conferatur Caſaubonus ad Theocrit. Cap. XXIII. p. 282. Muretus T. III. p. 49. Ad aliud Proverbium de *Sacra anchora,* hoc ipſum tranſtulit Plutarchus in Coriolano p. 228. F.

386. B. οὐδεὶς ἐγίνωσκε τῶν Δελφῶν—] Nimirum eorum Delphicorum civium quibuſcum antea collocutus erat is, qui hæc differit, paulo ſupra dictus Ἕτερος δέ τις, unus ipſe τῶν ξένων, *hoſpitum* p. 385. A. memoratorum. Eſt autem in hoc libro nexus Dialogi aut turbatus, aut certe non diſerte declaratus.

386. B, C. Ἔστι γὰρ ὡς ὑπολαμβάνουσι—] Et hic mendi quid ſubeſt, et nexus obſcuritas: quæ ſic curanda putem, ut ita conſtituantur: Ἔστι γὰρ, ὡς ὑπολαμβάνουσι Δελφοὶ, τὸ EI, προηγορῶν ἔλεγε Νίκανδρος ὁ ἱερεὺς, σχῆμα καὶ μορφὴ —*Eſt ſane, ut Delphi putant,* aiebat Nicander Sacerdos hanc eorum opinionem defendens, *litera* E *figura et forma appellationis qua homines erga Deum utuntur*—. Hanc rationem partim jam Xylander vertendo ſecutus erat. De *Nicandro* diximus ad initium libri De Auditione quem ei inſcripſit Plutarchus p. 37. B, C. Verbum προηγορεῖν ſic apud ipſum eſt: v. c. Coriolano p. 216. B: προηγόρει δὲ Μενίνιος Ἀγρίππας· qui ex legatis partes dicendi agebat, Bruto p. 986. D: τῷ τῶν Λιβύων βασιλεῖ προηγορῶν: *Afrorum regem oratione defendens.* Xenophon Hellenic. II. 2, 13: προηγόρει δὲ αὐτῶν Θηραμένης. Exped. Cyr. V. 5, 7. Verbum in Lexicis omiſſum, annotavit in Lexico Xenophonteo

Digitized by Google

doctiſſimus F. G. Sturtzius in Προαγορεῖν· cui loco et verbo præſcribendum erat Προηγορεῖν, ſolemni forma in aliis compoſitis κατηγορεῖν, συνηγορεῖν, παρηγορεῖν. Fortaſſe reſtituendum Galeno De Optima Doctr. init. T. II. p. 16. A, B.: τὴν ἀντικειμένην προσαγορεύουσι· quod auctor ſcripſiſſe videtur τῇ ἀντικειμένῃ προηγορεῦσι· mox προηγοραῦντας μὲν ἑκατέρῳ τῶν ἀντικειμένων· pro vulgato προσαγορεύοντας· *contrariæ ſententiæ patrocinium agunt, utramque contrariarum ſententiarum defendunt.*

386. D. Ἀρχίλοχος] Singularis mentio dicti, non item Neobulæ, ſatis cognitæ amoribus et carminibus Archilochi: qua de re exquiſitiora notavit T. Hemſterhuſius ad Heſych. T. I. p. 1418. Repoſuit verſum Brunckius Analect. Vol. I. p. 45. ad quem eruditiſſimus Jacobſius noſtram rationem probat Vol. I. p. 168. Huic ſimilis eſt Hipponactis ap. Hephæſtion. p. 16. Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα. In Archilocheo haud improbem Reiſkii, εἰ ἐμοὶ γένοιτο, *mihi liceat:* niſi minore mutatione legi poſſet ὡς, *ſic: Utinam mihi ſic obtingat manum Neobulæ tangere:* ut illud *ſic* referatur ad omiſſam comparationis partem.

386. D. Σώφρονος—] Et hujus verſus hæc una habetur mentio. Ὅμα dedit Stephanus uno aſſentiente Veneto: quod Valckenarius ad Theocrit. X. Idyll. p. 124. ὁμᾶ ſcribit, et ut Doricum pro ὁμοῦ poſitum probat: idem de Sophrone digna lectu prodidit ibid. p. 200. ſequ.

386. D. τὸ Ὁμηρικὸν] Iliad. P. 29. Quod autem demonſtrando alteram ſyllabam in εἶθε otioſam eſſe, exemplum adfertur particulæ θὴν, mendi ſuſpicionem movet; Xylander ut breviloquentiam accipiens, ſupplevit vertendo —THE—*nihil ſignificat, ut* ΘΗΝ *apud Sophronem et Homerum*—utriuſque tamen locum prætermittens. Equidem θὴν formatum dicam ex δὴν, *diu, longe:* et item fuiſſe τὴν, a τέω, τείνω, *tendo.*

386. D. οἶσθα γὰρ δὴ Θέωνα] Durior tranſitus colloquii, quam ut a Plutarcho ita factus videatur; nam qui ſunt idem duriuſculi, hac ipſa pagina C, D. 387. B. Def. Or. 418. A. nil ad præſentis duritiem loci. Itaque putem ab

Digitized by Google

Auctore ſcriptum fuiſſe, διελθόντος τοῦ Θέωνος, οἶσθα γὰρ δὴ Θέωνα—. *Theoni* huic Plutarchus ut familiari et erudito homini frequenter in libris honorificas colloquendi partes tribuit: v. c. De Pythiæ Oraculis: Sympoſiacis, De Vultu Lunæ, Adv. Epicurum: ἰταῖρος etiam nominatur p. 620. A: alibi nude *Theon:* alibi quoque *Grammaticus* p. 626. E. 728. F. igitur argumentum differendi fere Grammaticum ei defertur v. c. p. 396. B. 923. E, F. 931. E. 940. A. Ejus *filii* memorantur p. 726. A. nominatim *Capbiſus:* in Dialogo Adv. Epicur. p. 1104. D. *juvenis adhuc* dicitur. *Thebis in Ægypto habitavit,* ſi ſana eſt lectio, et ad eum pertinet Lampriæ ſermo p. 939. C:—ἄνευ περὶ Θήβας παρ' ὑμῖν καὶ Συήνην—. *Sororis* ejus mentio fit p. 610. C. in Conſolat. ad Uxorem.

386. D. περιυβρισμένη·] Sana videtur oratio: attamen memoranda exſtat codicum ſcriptorum varietas. Nam Pol. et Jannot. addunt poſt appoſitum vocabulum, ἀνηκοῦ, a. monſtroſe ſane, ſed et Anon. T. V. B. item ſubjungunt ἀκηκουία: et codex Pariſ. B. in margine pro varia lectione habet ἀνηκόαν· præterea hoc ſcholion: ὁ γὰρ Ἀπόλλων κατὰ τὴν τῶν νοήσεων ἁπλότητα τὴν ἑαυτοῦ ὕπαρξιν ἱδρυσάμενος εἰκότως τὰς διαλεκτικὰς συμπλοκὰς τῶν λόγων τῶν συναπτικῶν χαίρειν ἐᾷ ὡς χαμαιζήλους τε καὶ συμπεπλεγμένους· quod pertinet ad antecedentia 386. C. Cæterum illa varietas lectionis forte ſignificet pro περιυβρισμένη fuiſſe aliquando ὑβριστικὰ ἀκηκουΐᾳ.

386. D. ἔφην] Legendum ἔφη, ut habet Cod. B.

386. D. τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν διπλασιάσωσιν] Uberius hoc narrat Plutarchus De Genio Socr. p. 579. B. ſumtum ex Eratoſthenis Platonico, unde retulit Theon Smyrn. in Mathem. Plat. p. 2. ad quem p. 192. alios teſtes citat Iſin. Bullialdus. Rationem ſolvendi Problematis explicuit Eratoſthenes in Epiſtola ad Ptolemæum Regem ſervata in Eutocii Commentario in Archimedis L. II. De Sphæra et Cylindro (p. 20. edit. Baſ. et p. 144. edit. noviſſ. Torelli, Oxonii 1792.) ubi aliorum complurium et Platonis ratio apponitur p. 135.

386. D. ὁ θεὸς αὔξει καὶ συνίστησι τὴν Διαλεκτικήν—] Perti-

Digitized by Google

net ad hanc rem Jamblichi disputatio in Epist. ad Dexippum ap. Stob. Flor. LXXIX. p. 471.

p. 387. A. εἰ ἡμέρα, φῶς ἐστὶν] Poll. Schott. Jannot. Anon. Mez. εἰ ἡμέρα ἐστὶν, φῶς ἐστιν· A. εἰ ἡμέρα ἐστὶ φῶς, φῶς ἐστιν. De re vide proximam Notam.

387. A. ἐμφάσεως—] Mez. adscripsit, συνάψεως, ex Amyoti versione susceptum. Xylander recte vertit *significationis*. Exemplum Syllogismi frequens Stoicis. v. c. Diog. Laert. VII. 68, 69. qui mendosus corrigendus est ex geminis locis Sexti Emp. Adv. Mathem. VIII. 294—306. VIII. 429—433. Pyrrhon. Hypotyp. III. 111, 112. ubi συνάρτησις et ἔμφασις exponuntur: οἱ δὲ συνάρτησιν εἰσάγοντες (ita lege pro συνεισάγοντες) ὑγιὲς εἶναί φασι συνημμένον — εἰ ἡμέρα ἐστὶν, ἡμέρα ἐστιν· οἱ δὲ τῇ ἐμφάσει κρίνοντές φασι ὅτι ἀληθές ἐστι συνημμένον οὗ τὸ λῆγον ἐν τῷ ἡγουμένῳ περιέχεται —οἷον οὕτως, εἰ ἡμέρα ἐστιν φῶς ἐστιν, ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστιν, φῶς ἄρα ἐστίν. Fabricius ad h. l. Plutarcheum hunc adferens, "ἔμφασις," inquit, "est potestas significandi plus "quam verbo exprimitur, unde latens in illo ac comprehensum deinde erui ac tamquam consequens colligi "potest." Cicero Rhetor. Ad Herenn. IV. 54: *significationem per consequentiam* appellat. Sic et alii Rhetores ἔμφασιν describunt; quorum locos appposuit J. Christ. Theophil. Ernestius in Lexico Technol. Gr. Rhet.

387. A. ἀποδείξεως ἀρχὴ—] Legendum ἀποδείξεως δ' ἀρχὴ, ut Venet. Mez. Reisk.

387. B. Ὁμηρός—] Iliad. A. 70.

387. D. Ἡρακλῆς—ὑποσπᾶν ἔδοξε βία τὸν τρίποδα] Plutarchus alibi De Ser. Num. Vind. p. 557. C. 560. D. Apollodorus II. 6, 2. Cicero Nat. Deor. III. 16. ubi alios etiam appellat Davisius.

387. D. Εὔστροφον—] Hic inducitur colloquens Sympos. VII. 4. p. 702. D. Εὔστροφος Ἀθηναῖος, et 703. D.

387. D, E. τὴν λεοντῆν ἐπενδυσάμενος] Proverbii instar ex Herculis more ductum: Suidas Τὴν λεοντῆν ἐνδύου· ἴσον τῷ γενναΐζου. Plutarch. Opp. Mor. p. 190. E. 229. B. 785. E. Vit. 437. A. 956. F. Plato Cratyl. p. 268. E. Erasmus Adag. p. 447, 699.

Digitized by Google

387. E. πεμπάζειν] Vide Annotat. p. 374. A.

387. F. γενόμενος, Εἶπον] Inter hæc verba aliquid excidisse putavit Mez. quæ suspicio nobis non probatur.

p. 388. A. ΓΑΜΟΣ] Numerus V, habet quidem rationem cum *Nuptiis*, et dicitur γαμήλιος, ut notavimus ad Qu. Rom. I. p. 264. A. Diserte tamen ΓΑΜΟΣ a Pythagoricis dictus est numerus VI. ut Plutarchus De An. Procreat. p. 1018. C. ex Pythagoricis scholis: καὶ ἔστιν ὁ μὲν ϛ̄ τέλειος, ἴσος ὢν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι, καὶ γάμος καλεῖται, διὰ τὴν τοῦ πράτου ἀρτίου καὶ περιττοῦ σύμμιξιν. Clemens Alexandr. Strom. V. p. 593. C: γάμος γὰρ παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις, ὡς ἂν γόνιμος ἀριθμὸς ἡ ἑξὰς καλεῖται. Jamblichus Comment. in Nicomach. Arithm. p. 47. B: πρὸς τῶν Πυθαγορικῶν ἔτι γάμον καλεῖσθαι (τὸν ϛ̄) ὅτι κατ' αὐτὸν πρώτιστον σύνοδος ἄρσενος καὶ θήλεος ἐκ κατακράσεως γίνεται· vulgo legitur κατ' αὐτὸ, et κατακράσεως, quod posterius Tenullius perperam vertit *ex conflictu*, quasi legisset καταῤῥάξεως· quod legendum erat κατακράσεως, et vertendum *commixtione*.

388. A. τινὰ δεκτικὴν—χώραν] Mez. adscripsit: "τινὰ δίοδον "ἐν αὐτῷ καὶ χώραν, οἷον δεκτικὴν ἀρχήν· *ita legere videtur Amyotus.*"

388. C. ὁμοιότητι] Non satis placet. D offert ὁ μὴ διὰ, quod quamvis corruptum, tamen vestigia veteris lectionis ὁμιλίᾳ prodit.

388. C. φύσις] Tale nomen significatur in Excerptis Nicomachi apud Photium Cod. CLXXXVI.

388. D. Ἡράκλειτος] Refertur ad notum Heracliti placitum, quod apud Diogenem Laert. IX. 8: πῦρ εἶναι στοιχεῖον, καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν πάντα τὰ γενόμενα ἀραιώσει καὶ πυκνώσει· sic enim verba ordinanda: plures opinionis testes adducit Menagius: diximus et nos p. 97. A. Ipsa verba Heracliti haud scio an hoc solo loco exstent: quorum postrema sic videntur legenda—καὶ χρημάτων χρυσὸν, ut posuimus in Versione Latina. Est autem quasi proverbii instar dictum aliquid tamquam auro aut argento permutare: v. c. apud Julianum Or. I. p. 42. B: ἄνδρες ἀγαθοὶ πολλάκις τολμῶσιν, οἷον πρὸς ἀργύριον, τὴν δόξαν, τὰς ψυχὰς ἀποδόμενοι.

388. E. πρὸς τὸν Διόνυσον—μέτεστιν] Bacchi cum Delphis

Digitized by Google

communionem notavimus ad Iſid. et Oſir. p. 365. A. Forma dictionis refertur ad pervulgatum Proverbium, Τί ταῦτα πρὸς τὸν Διόνυσον.

388. F. Ἀπόλλωνα—Φοῖβόν τε—] Notationem Ἀπόλλωνος, ut negantis τὰ πολλὰ, animadvertimus p. 354. B. 381. F. 393. B: Φοῖβον δὲ δήπου τὸ καθαρὸν καὶ ἀγνὸν οἱ παλαιοὶ ὠνόμαζον, ut ipſe Plutarchus ait in hoc libro p. 393. C. Heſychius in Voce, ubi videantur interpretes: Etymol. M. T. Hemſterhuſius ad Lennepii Etymol. L. Gr. p. 1070. Scriptor Vitæ Homeri in Plutarcheis Opp. §. 17. Heraclides Allegor. Hom. p. 417. edit. Galei.

p. 389. A. Ζαγρέα καὶ Νυκτέλιον καὶ Ἰσοδαίτην—] Bacchi cognomina. Ζαγρεὺς dicitur Callimacho apud Etymol. M. Porphyrius De Abſtin. IV. 19. ex Euripide in Creſſis, Heſychius, ubi alios etiam citant Viri Docti: ad hoc nomen proxime φθορέας refert Plutarchus, ut quaſi *vitæ interceptorem* notare videatur. Νυκτέλιος Ovidio Met. IV. 15. Pauſaniæ I. 40. p. 97. fin. Kuſterus adhibeatur in notis ad Heſychium, Νυκτελεῖν, ἐν νυκτὶ τελεῖν. Sacra *nuctélia* animadvertimus p. 291. A. ſignificationem nominis Plutarchus monſtrat proximo ἀφανισμούς. Ἰσοδαίτην Harpocration exponit in Voce hac—Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Φρύνης, ξενικός τις δαίμων ᾧ τὰ δημόδη γύναια καὶ μὴ πάνυ σπουδαῖα ἐτέλει· hujus ſignificationi accommodatur proximum ἀποβιώσεις καὶ παλιγγενεσίας, quaſi *morte et vita æqualiter diſtributi:* conferatur et Heſychius in Ἰσοδέτης, quod viri docti mutatum volunt in Ἰσοδαίτης. Suidas. J. Meurſius Lect. Att. I. 27.

389. A. μιξοβόαν — Διονύσῳ·] Æſchyli verſus Toupius tractavit Epiſt. Crit. p. 103. ſed elegantiſſimum in altera editione eruditiſſimus Appendicis auctor hoc judicium apponit: *In Æſchyli loco* διθύραμβον *primam producit. Ejiciendum vero* δὲ, *quod Plutarchus omittit, atque ita legendum:* (*vide Ariſtoph. Acharn.* 264. *Anaxandrid. apud Athenæum* XI. p. 482. D. *Euripid. Bacch.* 1173.)

——— μιξοβόαν πρέπει
Διθύραμβον ὁμαρτεῖν
ΣΥΓΚΩΜΟΝ Διονύσῳ.

Digitized by Google

Initium eſt pars Glyconici acatalectici, reliqui duo Glyconici Pherecratei. Igitur et Meziriaco ſuum σύσκηνον, et Reiſkio σύγκοιτον, eo magis remittimus, quod et nobis poſtea de hoc loco cogitantibus σύγκωμον in mentem venerat.

389. B. παιδιὰν—ἀνωμαλίαν·] Quod in Emendatione notavimus legendum eſſe, παιδιᾷ καὶ ὕβρει καὶ σπουδῇ καὶ μανίᾳ προσφέροντες ἀνωμαλίαν, legitur in cod. Venet.

389. B. κόρον — χρησμοσύνης·] Notum eſt Stoicorum de *conflagratione mundi* placitum, περὶ τῆς ἐκπυρώσεως· at non item nota denominatio intervallorum, qua ſtatus exuſti mundi χρησμοσύνη, inſtaurati autem et vigentis κόρος dicitur. Huc pertinet diſputatio Philonis Judæi ex gemino aut eodem fonte ducta De Animalibus Sacrificio Idoneis p. 839. C: T. II. p. 224. edit. Mang. ἡ δὲ εἰς μέλη τοῦ ζώου διανομὴ δηλοῖ, ἤτοι ὡς ἓν τὰ πάντα, ἢ ὅτι ἐξ ἑνός τε καὶ εἰς ἕν· ὅπερ οἱ μὲν κόρον καὶ χρησμοσύνην ἐκάλεσαν, οἱ δ' ἐκπύρωσιν καὶ διακόσμησιν· ἐκπύρωσιν μὲν κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ δυναστείαν τῶν ἄλλων ἐπικρατήσαντος, διακόσμησιν δὲ κατὰ τὴν τῶν τεττάρων στοιχείων ἰσονομίαν, ἣν ἀντιδιδάσιν ἀλλήλοις. Quam non exſtare item in libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, ſane miror.

389. D. τὸν ἐν χορδαῖς καὶ τρυπήμασι—] Platonem imitatur irridentem eos qui de muſica ſenſu et auribus, non ratione, judicant: Rep. VII. p. 487. B, C: παραβάλλοντες τὰ ὦτα, οἷον ἐκ γειτόνων φωνὴν θηρευόμενοι, οἱ μὲν φασὶν ἔτι κατακούειν ἐν μέσῳ τινὰ ἠχὴν καὶ σμικρότατον εἶναι τοῦτο διάστημα ᾧ μετρητέον· οἱ δὲ ἀμφισβητοῦντες ὡς ὅμοιαι ἤδη φθεγγομένων, ἀμφότεροι ὦτα τοῦ νοῦ προστησάμενοι. Σὺ μέν, ἦν δ' ἐγὼ, τοὺς χρηστοὺς λέγεις τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας, καὶ βασανίζοντας ἐπὶ τῶν κολλόπων στρεβλοῦντες. Eadem varians ſequitur Plutarchus De An. Procreat. Platonic. p. 1030. B. et ad verbum reponit Theon Mathem. Plat. Cap. I. p. 8.

389. D. λόγος ἐστὶ τῆς μὲν διὰ τεττάρων—] In numeris diſertior erit explicatio ſi totum inſtar 12 ponamus:

12 : 6 = 2 : 1. Διὰ πασῶν. Λόγος διπλάσιος.

12 : 8 = 3 : 2. Διὰ πέντε. Λόγος ἡμιόλιος.

12 : 9 = 4 : 3. Διὰ τεσσάρων. Λόγος ἐπίτριτος.

His addit duas compoſitas. Harum altera eſt Διὰ πασῶν καὶ Διὰ πέντε id eſt 12+6=18, eſtque 18 : 6 Λόγος τριπλά-

Digitized by Google

σιος *ratio tripla.* Altera, Δὶς διὰ πασῶν, id est 24, quæ ad 6 sunt in λόγῳ τετραπλασίῳ, *in ratione quadrupla.* Tertiam repudiat Διὰ πασῶν καὶ Διὰ τεσσάρων, i. e. 12+4=16: hæc ratio 16 ad 6, ἕξω μέτρου βαίνει. Conferendus est Theon Math. Plat. in primis p. 81, 88. Plutarchus locis geminis Defect. Orac. p. 430. A. De Anim. Procreat. p. 1018. D. et 1021. B, C. Nam sex a Musicis traduntur et habentur *Rationes* seu *Symphoniæ* in quibus etiam est *Diapason cum Diatessaron*, ut ex Aristoxeno refert Vitruvius Architect. V. 4.

389. E. πέντε τετραχόρδων θέσεις] Geminis duobus locis adhibetur idem argumentum: Defect. Orac. p. 430. A: τὸ παρ' ἡμῖν ἡρμοσμένον ἐν πέντε τετραχόρδων θέσεσιν ὁρᾶται, τῶν ὑπάτων, καὶ μέσων, καὶ συνημμένων, καὶ διεζευγμένων, καὶ ὑπερβολαίων. De Animi Procreat. p. 1029. A. Latine apponamus ex Martiano Capella Lib. IX. in Meibomii Scriptor. Musc. T. II. p. 187, 188: *Tetrachordon est chordarum cum certa qualitate divisio.—Singuli quique tropi tetrachorda quina custodiunt.—Tetrachordon quippe est, quatuor sonorum in ordine positorum congruens fidaque concordia. Sunt autem tetrachorda principalium, mediarum, conjunctarum, separatarum, excellentium.*

389. E. τόνους, ἢ τρόπους, εἴτε ἁρμονίας χρὴ καλεῖν—] Significat *Harmonias*, seu *Tropos*, quibus cognomina sunt a populis, *Lydiam, Æoliam, Phrygiam, Ionicam, Doriam*: quam distributionem in Introductione Musica secutus est Alypius in Meibom. Script. Musc. T. I. et Bacchius attigit p. 12, 13. Martianus Capella ibid. p. 181. Singulis adjecti sunt alii, qui horum ἐπιτάσει καὶ ὑφέσει non sunt nisi βαρύτητες καὶ ὀξύτητες, *gravitates et acumina*, i. e. *graviores aut acutiores*, quod ait Plutarchus hoc loco, significans, in Lydio, *Hypolydium* et *Hyperlydium*, in Æolio, *Hypæolium* et *Hyperæolium*, itemque in reliquis.

389. E. διαστημάτων—δίτονον.] Item geminis locis Plutarchus Defect. Or. p. 430. A. Anim. Procreat. p. 1019. A. Dicitur autem *Diesis* minimus sonus quem natura nostra concinne remittere et intendere potest, et habetur instar quartæ partis soni τόνου: hujus duplum est *hemito-*

Digitized by Google

nium, dimidius ſonus: hujus item duplum τόνος· hujus porro duplum δίτονον: inter duo poſtrema interjectum τριημιτόνιον, magis adſcivit ipſe ad explendum numerum quinarium, quam vulgo celebratam a doctoribus artis accepit. Sed διαστήματα *intervalla,* hæc ſunt prima, et iiſdem proportionibus cenſentur quibus *ſymphoniæ;* quare et ipſa poſſunt ad numerum quinarium redigi. Conf. Theon Mathem. Plat. p. 76, 77.

389. F. τὸν Πλάτωνα—καὶ Ἀριστοτέλης] Et hæc tractantur De Def. Orac. p. 430. A. Mundum eſſe unicum, diſerte in Timæo pronunciavit Plato p. 527. D: πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα· εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται·— item in fine, κάλλιστός τε καὶ τελεώτατος γέγονεν εἷς οὐρανὸς ὅδε μονογενὴς ὤν· tamen ſi plures ſint uno, dubitari poſſe an quinque ſint: p. 537. A: πότερον δὲ ἕνα ἢ πέντε αὐτοὺς ἀληθείᾳ πεφυκότας λέγειν προσήκει, μᾶλλον αὖ, ταύτῃ στὰς, εἰκότως διαπορήσαι· τὸ μὲν οὖν δὴ παρ' ἡμῶν ἕνα αὐτὸν κατὰ τὸν εἰκότα λόγον μηνύει—. Et Ariſtoteles diſerte unum ſtatuit mundum, nec plures eſſe poſſe De Cœlo I. 8, 9.

p. 390. A. ὧν ὁ μέν ἐστι γῆς—δωδεκάεδρον] Quatuor figuræ corporum ſingulis elementis, dodecaedrum univerſo accommodat Plato; qua de re videatur Plutarchus Defect. Orac. p. 422. F—428. D. Quæſt. Plat. IV. Placit. Philoſ. II. 6. ex Pythagoræ placitis ſumtum dicitur. Alcinous Doctrin. Plat. Cap. XIII. quod Plato Tim. p. 536, et 537, ſuo more, magis ſignificat quam dicit. Ceterum quinarium elementorum numerum Plutarchus Def. Or. p. 430. A. communicat cum Ariſtotele quatuor elementorum corporibus, quintum corpus τοῦ οὐρανοῦ adjungente De Cœlo, I. 1. quod et ἡ πέμπτη οὐσία vocatur, ut h. l. Conferatur Placit. Philoſ. II. 7. et eadem Ciceroni dicta Tuſc. I. 17: *quinta illa non nominata magis quam non intellecta natura.*

390. A. τὰς τῶν αἰσθήσεων δυνάμεις] Veluti Philo Jud. De Plant. Noachi p. 232. A. De Abrahamo 382. E. De Vita Moſ. 666. C. De Decalogo p. 751. B, C.

390. B. σύμπληξις] Veriſimillimum eſt σύμπηξις. Sequi-

Digitized by Google

tur enim Platonicam de *Visu* opinionem, quam ipse prodit Def. Orac. p. 433. D: ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μάλιστα τοιαύτην πρὸς τὸ μαντικὸν πνεῦμα λαμβάνειν σύγκρασιν ψυχὴ καὶ σύμπηξιν, οἵαν πρὸς τὸ φῶς ἡ ὄψις ὁμοιοπαθὲς γινόμενον. Sympos. I. 8. p. 626. C: ὅτι πνεῦμα τῶν ὀμμάτων αὐγοειδὲς ἐκπίπτον ἀναμίγνυται τῷ περὶ τὰ σώματα φωτὶ καὶ λαμβάνει σύμπηξιν, ὥστε ἓν ἐξ ἀμφοῖν σῶμα διόλου συμπαθὲς γενέσθαι. Conf. De Placit. Philos. IV. 13. Alcinous Doctrin. Plat. Cap. XVIII. Pfellus Omnifar. Doctrin. Qu. 64. Et ceterum Plutarcho est usurpata vox σύμπηξις· v. c. Opp. Mor. p. 95. B. 138. E. 1005. C. Vit. 101. A. Itaque hic locus magis perspicue vertendus est: *Ætheri autem et luci, propter eorum cum Visu cognationem, effulgenti Visu, fit ex utrisque, id est luce et Visu, mutua et pariter affecta mixtio et concretio:* αἰθέρι δ. καὶ φωτὶ dicuntur pro uno, per ἓν διὰ δυοῖν, hisque fit mixtio et concretio non secum invicem, quippe jam per naturam suam conjunctis, sed cum Visu oculorum se aperiente et lumen suum emittente.

390. B. τῶν πέντε — σύλληξις] Haud scio an auctor scripserit τῶν πάντων πρὸς τὰ πέντε σύλληξις. Postremum quidem retinendum, quamquam videtur in Lexicis deesse: habet Plato Leg. VII. p. 640. B: συλλήξεως ἐν μέρει, *in parte consortii.* Ab ignoratione vocabuli orta est varia lectio, T. B. Pol. Leonic. Schott. σύλληψις.

390. C. τὸν Ὅμηρον—] Iliad. O. 109. Eamdem auctoritatem repetit Plutarchus Def. Or. p. 422. E.

390. C. Εὐριπίδης] Rursus apponit Def. Or. p. 431. A. Musgravius referri volebat ad Iphig. Aulid. 870. ibique reponendum, Ὁ λόγος εἰς μέλλοντ' ἀνοιστέος χρόνον· pro eo quod nunc legitur, Ὁ λόγος εἰς μέλλοντ' ἂν ὤσῃ χρόνον· quæ mutatio sane probabilis est.

390. D, E. Ἐπεὶ γὰρ ἐν μήκει — ζῶον·] Comparanda rursus geminæ pars disputationis Def. Orac. p. 429. E. Adhibeatur Sympos. IX. 4. p. 738. E. Plato Epinom. p. 704. E. cum Marsilii Ficini explicatione. Joach. Camerarius ad Jamblichi Commentar. in Nicomach. p. 47, 48. Quod autem pro διττὸν probamus ἀπτὸν, res ipsa et literarum similitudo jam Reiskio obtulerat, nobis etiam observatio

Digitized by Google

consuetudinis: est enim in hoc argumento usitatum: v. c. Platoni Tim. p. 527. D: *σωματοειδὲς δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι· χωρισθὲν δέ τε πυρὸς οὐδὲν ἂν ποτε ὁρατὸν γένοιτο· οὐδὲ ἁπτὸν, ἄνευ τινὸς στερεοῦ* —. Epinom. 704. E. Plutarcho II. p. 38. A. 765. A. 1013. C. 1014. C. 1016. D.

390. D. *μεταβολὴ*] Forte legendum *ἡ μεταβολὴ*, ut Venet. et B.

390. E. *προελθεῖν τὸ ἔμψυχον*] Sic dedimus ex A, B. Pol. Leonic. Schott. T. V. B. Xyl. Amyot. Mez. pro vulgato *π. τ. ἄψυχον.*

390. E. *θεοὶ δήπου καὶ δαίμονες*—] Distributio animalium rationalium in quatuor hæc genera deorum, dæmonum, heroum, hominum, in Libro De Defect. Orac. p. 415. A, B. ab auctoritate Hesiodi repetitur. Atqui hic in Op. et D. 107—200. quinque genera hominum qui deinceps in terra habitarunt, recensetur: primum est *aureum*, qui post mortem *δαίμονες* facti sunt: alterum *argenteum*, post mortem *ἐπιχθόνιοι μάκαρες θεοὶ καλέονται*: tertium *æneum*, post mortem in Orcum abiit; quartum *Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος οἱ καλέονται Ἡμίθεοι*, qui bello Thebano ac Trojano inclaruerunt, et hac vita defuncti in beatorum insulas habitatum concesserunt: quintum *ferreum*, quod deinceps fuit et nunc est. Quæ profecto distributio non satis cum Plutarcho consentit; qui tamen eamdem rationem secutus est in Commentario ad Hesiodum, ubi Plutarcheum esse scholion quod vers. 121. sub nomine Procli legitur, res ipsa suadet: *Ὅμηρος δὲ δαίμονας τοὺς ἀνθρώπους οὐ καλεῖ, ἀλλὰ τοὺς θεούς· ἢ οὕτως· εἰς τέσσαρα διαιρεῖ τὴν λογικὴν πᾶσαν φύσιν· τὴν μὲν πρώτην θεῶν· τὴν δὲ δευτέραν δαιμόνων· τὴν δὲ τρίτην ἡρώων· καὶ τὴν τετάρτην ἀνθρώπων. Καὶ τὸ μὲν θεῖον ἡμῖν ἀνεπίμικτον· δαίμονας δὲ τοὺς ἐφορῶντας τὰ ἀνθρώπινα, ὡς καὶ Πλάτων, φησίν·* quo loco pro *ἢ οὕτως* legendum esse *Ἡσίοδος δ'* comparatio gemini loci, in libro De Def. Or., ostendit: ad hanc enim sententiam Hesiodi descriptionem redigendam judicabat Plutarchus. Homerus, ut antiquior, deos non tanto comitatu stipatos, sed simpliciores, ad regiam speciem sui ævi informavit: Hesiodus nova genera induxit, quasi sa-

Digitized by Google

tellitum et miniſtrorum. Diſtinxerunt genera philoſophi v. c. Pythagorici: de quibus Jamblichus Vit. Pythag. §. 37: μᾶλλον τιμώμενον τὸ προηγούμενον—τοὺς μὲν θεοὺς τῶν δαιμόνων· ἐκείνους δὲ τῶν ἡμιθέων· τοὺς ἥρωας δὲ τῶν ἀνθρώπων· quibus in verbis ἡμιθέους et *heroes* promiſcue poni apparet, ut de Heſiodo item monuit Plutarchus l. c. Eodem pertinet Placit. Philoſ. I. 8. ubi et alii philoſophi eamdem diſtinctionem tenuiſſe dicuntur. Et invaluit poſtea in populari conſuetudine.

390. E, F. τὴν ψυχὴν—καταπέπαυται.] Diſtributio partium Animæ iterata Def. Orac. p. 429. E. non ſolemnis, nec in quadam philoſophiæ ſectarum celebrata, ſed ad numerum quinarium explendum quæſita. Tres quidem partes a Platone traditæ, λογικὸν, θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, neminem fugiunt: at duæ reliquæ ab Ariſtotelica ſchola ſumtæ ſunt, in qua θρεπτικὸν et φυτικὸν promiſcue, ut ejuſdem rei attributa, feruntur. Veluti τὸ φυτικὸν in Ethicis ad Nicom. I. 10. mox idem θρεπτικὸν dicitur. De Anima II. 3. quinque partes numerantur θρεπτικὸν, αἰσθητικὸν, ὀρεκτικὸν, κινητικὸν κατὰ τόπον, διανοητικόν· ὑπάρχει δὲ τοῖς μὲν φυτοῖς τὸ θρεπτικόν—· III. 12: ἀνάγκη ἄρα ἐνεῖναι τὴν θρεπτικὴν δύναμιν ἐν πᾶσι τοῖς φυομένοις καὶ φθίνουσιν—.

390. F—391. A. ἀρχὴ τῷ πρώτῳ συνελθοῦσα—] Primus numerus, ἀρχὴ, 1, additus primo quadrato 4, efficit 5. ſed 1 quoque habetur primus quadratus, quia per ſe ipſum multiplicatus manet qui fuit; igitur 5 conſtat ex duobus primis quadratis 1 et 4: quorum 1 præſtantior, ut impar, formæ auctoritatem obtinet; 4, minus præſtans, ut par, materiæ comparatur. Hæc ſunt Pythagorica et Platonica.

391. A. ἐν Κρατύλῳ—] p. 267. F: Τί δὲ ἡ σελήνη; Τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα φαίνεται τὸν Ἀναξαγόραν πιέζειν. Τί δή; Ἔοικε δηλοῦντι παλαιότερον, ὃ ἐκεῖνος νεωστὶ, ὅτι σελήνη ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἔχει τὸ φῶς.

391. B. ἐν Σοφιστῇ—] p. 164. B: τὸ ὄν—κίνησιν,—στάσιν, —τὸ ἕτερον—ταυτὸν; E. ὁμολογήσαντες αὐτὰ εἶναι πέντε, περὶ ὧν καὶ ἐν οἷς προυθέμεθα σκοπεῖν.

391. B. ἐν Φιλήβῳ—] p. 77. D: Τὸν θεὸν ἐλέγομέν που, τὸ

Digitized by Google

μὲν, ἄπειρον δεῖξαι τῶν ὄντων, τὸ δὲ, πέρας;—τούτων δὴ τῶν εἰδῶν τὰ δύο τιθώμεθα· τὸ δὲ τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἔν τι ξυμμισγόμενον·—τετάρτου μοὶ γένους αὖ προσδεῖν φαίνεται·—τῆς συμμίξεως τούτων πρὸς ἄλληλα τὴν αἰτίαν ὅρα—. Μῶν οὖν σοι καὶ πέμπτου προσδεήσει, διακρισίν τινος δυναμένου; Τάχ' ἄν· οὐ μὴν οἶμαί γε ἐν τῷ νῦν· ἐὰν δέ τι δέῃ, συγγνώσῃ που μοὶ σὺ μεταδιώκοντι πέμπτον βίον.

391. C. φοραῖς. Πυθόμενος—] Correctionem noſtram in Emendationibus proditam, in Latina interpretatione reddidimus.

391. C, D. Ἀλλὰ μὴν καὶ τ' ἀγαθὸν—ἀοιδῆς.] Item ex Platonis Philebo p. 94. G: πρῶτον μέν πη περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καίριον καὶ πάντα ὁπόσα τοιαῦτα χρὴ νομίζειν τὴν ἀΐδιον εἰρῆσθαι φύσιν·—δεύτερον δὲ περὶ τὸ σύμμετρον καὶ καλὸν καὶ τέλεον καὶ ἱκανὸν, καὶ πάνθ' ὁπόσα τῆς γενεᾶς ταύτης αὖ ἐστιν·—τὸ τοίνυν τρίτον, ὡς ἡ ἐμὴ μαντεία, νοῦν καὶ φρόνησιν τιθεὶς, οὐκ ἂν μέγα τὶ τῆς ἀληθείας παρεξέλθοις·—ἆρ' οὖν οὐ τέταρτα, ἃ τῆς ψυχῆς ἔθεμεν αὐτῆς, ἐπιστήμας τε καὶ τέχνας καὶ δόξας ὀρθὰς λεχθείσας, ταῦτ' εἶναι τὰ πρὸς τοῖς τρισὶν τέταρτα, εἴπερ τοῦ ἀγαθοῦ γέ ἐστι μᾶλλον ἢ τῆς ἡδονῆς ξυγγενῆ·—πέμπτας τοίνυν ἃς ἡδονὰς ἔθεμεν, ἀλύπους ὁρισάμενοι, καθαρὰς ἐπονομάσαντες, τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιστήμας, ταῖς δὲ αἰσθήσεσιν ἑπομένας.—Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ, φησὶν Ὀρφεὺς, καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς. Orphicus verſus hinc in editionem Geſneri relatus eſt p. 379.

391. D. ἀείσω ξυνετοῖσι] Eſt varietas ſcripturæ in illo verſu Orphico, Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις, de quo partim ſupra notavi. In hoc igitur notiſſimo carminis initio, alia lectio ferebatur, ut apparet ex Scholiaſte Sophoclis Œdip. Col. 10. ita citante Ἀείδω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι· Cæterum de hujus dicti celebritate legantur Spanhemius ad Callimach. H. Apoll. 2. Ruhnkenius ad Tim. Voc. Βέβηλοι,

391. D. τοῦ νέου μηνὸς] id eſt ἀρχομένου, vel ἱσταμένου μηνὸς, primæ decadis: ut dicitur item νεομηνία *nova luna*. Igitur non eſt cur adverſus omnium librorum fidem, cum Reiſkio velimus Πανέμου μηνὸς legere: cujus conjecturas, ut aperte falſas, plerumque præterimus: quaſdam, quæ vel imperitis vel peritis feſtinantibus ſpeciem objicere poſſunt,

Digitized by Google

saltem notandas duximus. Ex quorum genere hæc fuit.

391. F. τῷ πολλῷ χρόνῳ] Simonidis dictum, Plutarcho frequens, ut notavimus ad Isid. et Osir. p. 359. F.

p. 392. A. Ὁ μὲν γὰρ θεὸς—οὐθὲν μεῖόν ἐστιν.] Et hoc ex Platone Lachet. p. 240. C: δοκεῖ τὸ γράμμα ἀναπεῖσθαι ὡς δὴ πρόσρησις οὖσα τοῦ θεοῦ τῶν εἰσιόντων, ἀντὶ τοῦ χαῖρε· ὡς τούτου μὲν οὐκ ὀρθοῦ ὄντος τοῦ προσρήματος τοῦ χαίρειν, οὐδὲ δεῖν τοῦτο παρακελεύεσθαι ἀλλὰ σωφρονεῖν· οὕτω μὲν δὴ ὁ θεὸς προσαγορεύει τοὺς εἰσιόντας εἰς τὸ ἱερόν·—καὶ λέγει πρὸς τὸν ἀεὶ εἰσιόντα οὐκ ἄλλό τι ἢ Σωφρόνει, φησί· αἰνιγματωδέστερον δὲ δὴ ὡς μάντις λέγει· τὸ γὰρ Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ Σωφρόνει ἔστι μὲν ταυτὸν, ὡς· τὰ γράμματα φησὶ καὶ ἐγώ· τάχα δ' ἄν τις οἰηθείη ἄλλο εἶναι—· Similia tradit in Ep. III. p. 708. B. ad Dionysium: quæ adhibet in gemino argumento, De Lapsu Inter Salutandum, Lucianus T. I. p. 728.

392. B. Ποταμῷ—καθ' Ἡράκλειτον] Notavimus ad Ser. Num. Vind. p. 76. i. e. 559. C.

392. C, D. θάνατον] Mors quotidiana, continua mutatione conditionis et naturæ singulorum hominum, a Plutarcho notata est gemino loco in Consolat. Apollon. p. 106. E. Seneca Ep. XXIV. p. 69: *Quotidie morimur; quotidie enim demitur aliqua pars vitæ: et tunc quoque cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam: usque ad hesternum, quidquid transiit temporis, periit: hunc ipsum, quem agimus, diem cum morte dividimus. Quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quidquid antea defluxit: sic ultima hora, qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus.* Philo Jud. De Josepho, p. 544. D: οὗτος ἦν ποτὲ βρέφος, καὶ μετὰ ταῦτα παῖς, εἶτα ἔφηβος, εἶτα μειράκιον, καὶ νεανίας αὖθις, εἶτ' ἀνὴρ, καὶ γέρων ὕστατον· ἀλλ' οὐ πάντ' ἐκεῖνα (l. cum Mang. ἀλλὰ ποῦ πάντ' ἐκεῖνα). Οὐκ ἐν μὲν παιδὶ τὸ βρέφος ὑπεξῆλθεν· ὁ δὲ παῖς ἐν παρήβᾳ· ὁ δὲ ἔφηβος ἐν μειρακίᾳ· τὸ δὲ μειράκιον ἐν νεανίᾳ· ἐν ἀνδρὶ δὲ ὁ νεανίας· ἀνὴρ δὲ ἐν γέροντι· γῆρας δ' ἐπὶ τελευτῇ· τάχα μέντοι τάχα καὶ τῶν ἡλικιῶν ἑκάστη παραχωροῦσα τοῦ κράτους τῇ μεθ' αὑτὴν προαποθνήσκει, τῆς φύσεως ἡμᾶς ἀναδιδασκούσης

Digitized by Google

ἡσυχῇ μὴ δεδιέναι τὸν ἐπὶ πᾶσιν θάνατον, ἐπειδὴ τοὺς προτέρους εὐμαθῶς ἠνέγκαμεν, τὸν βρέφους, τὸν παιδὸς, τὸν ἐφήβου, τὸν μειρακίου, τὸν νεανίου, τὸν ἀνδρὸς, ἂν οὐδεὶς ἔτ' ἐστι, γήρως ἐπιστάντος. Varios gradus humanæ vitæ eorum per ætates distributionem ac denominationem, alii aliter fecerunt: in primis est Hippocrates, cujus sententiam servarunt idem Philo Jud. De Mundi Opificio p. 14. Pollux II. 1. Solon parte Carminis ab eodem Philone l. c. exhibita, Artemidorus Onirocrit. II. 75. ex Romanis Gellius X. 28. Censorinus Die Nat. Cap. XIV. Solonis, Hippocratis, aliorumque opiniones referens. Plutarcho ἀκμάζων dicitur, qui aliis ἀνὴρ: veluti νέοι dicuntur filii τῶν ἀκμαζόντων in Pyrrho p. 395. A. et ἀκμάζων senior vocatur quam νεώτερος in Vita Homer. §. 199. Teles ap. Stob. p. 535. in cæteris gradibus significandis, ἀνὴρ γέγονε καὶ ἀκμάζει. At Galenus ibid. p. 545. ex Hippocrate, quatuor prodens ætates, παίδων, [*Cætera desiderantur.*]

Digitized by Google

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII
DEDICATIO
AD PLUTARCHI LIBRUM,
DE SERA NUMINIS VINDICTA.

VIRO AMPLISSIMO,

DANIELI WYTTENBACH,

SENATORI BERNENSI, BERNENSIS ET LAUSANNENSIS ACADEMIÆ CURATORI, CET. CET. CET. FAUTORI ET COGNATO OMNI OBSERVANTIA COLENDO,

S. P. D.

DANIEL WYTTENBACH.

QUOTIESCUNQUE, VIR AMPLISSIME, patriam meam Bernam cogito: cogito vero sæpissime: toties sive voluptate, sive tristitia, sive utraque perfundi me sentio. Cum enim, primæ juventutis memoriam repetens, mecum ipse recolo, quam diu et quam longe ab iis locis absim, animus veluti leni placidoque flumine in pristinarum rerum considerationem defertur; hac sibi indulget atque ita adficitur, ut, cum dubitet, tristemne illam an dulcem dicat, lubentissime tamen in ea versetur. In qua cogitatione cum magna me obruat imaginum copia et varietas, Tua, V. A. imago mentem meam et primum in se convertit, et diutissime retinet. Neque hoc Tu forte a me ex tempore fingi putes. Nec enim Tu is es, qui fictis blanditiis quid tribuas; nec ego is, qui Te ignorem, Tuamque benivolentiam adulando captare aut velim aut possim. Sed est ea virtutis et beneficiorum vis, ut optimum quemque sibi maxime adjungant. Ac beneficia quidem ex Patris

Digitized by Google

mei ſermonibus ſæpius admiratus ſum, cum diceret, ea Te in ſe contuliſſe, quibus Te non nomine ſed re cognatum oſtenderes, et manifeſte ſignificares eodem Te amore ejus liberos complecti. Virtutis vero Tuæ teſtes habes cives ſingulos et univerſos. Cum enim eo loco natus eſſes, et in ea tempora incidiſſes, ut ad ſummos in Republica honores ſponte evolare poſſes; indignum Te exiſtimans in fortunæ donis acquieſcere, ad generis præſidia virtutis atque ingenii adjeciſti ornamenta, ut omnia Tibimet ipſe debere videare, nil ſibi tuorum vindicaret fortuna. Itaque id aſſecutus es quo contendunt multi, perveniunt pauciſſimi, ut in ſummo magiſtratus faſtigio cunctis tam ſis ob pietatem et humanitatem amabilis, quam ob conſilii vim et præſtantiam admirabilis. Quanto igitur me ſemper Tui videndi et alloquendi deſiderio flagraſſe putes, quo Tibi meæ obſervantiæ teſtimonia darem præſentiora, et ipſe mei ſtudii fructus a Te perciperem præſentiores? Sed Diis aliter viſum! Nam in Te oculos figens, ad Te plenis tendens velis, ecce! in Bataviæ oras deferor, vel aura fortunæ, vel amore doctrinæ: ibique detineor oblato docendi munere. Sive igitur munus ipſum ſpectes, hoc amantiſſimo cuique literarum jucundiſſimum eſt; ſive ſcholam, ea magnorum Doctorum fama celeberrima eſt; ſive urbem, ea florentiſſima Europæ, Amſtelædamum: ut ad ſummam voluptatem nil niſi præſentis familiæ ſuavitas, ac patriæ nomen et propinquitas deeſſe videatur. Quare, V. A. noli putare me patriam ejuraſſe; qui enim, quamvis diuturna abſentia, adeo degenerem, ut hunc ſenſum exuam? Sed ita potius accipe, me ad avitam et naturalem patriam veluti novam adjunxiſſe. In cujus rei fidem pignus Tibi do, quo nil habeo pretioſius. Primitias igitur mearum lucubrationum in Plutarchum, quem Tu quanti facias me non latet, Tibi dono, dico, conſecro. Has Tu, V. A. eodem animo accipe, quo Tibi offeruntur: Tibique ita perſuade, me non cum loco ſenſum mutaſſe, ſed quoad vivam, et patriæ amantiſſimum et Tui obſervantiſſimum futurum. Vale. Scribebam Leidæ a. d. XXII. Octobris. MDCCLXXI.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

MAGNUM fuit ingenium Plutarchi, magna differendi ſubtilitas et elegantia, divinarum vero humanarumque rerum ſcientia, et omnis liberalis doctrinæ vis quædam incredibilis ac prope infinita. Quæ bona etſi per ſe tanta ſunt, ut acceſſioni nullus relictus videatur locus; magnus tamen iis acceſſit laudis cumulus, quod non in res obſcuras aut ad captandam popularem auram, ſed in rem unam omnium graviſſimam, in communem humani generis utilitatem expromta fuerunt. Etenim ubique id egit Plutarchus, ut quid utile vel ſecus, quid fugiendum vel ſequendum doceret; ut de ratione vitæ, de ſtudio virtutum, de moderanda republica differeret; denique ut Philoſophiam commendaret non eam, quæ rerum obſcuritate gravitatis, et diſtinctionum acumine ſubtilitatis, ſpeciem adfectaret, ſed quæ errore et ſuperſtitione liberaret, eſſetque vitæ magiſtra et expultrix vitiorum. Jam vero ejus librorum, quorum ne tertia quidem pars ad nos pervenit, tantus eſt numerus, tanta et varietas et cujuſque in ſuo genere præſtantia, ut veterum ſcriptorum ei comparem pauciſſimos, anteponam omnino neminem. Quid de Philoſophiæ notitia dicam, cujus ille omnes partes excuſſit, et quid quælibet ſecta boni haberet, laudavit, quid falſi monuit? Quid de rebus geſtis Græcorum et Romanorum, in quibus memoriæ prodendis nemo facile majore fide verſatus eſt, nemo converſionum momenta et animorum abditos receſſus aut vidit acutius aut explicavit prudentius? Quid de reliquis antiquitatis partibus, quarum nulla eſt quin ex eo egregie poſſit illuſtrari, multæ quarum notitiam ei ſoli debeamus? Recte itaque magni viri ita judi-

Digitized by Google

carunt, eum qui ex veteribus unum legiſſet Plutarchum, ſed cogitate meditateque legiſſet, tantam rerum præſtantiſſimarum cognitionem mente comprehendiſſe, ut omnium conſenſu hominis eruditi nomen tueri poſſit.

His Plutarchi laudibus cum ab ineunte ætate mihi aures perſonarent, contuli me ad ejus lectionem, quam primum eo perveni, ut ipſe aliquid de his literis judicare poſſem. Hic vero quo majorem ipſe capiebam voluptatem, eo magis dolebam adeo inique comparatum eſſe, ut plerique eodem ſuavitatis fructu carere cogerentur. Quæ calamitas ex duplici potiſſimum cauſa oriri videtur. Cum enim duo ſint ſcriptionum genera Plutarchi, alterum, quo magnorum virorum ingenia deſcripſit, alterum, quo philoſophicas quæſtiones tractavit, et doctrinam de vitæ morumque ratione tradidit; hoc temporis injuria tantas labes corruptelaſque ſuſcepit, ut magna ejus pars intelligi nequeat; cumque ducentis et quinquaginta abhinc annis non ſit editum, jam fere ignotum fieri cœpit: illud vero ante hos triginta annos in Anglia editum quidem eſt a Moſe Solano, ſed ſplendide potius quam emendate. Deinde vel ſic utrumque genus adeo rarum factum eſt, ut ſæpiſſime ne maximo quidem pretio comparetur. Unde fit, ut Plutarchi non niſi nomen audiatur, libri jam fere hominum notitiam effugiant, laudentur ab omnibus, legantur a pauciſſimis.

Quam injuſtam ſortem cum mecum dolerem, indigneque ferrem, ſcriptorem, cujus præſtantia nemini non aſſidua lectione cognita penituſque perſpecta eſſe debebat, tanta premi tenebrarum iniquitate; cogitare mecum cœpi, an forte mea opera ad priſtinum ſplendorem revocari poſſet. Arduum, fateor, opus et difficile! Quid quæris? Audere cœpi.—Sed ingredienti in hoc ſpatium cum neceſſe videretur libellum aliquem Plutarchi veluti γεύματος χάριν edere, incidi forte in librum *De Sera Numinis Vindicta*. Erant quidem et amœniores libri et qui criticæ facultati majorem præberent excurrendi campum; verum non meam, ſed Plutarchi et aliorum rem hic agi arbitrabar. Nam ſive argumentum ſpectes, nullum majus gravi-

Digitized by Google

uſque eſt; ſive explicandi rationem, adeo ſubtiliter eleganterque diſputavit Plutarchus, ut, ſummorum virorum judicio, proxime ad Chriſtianæ doctrinæ præſtantiam accederit.—Scilicet cum popularem efficere Philoſophiam ſtuderet, et id ubique ſpectaret, ut de rebus quæ ad vitæ rationem, ad emendandos mores, et ad bene beateque vivendum pertinerent, diſſereret; hanc quoque de pœnis divinis doctrinam explicandam ſibi eſſe putavit. Magna, ſine dubio, et difficilis quæſtio; de qua jam antiquiſſimis temporibus varia Philoſophorum fuit ſententia. Hujus patrocinium cum ſibi nonnulli ſumſiſſent Stoicorum, eam adeo horridam rigidamque fecerunt, ut neque aliis facile probaretur, ab Epicureis vero derideretur. Cum enim Providentiam ſtatuerent omnibus minimiſque humanis rebus præſto eſſe, in omnia influere, hominum delicta vel extemplo ulciſci vel in poſteris punire; non ſatis habebant rationes ex rei natura ductas propoſuiſſe; ſed, ut cumulate ultro ſuſcepto muneri ſatisfacerent, alteram quoque certitudinis opificem, experientiam in auxilium cogebant. Hic vero quidquid ad rem facere videretur anxie conquirebant, exemplaque dubia, et quæ nemo non in utramque partem accipere poſſet, congerebant: unde factum eſt, ut pulcherrimum illud Providentiæ nomen ad riſum contemtumque traduceretur, eaque mox *Anus fatidica*, mox *Spectrum quod homines agitaret ac terreret*, et diceretur et haberetur. Nacti enim hanc anſam Epicurei, mire exagitarunt Stoicos, quamvis Dialecticæ peritiſſimos. "Quod "ſi enim, aiebant, verum eſt nocentes a Diis puniri, unde "eſt quod malis bene ſit, bonis contra?"—"At ſuo tem-"pore aliquando cuilibet tribuent Dii quod meruit."—"Bene vero, ſi hoc ita ſemper facerent! Nunc vero vi-"dete, quot mali ſive divitiis ſive tyrannide injuſte potiti "et beate vixerint et pœnas non dederint."—"At ſi ipſi "pœnas effugerint, eæ a liberis et nepotibus repetuntur "et Providentiæ juſtitia in fine omnino elucet."—"Quid "vero ſi aut liberos nullos malus reliquerit, aut poſteri "eadem felicitate perfruantur? deinde quæ eſt iſta Deo-"rum æquitas, ob parentum nequitiam inſontes punire

Digitized by Google

" posteros?"—" At Deorum consilia nobis ignota sunt, " et in ea curiose inquiri ab homuncionibus, summæ et " amentiæ est et impudentiæ!" — " Ergone aut vobis e " meliori luto finxit præcordia Titan, aut ipsi Dii vos in " consilia adhibuere, qui ea tam confidenter scienterque " explicetis? Videte, O boni, quo evadatis." Tum vero Stoici multa comminisci, sudare, nec quo se verterent reperire; Epicurei contra acrius insistere, urgere, neque effugiendi locum dare. Tandem eo devenerunt quo devenire in hac disputatione necesse erat, ut post hanc vitam præmiorum et pœnarum locum esse dicerent. At hoc omne, quicquid id est, ad vulgi superstitionem et aniles fabulas referebant Epicurei, jamque victores sibi videbantur et exclamabant:

Relligio,
Quæ caput a cœli regionibus ostendebat,
Horribili super aspectu mortalibus instans,
——————pedibus subjecta vicissim
Obteritur: nos exæquat victoria cœlo.

Hanc certaminis iniquitatem cum indigne ferret Plutarchus, hoc libello opem adtulit non quidem Stoicis, quorum rigida decreta aliis libris refutavit, sed justæ eorum cauſſæ, religioni et veritati; nimiumque illud Stoicæ severitatis remittens, orationem ex anguſtiis et dumetis in campum eduxit, in quo posset exsultare. Ac primo quidem totam disputationis formam apte descripsit. Fingit enim Epicureum, postquam in suo et amicorum consessu acriter in sententiam de Providentia ac pœnis divinis invectus esset, abiisse, ejusque objectiones ab ipsis ad examen revocari et refutari. Hic, quidquid ad tarditatem divinæ vindictæ excusandam adferri potest, explicatur; Deum non ira, sed misericordia ad puniendos malos accedere, ut eos corrigat et in viam reducat; eoque non statim pœnas infligere, quod iis tempus largiatur, ut ad meliorem redeant frugem. A posteris autem pœnas repeti, non quod ipsi parentum delictis meruerint, sed quod ex maligna parentum indole labes in liberorum transeant ingenia eaque adficiant; has Deos pœnis veluti medicina eluere, ne in

Digitized by Google

insanabilem animi erumpant morbum. Cum vero videret integrum perfectumque Justitiæ munus in hujus vitæ angustiis absolvi non posse, id sibi sumsit quod præsens Epicureus nunquam concessisset: Providentiæ igitur administrationem et animæ immortalitatem pro concessa probataque sumsit, et post hanc vitam delicta punitum iri statuit. Tandem disputationem notabili exitu concludit, Thespesii cujusdam historiam inducens, qui animo ad inferos raptus ipse pœnarum ac præmiorum testis fuisset. Quo loco etsi mirum cui videatur, Epicureis fabulam eamque ex eo genere opponi quod ipsi maxime deridebant; id tamen Plutarchus suo sibi jure facere potuit. Nam primum quidem ad illustrandam sententiam quamvis probabilem non tamen certissimam, nil aptius erat tali fabula. Deinde Platonis sui auctoritatem sequebatur, qui gravissimis disputationibus de animæ immortalitate, de virtute, et justitia, in Gorgia, Phædone, Phædro, et decimo de Republica, simillimos epilogos imposuerat. Denique Epicurei, etsi fabulas de inferis ad anilem referebant superstitionem, non tamen ita abjiciebant, ut nullam iis utilitatis partem relinquerent; verum ad eos a vitiis deterrendos, qui rectis rationibus duci non possent, aptas et inprimis utiles judicabant. Hæc de totius libelli descriptione. Singulas vero ejus partes cum ex intimis Philosophiæ derivavit fontibus, tum apte connexuit, tum historiarum varietate, versuum amœnitate et ex omni doctrinarum genere decerptis suavissimis consperfit floribus.

Quare et dignum judicavimus hunc libellum, qui separatim editus omnium cognitioni pateret, et idoneum, in quo primas nostras vires doctorumque hominum de iis et nostro consilio judicia experiremur. Cœpi ergo hoc agere, eum cum reliquis Plutarchi scriptis conferre, multum legendo relegendoque in eorum notitiam pervenire, obscura explicare, corrupta emendare, eam denique cum iis familiaritatem contrahere, ut doctrinam ibi traditam in promtu numeratoque haberem. Cumque me aliud consilium ad Julianum traduxisset, nil tamen de summo Plutarchi remittebam studio, sed ita in eo versabar, ut eum

Digitized by Google

pæne nullum diem de manibus ponerem, neque meas copiolas augere desisterem, quicquid aut ipse excogitassem, aut aliorum scriptorum lectione reperissem, annotando et in meam rem conferendo. Hoc tempore cum V. Cl. J. M. Hassenkamp., ab ineunte ætate amicitiæ suavitate mecum conjunctus, et cum maxime Rintelii Orientales litteras magna laude et docens et scriptis illustrans: is igitur cum cultiores Europæ lustraret regiones, meum quoque studium adjuvit, misitque ad me varias lectiones Codicis Harleiani, gratissimum δῶρον ἐκ Μουσῶν. Consului quoque Cel. Reiskii Animadversiones, quibus cum de aliis Græcis scriptoribus, tum de Plutarcho egregie meritus est, et utilissimam in emaculando nostro libello operam ab eo navatam esse deprehendi; pleraque vel corrupta ingeniose corrigi, vel quæ ad rerum gestarum fidem pertinent docte moneri, vel, ut fit, sæpius mecum in eandem explicandi emendandique viam ingredi. Adhuc hæc erant, cum ecce novus dies nova attulit subsidia! — Etenim ab eo tempore, quo ad humaniores litteras animum appuli, nulla mihi beatior regio videbatur Batavia, quod in ea meæ deliciæ florerent, colerentur, et tuta tranquillaque pace fruerentur. In quam cum intuebar, maxime mihi occurrebat et quasi lucebat Leida, in qua Græcæ Latinæque Musæ, post renatas litteras, sedes domiciliumque collocaverunt, et ex eo tempore nunquam non summorum Doctorum scholis celebratæ sunt, et nostra ætate principes ex Hemsterhusii disciplina viri antiquam gloriam tuentur, Valckenarius et Ruhnkenius. Huc itaque mihi eundum putavi, ut et veterem sapientiam ab ipso fonte haurirem, et si quid meo studio Criticæ facultatis assecutus essem, id horum duumvirorum lima acueretur atque expoliretur. Quo cum veniissem, magnum profecto meæ operæ fructum cepi. Nil dicam de insigni, qua me exceperunt, humanitate: nil de cura, qua meos in his litteris profectus adjuverunt præcipiendo, monendo, cavendo: nil de aliis, quæ in me contulerunt, beneficiis; dicam de Plutarcho, in quem eadem benivolentiæ redundavit ubertas. Etenim Viri summi, quamprimum eis meum consilium aperuissem, illud

Digitized by Google

continuo laudare, quomodo ad MStos codices pervenire poſſem demonſtrare, quam rationem in adornando toto Plutarcheo opere ſequerer monere, denique ex Voſſianis libris inſtructiſſimæ Bibliothecæ Leidenſis pleroſque mecum communicare; quos, age, cum reliquis ſubſidiis, quæ ad recenſendam hanc diſputationem adhibuimus, enumeremus.

Uſi ergo ſumus primum codice MSto, quem *Voſſ.* nominavimus, ſeculi ut videtur XV, qui duobus voluminibus in forma quarta, pleraque Plutarchi continet moralia. Hic, cum, ut ab initio notatur, ex Bibliotheca Pauli Petavii ad Voſſium pervenerit, idem eſſe videtur cum eo cujus variæ lectiones ad calcem Edit. Francofurtenſis et Pariſinæ adjectæ ſunt. Quod ſi ita eſt, negligentiſſime in eo conferendo, quiſquis ille fuit cui hoc mandatum erat, verſatus eſt. Cum enim in noſtro libello varietates præbeat non paucas, nec eas contemnendas, in Francof. et Pariſ. editionibus notatam reperias omnino nullam.—Deinde librum habuimus, qui in Catalogo Nr. 64. notatur, et a nobis *Collectio Schotti* vocatur. Hic in omnes morales libellos ex duobus codicibus excerptas continet varias lectiones, quamquam plerumque inter ſe et cum T. V. B. convenientes. Primæ ejus paginæ cum dilaceratæ ſint, ex titulo nil præter hæc verba leguntur: *Emendationes . . . . . Car. Amulii Romæ.* Inferius recentiore manu adſcriptum eſt: *Ex Bibliotheca Card. Granvellani ſum Andreæ Schotti Antwerp.* Denique eam lectionis varietatem in noſtros uſus adhibuimus, quam neſcio quis ad marginem libri Aldini, qui Nr. 136. deſcribitur, adlevit. Has, quamquam ignotum eſt a quo homine et ex quo Codice excerptæ ſint, manifeſtum tamen eſt ante Voſſii ætatem excerptas fuiſſe, nec pro conjecturis ſed lectionibus habendas eſſe, propterea quod, ut fit, inter bonas vitioſiſſimæ etiam ſunt lectiones, quæ quidvis potius quam ingenium redoleant. In titulo ſcripta ſunt hæc verba, *Donati Janocchi:* in fine, *Loca a Nicolao Leonico emendata.* Quibus verbis librorum index ſubjicitur, in quibus emendandis ejus opera verſata eſt, appoſito ad quem-

Digitized by Google

libet emendationum numero et ſubducta omnium ſumma. Cum vero libri de S. Num. Vind. nulla fiat mentio, eo magis certus ſum, quas in eo deprehendi varietates, MStorum eſſe lectiones.—Harleianus Codex, cujus mentionem fecimus, eſt ſeculi XV, et omnia fere moralia continet.—Editionibus uſi ſumus omnibus. Primum Aldina; quam fere ubique repræſentavimus, niſi ab ea recedere major auctoritas ſuaderet. Eandem, exceptis pauciſſimis et leviſſimis erratis, expreſſit Baſileenſis. Ex his duabus Xylander verſionem ſuam confecit, adhibito præterea codice quodam, cujus lectiones ſubinde laudat. Hunc ſecutus eſt H. Stephanus, qui Genevæ integra Plut. Opera 12. voluminibus, quorum 6. verſionem habent, edidit. Hic quamvis ſe ad Codicum fidem Plutarchum caſtigaſſe dicat, nil tamen reperi quod ei Plutarchus, præſertim in noſtro libello, debeat. Ejuſdem ſeculi anno XC, duobus voluminibus in folio, Vitæ et Moralia in Aubriorum officina Francofurti edita ſunt, eorumque calci adjectæ Xylandri notæ et index variarum lectionum Aldinæ et Baſileenſis editionis et trium præterea MStorum, qui litteris T. V. B. ſignificantur, i. e. Turnebi, Vulcobii et Bongarſi; denique Codicis Paul. Petavii, de quo ſupra monuimus: qui indices a quo confecti ſint, ignotum eſt. Eadem recuſa eſt Pariſiis 1620. (et 1624.) ita ut paginæ reſpondeant paginis; niſi quod ei Rualdi vita Plutarchi adjecta ſit cum Animadverſionibus LII. et pluribus ſcateat operarum vitiis. Sed in his tribus ultimis editionibus non diligentiſſime verſatos eſſe editores, haud paucis indicatur veſtigiis; quorum hæc ſaltem notabo. Nam ab initio fere p. 2. habent ἐὰν δοκεῖ τὴν ζήτησιν, quod mire torſit interpretes. Atqui vel obiter inſpectæ Aldina et Baſileenſis eos hac moleſtia liberare potuiſſent, quæ recte exhibent ἐᾷν. P. 44. cum Ald. Baſ. et eas ſecutus Xylander Ἰνοῦς haberent, primum Stephanus neſcio quo errore Οἰνοῦς recepit, in idemque vitium Francof. et Pariſienſem induxit. Et hæc quidem majoris momenti videantur: minorum lectionum negligentiæ innumera exempla adferre poſſem, ſi mihi et aliis moleſtus eſſe vellem.

Digitized by Google

De ratione quam in animadverſionibus conſcribendis ſecuti ſumus, cum de ea lector ipſe judicare poſſit, non eſt quod multa dicamus. In variis lectionibus enumerandis ac dijudicandis noluimus obſcuram diligentiam affectare: expenſo cujuſque momento breviter ſignificavimus, quid ei tribuendum ſit; niſi uno alteroque loco rei ipſius gravitas et difficultas fuſius exponere nos cogeret. Sed defuncti, quantum fieri potuit, accuratiſſime breviſſimeque emendandi officio, omnibus viribus in explicatione elaboravimus. Cum enim, ut omnes Plutarchi libri, ex intimis Philoſophiæ fontibus ducta et omni doctrinarum genere referta ſit hæc diſputatio, operam dedi ut planum facerem, ex cujus ſectæ doctrina quodlibet placitum fluxerit: hiſtoriæ, quæ adferrentur, qua auctoritate niterentur: et ubique ad quænam ſive Poetarum, ſive aliorum ſcriptorum dicta alluderetur; quod in hac opera maximum momentum ad intelligendum auctorem poſitum eſſe, ea neglecta plurimorum locorum neque ſententiam neque venuſtatem percipi poſſe ſcirem.

Denique ut hoc loco Eraſmi opinionem breviter tangamus, facit viri magni auctoritas. Hic in Adagio *Μετὰ Λέσβιον Ὠιδὸν* ſignificavit, ſe in libro de *Sera Num. Vind.* eam ſubodorari a ceteris Plutarchi ſcriptis ſtili diverſitatem, ut dubitaret an ad eundem auctorem referri poſſit. Non eſt quod hunc errorem fuſe redarguamus. Nam huic quidem libello germanus ineſt color; verba, ſtructura, ſententiarum lumina, dicendi formæ, diſputandi ratio, habitus denique totius orationis adeo ſimilis reliquis ſcriptis, ut facile quivis omnes Plutarchei ingenii numeros agnoſcat. Itaque cum varii varios Plutarchi libros *νοθείας* convincere adgreſſi ſint, contra noſtrum tamen libellum, qui vel ſuſpicionem hanc moverit præter Eraſmum nemo repertus eſt: neque is quidem confidenter, ſed dubitanter admodum ſui dubii injecit mentionem. [a] Conſtat quoque teſtibus *Lampria* in Catalogo, et *Sopatro* apud *Photium* Cod. 161. quos laudavit etiam *J. A. Fabricius* B. G. T. III. p. 357.

[a] In Supplementis ad Stobæi Phyſ. ex Jo. Damaſceno adfertur locus ex hoc libro p. 27.

Digitized by Google

Plutarchum librum ſcripſiſſe περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. Et, ſi qua eſt *Thomæ Magiſtri* auctoritas, hic in Voce Δημόκριτος locum ex hoc libro profert, ut p. 42. Animadverſionum monuimus. Quare eum genuinum Plutarchi fœtum eſſe, nec ego dubito, nec alios dubitaturos confido.

Denique fragmentum adjecimus, quod, cum hucuſque in Stobæo ſub Themiſtii nomine circumferretur, nos certiſſimis rationibus Plutarcho vindicavimus. Ad hoc emendandum ſolum fere adhibuimus ingenium. Nam Stobæus Bibliothecæ Leidenſis, cui H. Grotius ex duobus optimis Pariſinis MStis lectiones adſcripſerat, ad hoc quidem fragmentum parum contulit.

Ceterum cum noſtra opera eo ſpectet, ut novæ editionis Plutarchi ſpecimen exhibeamus, hoc publice ſpondeo et polliceor, ſi homines eruditi dignum judicent Plutarchum, qui ſuæ luci reſtituatur, et me huic provinciæ parem, me omnem curam atque diligentiam ei tributurum atque conſecraturum; ea quidem lege, ut me bonorum MStorum ſubſidiis adjuvent, ſine quibus et polliceri quid vanum eſt, et tentare temerarium. Tu interim B. L. his fruere, mobiſque fave. *Vale.*

Digitized by Google

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM,

[a] DE SERA NUMINIS VINDICTA.

P. 548. A. Τοιαῦτα μὲν ὁ Ἐπίκουρος εἰπὼν] Cum ex abrupto colloquii hujus narrationem ordiatur Plutarchus, erunt fortaſſe qui initium Dialogi intercidiſſe putent; fuit certe qui ita judicaret J. A. Fabricius B. G. Vol. III. p. 357. Cujus equidem ſententiæ haud accedam, etſi ſciam in utramque partem de hac re poſſe diſputari. Nam primo quidem, ne dicam abruptum initium ſuas habere veneres, nihil ad ipſius diſputationis integritatem requiras, cum qui colloquentes inducuntur, Epicureorum objectiones recitent. Similiter fere Plato orditur Gorgiam, Plutarchus libros de Gloria Athenienſium et de Invidia, et Lucianus dialogum de Saltatione, quos nemo unquam [b] initio eſſe truncatos putavit. Et, ſi quid hoc ad rem pertinet, nuncupatio ὦ Κύντε, ſatis clare arguere videtur, hinc diſputationis initium fieri. Verum idem ego, ut a Fabricii opinione alienus ſum, ſic in eam partem inclino, ut hunc [c] dialogum alterius diſputationis deperditæ, qua, teſte

[a] Quæſtionem attigit Salluſtius Gr. De Diis Cap. 19.

[b] An finis libelli perierit, vid. infra p. 568. B.

[c] Philo Jud. in libro περὶ προνοίας deperdito cujus exſtat luculentum fragm. ap. Euſeb. P. E. VIII. 386 ſeq. prius diſputationem adverſus Providentiam ſub alterius perſona expromit A, B. tum deinceps eam ipſe vindicat. Haberi eam diſputationem adverſus alterius reprehenſiones patet etiam ex fine. 399. D.

Digitized by Google

Lampria filio, Epicureos oppugnarat, continuationem esse credam: in quam etiam sententiam Cel. Reiskium concedere video. Sic non mutilus, sed omnibus partibus integer libellus est habendus.

Deinde ὁ Ἐπίκουρος hic certe nullum locum habet. Neque enim de antiquo illo res ipsa cogitare finit, neque de recentiore unquam ejus sectæ ac nominis homine, vel in scriptis legimus, vel fando audivimus. Potius, quæ Fabricii est conjectura, Ἐπικούρειος scripsit Plutarchus. Quamquam ne hoc quidem satis placet. Sive enim continuatio
4 hic liber est deperditæ disputationis, quæ præcessit, vero nomine hominem disputantem induxisset, ut fecit alibi: sive integer est libellus, vel sic tamen proprium aliquod nomen requiras.

548. A. Ὦ Κύντε] Sic omnes Editiones, et MSS. Voss. et Harl. Sed Coll. Schott. et T. V. B. ὦ Κύρνε. Mihi neutrum placet, et adsentior Reiskio corrigenti Κύντε [d] *Quinte*. Huic enim et ejus fratri Nigrino libellum *de Fraterno Amore* dedicavit Plutarchus. [e] Illum eundem esse volunt viri docti cum eo, cujus nomini Nigrinum dialogum inscripsit Lucianus.

548. B. πρὸς ἀλλήλους διαβλέψαντες] Plut. I. 1011. D.

548. B. Πατροκλέας] Is gener fuit Plutarchi, quod constat ex Sympos. L. VII. p. 700. E. ubi eum Πατροκλέα τὸν γαμβρὸν vocat.——Xylander mallet hoc loco Πατροκλῆς legere. Certe, ut υ et α sæpius confunduntur, sic hoc nomen hic Πατροκλεὺς scribendum videtur, ut in Fragmento, quod ad calcem exhibebimus, idem vocatur. Πατροκλῆς quidam laudatur apud Stobæum S. CXV. p. 592. ubi Grotius ex Cod. Paris. A. annotavit Μητροκλῆς. Πατροκλέας est apud Xenophontem Hist. Gr. L. VI. 5, 8. Quin idem nomen subinde Πάτροκλος scribitur, ut ex Schol. Homer. Il. A. 337. notat J. Davis. ad Cicer. Tusc. II. 15. Sed in ejus formæ nominibus tam in plurali quam singulari numero frequens est confusio. Vid. J. F. Gronov.

[d] *Quintus* nomen varie scribitur a Græcis Wess. D. S. I. 530. seq.

[e] Et proculdubio ille est qui memoratur Symp. II. 1. p. 632. A.

Digitized by Google

Obſ. L. IV. p. 240. St. Bergler. ad Alciphr. I. 8. T. Hemſterhuſ. ad Lucian. D. M. XI.

548. B. [f] *Ἐᾷν δοκεῖ τὴν ζήτησιν, ἢ τῷ λόγῳ καθάπερ παρόντος, καὶ μὴ παρόντος, ἀποκρινώμεθα τοῦ εἰκόντος.*] Sic MSti et ed. Ald. et Baſ. *ἐᾷν*: ſed ceteræ editiones *ἐὰν* habent, quod mirum eſt, et Xylandrum et Stephanum ferre potuiſſe. Atqui æſtuaſſe hic interpretes, verſio arguit futilis et inanis, qua *ἐᾷν δοκεῖ τὴν ζήτησιν* plane omiſerunt [g]. *Ἐᾷν* eſt *omittere, miſſum facere.* Hac confuſione vitium ſuſcepit [h] Ariſtides, T. II. p. 113: *οὐκοῦν οὐδὲ ἐνταῦθα ἐὰν ἀμφότερα ὁ λόγος φαίνεται.* Sic et Schol. agnoſcunt et interpres, qui reddidit, *itaque neque hic utrumque convenit, ſi conſtet ratio*; ſed legendum *ἐᾷν*, et vertendum, *neque hic ratio utrumque videtur concedere.* Idem verbum quoque reſtituendum eſt Plutarcho De EI ap. Delph. p. 387. E: *εἰδὼς ἡσυχίαν ἄγειν.* Legendum enim: *ἐάσας ἡσ. ἄγ.*

Cæterum periodus hæc contortior paullo eſt et ſubobſcurior. Ordo orationis hic eſt: *ἐᾷν δοκεῖ τὴν ζήτησιν, ἢ ἀποκρινώμεθα τῷ λόγῳ καθάπερ παρόντος τοῦ εἰκόντος, καὶ μὴ παρόντος*; Ultima illa, cum inepte redundent, inducenda putem, præſertim cum abſint ab Harl. Quanquam non diſſimili conſtructione locutus eſt Libanius Declam. XXIII. p. 550. D: *καὶ βλάψας εὖ ποιῆσαι βουληθεὶς, καὶ μὴ δυνηθεὶς, ἐν εὐεργεταῖς ἐστι.* ubi nemo magnopere requirat *καὶ μὴ δυνηθεὶς*. Sed hujus loci tamen alia eſt ratio. In Voſſ. manus recentior adſcripſit *κἂν μὴ παρόντος.*

Pro *ἀποκρινώμεθα* Cod. Xylandr. et Coll. Schott. habent *ὑποκρινώμεθα*, Harlei. *ὑποκρινόμεθα*; quod locum hic non habet: quamvis forte quis dicat, eos reſpondiſſe ad Epicuri objectiones, *ſimulantes eum adhuc adeſſe.* Hæc autem forma Ionibus tantum fuit frequentata, ut obſervat P. Weſſeling. ad Herodot. L. I. p. 2.

548. B. *Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Τίμων*] Timon frater fuit Plutarchi, ut diſerte memoratur in Libro de Fratern. Amor.

[f] *Ἐᾷν τὸν λόγον* Plato Leg. VI. 625. F. Plotin. Enn. II. Lib. IX. p. 209. C.

[g] Xyl. quidem, non Amiot. qui recte.

[h] Dio Chryſ. XXXI. 318. D. quod Reiſk. animadvertit. XXXIV. 417. B.

Digitized by Google

p. 387. E. In Sympoſ. L. I. p. 615. E. et Fragment. eidem colloquentis dantur partes. Harl. omittit δὲ.

548. B. Ἀλλ' οὐδ' εἰ βαλὼν, εἶπεν, ἀπηλλάγη, καλῶς εἶχε περιορᾶν τὸ βέλος ἐγκείμενον.] Eximia omnino eſt elegantia, qua Plutarchus Epicurei dicteria cum telis comparat, eaque ducta ex conſuetudine optimorum Scriptorum, qui ſæpius id quod ſive acute ſive acerbe in aliquem dictum eſt, tanquam *telum miſſum eſſe* dicunt. Sic Plato Theætet. p. 130. C. de Lacedæmoniis ait: ἄν τινά τις ἔρῃ ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ῥηματίσκια αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσι· κἂν τούτου ζητῇς λόγον λαβεῖν, τί εἴρηκεν· ἑτέρῳ πεπλήξῃ καινῶς μετωνομασμένῳ. Neque multum differt alius locus Phileb. p. 77. C. In Protag. p. 205. D. Socrates argumentorum vi obrutus, cum quid reſponderet, non haberet, dicitur ἱλιγγιάσαι ὥσπερ ὑπὸ πυκτοῦ ἀγαθοῦ πληγείς. quod imitatus eſt Julianus Cæſar. p. 334. A. et Hieronym. Epiſt. LXXXIII. *Illico mihi, quaſi a fortiſſimo pugile percuſſus eſſem, ante oculos caligo obverſari cœpit; ſtatimque recordatus Chryſippei ſophiſmatis*, cet. Illi ſimile eſt illud Juvenalis Sat. VI. vſ. 173.

aut curtum ſermone rotato
Torqueat enthymema.

VII. vſ. 157.

——quæ veniant diverſa parte ſagittæ.

ita vſ. 194. *Jaculator*, qui acute quid dixit. Ipſum βάλλειν exquiſite de *dicteriis jaciendis* dicitur, apud Sophoclem Ajac. vſ. 1261. Electr. vſ. 571. Ariſtoph. Theſmoph. vſ. 903. Numenium ap. Euſeb. P. E. L. XIV. p. 732. C. Syneſium Dion. p. 108. A. Phrynichus Παρασκ. Σοφ. MS. quem locum mecum communicavit Cel. Ruhnkenius: Βάλλειν σκώμμασιν, τὸ σκώπτειν· καὶ Βάλλειν λοιδορίαις, τὸ λοιδορεῖν· καὶ Βάλλειν ἀραῖς. Ælian. Epiſt. I. καὶ ὡραϊζομένη πολλοῖς ἔβαλλε τοῖς σκώμμασι. Philoſtratus Icon. L. I. 27. p. 802. de Capaneo: πρότερος μὲν οἶμαι κόμπῳ βαλὼν τὸν Δία. quo loco, cum Cod. Laud. habeat πρὸς τὸν Δία, idem Cel. Ruhnken. Sophiſtam ſcripſiſſe putat: κομπολακῶν πρὸς τὸν Δία. Eruditam conjecturam confirmat ipſe Philoſtratus Icon. L. II. 31. p. 855: κομπάσας τε ἐς τὸν Δία, κεραυνῷ ἐβλήθη. Verbum κομπολακεῖν eſt apud Ariſtophan. Ran. vſ.

Digitized by Google

992. Quin Latinum *dicere* eſt Græcum δίκειν, *jacere*. Hactenus de eleganti uſu verbi βάλλειν. Sequitur proverbium paris vel dicam exquiſitioris venuſtatis, Βαλόντα ἐκφεύγειν; quod de iis dicitur, qui ſive conjecto in aliquem telo aufugiunt, ſive congeſtis convitiis eum relinquunt. Hoc notavit Suidas T. I. p. 414. et Eraſmus Adag. p. 1210. Eandemque proverbii notionem variis, uno eodemque loco, exemplis immutatam expreſſit Plutarchus Diſcr. Am. et Adul. p. 74. D. qui locus, licet longiusculus, vel ideo adſcribendus videtur, ut cognoſcere poſſis, quam ſit ille in excogitandis et coacervandis comparationibus elegans et copioſus: Ἐπεὶ τοίνυν, ὥσπερ εἴρηται, πολλάκις ἡ παρρησία τῷ θεραπευομένῳ λυπηρὰ ὑπάρχει, δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἰατρούς. οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι τέμνοντες ἐν τῷ πονεῖν καὶ ἀλγεῖν καταλείπουσι τὸ πεπονθὸς, ἀλλ' ἐνέβρεξαν προσηνῶς καὶ κατηύνησαν· οὔτε οἱ νουθετοῦντες ἀστείως, τὸ πικρὸν καὶ δηκτικὸν προσβάλλοντες ἀποτρέχουσιν, ἀλλ' ὁμιλίαις ἑτέραις καὶ λόγοις ἐπιεικέσιν ἐκπραΰνουσι καὶ διαχέουσι, ὥσπερ οἱ λιθοξόοι τὰ πληγέντα καὶ περικοπέντα τῶν ἀγαλμάτων ἐπιλεαίνοντες καὶ γανοῦντες· ὁ δὲ πληγεὶς μὲν τῇ παρρησίᾳ καὶ χαραχθεὶς, ἀφεθεὶς δὲ τραχὺς καὶ οἰδῶν καὶ ἀνώμαλος ὑπ' ὀργῆς, δυσανάκλητος αὖθίς ἐστι καὶ δυσπαρηγόρητος. Διὸ καὶ τοῦτο δεῖ φυλάττειν ἐν τοῖς μάλιστα τοὺς νουθετοῦντας καὶ μὴ προαπολείπειν (ſic enim legend. pro προσαπ.) μηδὲ ποιεῖσθαι πέρας τῆς ὁμιλίας καὶ συνουσίας τὸ λυποῦν καὶ παροξύνον τοὺς συνήθεις. Sed idem proverbium pluribus locis vario modo frequentavit et illuſtre reddidit ingeniorum princeps, Plato. Ex quo perenni elegantiarum fonte cum et hunc locum velut rivulum derivarit Plutarchus, uberius de hoc proverbio exponendum videtur. Imitatus igitur eſt noſter Platonem Sympoſ. p. 322. A. [1] Βαλών γε, ὦ Ἀριστόφανες, οἴει ἐκφεύξεσθαι; quo reſpexit etiam Ariſtides T. II. p. 115. καὶ τὸν βαλόντα μὴ δεῖν ἐκφεύγειν. Ante illum hac forma uſus eſt Euripides Alceſt. vſ. 680.

Ἄγαν μ' ὑβρίζεις καὶ νεανίας λόγους
Ῥίπτων ἐς ἡμᾶς, οὐ βαλὼν οὕτως ἅπει.

Duo ſunt præterea loci Platonis, qui ex eodem proverbio 7

[1] Hinc in Proverbia retulit Zenob. II. 71.

Digitized by Google

ducti sint; alter Rep. L. I. p. 417. A. οἷον ἐμβαλὼν λόγον ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι. alter[k] Phædon. p. 390. F. ὑπὸ προθυμίας ἅμα ἐμαυτὸν καὶ ὑμᾶς ἐξαπατήσας, ὥσπερ μέλιττα τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἰχήσομαι. quem imitatus est Julianus. Epist. XLV. p. 426. B. cum ad Zenonem medicum, quem Alexandrini revocaverant, scribit: τοσοῦτον αὐτῇ κέντρον ὥσπερ μέλιττα καταλέλοιπας. ubi forte legendum ἐγκαταλέλοιπας.

Quamquam Plato, ut est assiduus Poëtarum imitator, flosculum hunc ex Eupolide decerpsisse videtur, cujus elegantissimi multisque laudati versus, quibus Periclis celebravit facundiam in fabula quam Δῆμοι inscripsit, exstant apud Scholiast. Aristoph. Acharn. vs. 529. Sed iidem cum vitio laborent, quod jam dudum eorum venustati offecit, detur nobis hæc venia, ut paulum a propositio digressi, aliquam e tam pulcro corpore labem eluamus. En tibi integrum fragmentum!

Κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν
Ὁπότε παρέλθοι, ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖς
Ἐκκαιδεκαποδῶν ἦρει λέγων τοὺς ῥήτορας.
Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
Πειθώ τις ἐπεκάθισεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Postremos versus laudat etiam Diodorus Sicul. L. XII. p. 505. Plinius L. I. Ep. 20. tetigitque P. Wesseling. ad Diod. Sic. l. c. et, quos ipse ad partes vocat, St. Bergler. ad Alciphron. p. 178. et T. Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. c. 7.

Vitium infidet versui tertio, ex quo nemo commodam sententiam eliciat. L. quidem Kusterus ei hac ratione medicinam facere instituit, ut legeret: [l] Ἐκκαίδεκα ποσὶ λέγων ὑπερῆρε τοὺς ῥήτορας, i. e. *in dicendo pedibus sedecim superabat oratores*. Sed veriorem lectionem inveniisse mihi videor, legendo:

Ἓξ δέκα ποδῶν ἦρει λέγων τοὺς ῥήτορας.

Hæc enim est mens Comici: *Pericles cum in concionem*

[k] Conf. Notas ad Moral. p. 136. D.
[l] Recte jam, ut ego Grot. Exc. Comic. p. 499. Attamen pervertit Wasse de Senar. fin.

Digitized by Google

prodiret, ut egregius curſor, quanquam decem pedum intervallo poſt ſuos adverſarios curſum iniit, tamen eos conſequitur ac prævertit, ſic reliquos oratores dicendi copia vicit ac poſt ſe reliquit. Complures huc alluſerunt ſcriptores, e quibus medicina peti poterat. Quorum Ariſtides, licet et ipſe vitioſum ἐκκαίδεκα habeat, recte tamen ſervavit ᾖρει, Orat. 8 Platon. II. p. 129. ἐκκαίδεκα ποδῶν ᾖρει τοὺς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις, μόνου δὲ πειθώ τις ἐπεκάθιζε ἐπὶ τοῖς χείλεσι. Scholiaſtæ verba quæ miſere depravata ſunt facile comparatione integritati reſtitui poſſunt, eaque incorrupta exhibet MStus Cel. Burmanni, et hoc præterea, quod in editis non exſtat, addit: Αἰρῶν τοὺς ῥήτορας, ἀντὶ τοῦ νικῶν· καὶ Αἰσχίνης· αἱρεῖ γὰρ αὐτὴν οὐχὶ γραφὴ μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ ψήφισμα. quem locum Cel. Valckenario acceptum refero. Verum ἐκκαίδεκα, ut dixi, nihili eſt, et commode germanam lectionem ſervarunt Themiſtius Orat. XXVII. p. 339. C. λέγων αἱρήσεις οὐκ ἐκ δέκα μόνον (ſic enim lego pro μόνων) ποδῶν, ἀλλ' ἐξ εἴκοσιν ἴσως, τυχὸν δὲ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σταδίου τοὺς ῥήτορας τοὺς ἀλλαχόθεν. et Iſidorus Peluſiota L. IV. Epiſt. CCV. p. 102. Πῶς γὰρ Περικλῆς ἑάλω, ὃς ἀπὸ δέκα ποδῶν ᾖρει τοὺς ῥήτορας, καὶ προσέτι γε κατὰ τὸ (l. τὸν) κωμικὸν, πειθώ τις ᾖκει ἐν τοῖς χείλεσι· Eſt hæc exquiſita notio vocis αἱρεῖν, qua ut curſor ſuos adverſarios ex longiore intervallo prævertit, ſic orator, quamvis cauſa ſua deterior ſit, adverſarios vincere dicitur. Sic Ariſtides T. II. p. 207. cum de oratore loquitur, ait: τοὺς δρομεῖς ἐμιμήσατο ἐκ πολλοῦ τοῦ (f. [m] τοὺς) πρόσθεν αἱροῦντας. et Schol. quod ſupra exhibuimus [n]. In hac ambiguitate vocis luſit Ariſtophanes Veſp. 1201. et Plato Apol. Socr. p. 368. C. ὑπὸ τοῦ βραδυτέρου ἑάλων. Hinc αἱρεῖν τινὰ notat *aliquid alicui perſuadere et eum in ſuas partes trahere*, qua ſignificatione hoc verbum frequens eſt Æliano, et reſtituendum ſine dubio H. A. VII. 39. ἀντιλέγει κατὰ κράτος Ἀριστοφάνης Βυζάντιος, καὶ μεγαίρει τῇ ἀντιλογίᾳ. Pro μεγαίρει, quod interpres reddidit *egregie redarguuntur*, legendum, μέ γ' [o] αἱρεῖ, *mihi quidem perſuadet*, ut XIV. 13. καὶ μέ

[m] Sic Codd. Jebbii et Schol. MS.

[n] Similis dictio in hoc verbo vitium ſuſcepit T. I. 239.

[o] Diog. L. II. 116. ἴσχυν leg. ἴλεω. conf. VI. 75. Himer. 646.

Digitized by Google

γ' αἱροῦσι λέγοντες. Eadem porro, ut in Eupoli, correctione II. 21. ἐπὶ τὰ αὔλια ἰούσας αἵρουσι, legendum αἱροῦσι. Nulla fere eſt confuſio quæ latius pateat quam verborum αἴρειν et αἱρεῖν, neque dici facile poteſt, quot illa Scriptorum locos corruperit. In Ariſtophane Equ. v. 863. pro αἴρων legendum αἱρῶν. Origen. c. Celſ. L. IV. p. 519. A. Ἀντιφῶν τὴν πρόνοιαν ἀναίρων, lege ἀναιρῶν. Sic verbum ἐξαιρεῖν centies in ἐξαίρειν mutatum eſt: de quo alibi dicendi erit locus. [p] Phraſis, quæ huic ſignificationi originem ſuam debet, αἱρεῖ ὁ λόγος, et qua cum elegantiſſimus quiſque, tum maxime Plato uſus eſt, librariorum incuria ſæpius in ἐρεῖ ὁ λόγος mutata fuit, ut in Euſebio P. E. L. III. p. 125. C. et Origene c. Celſ. L. V. p. 605. F. et alibi [q].

Sed ex Eupolide alii quoque vel profecerunt, vel colorem duxerunt, v. c. Lucian. Demonact. p. 860. Amor. p. 895. Themiſtius Orat. XXVI. p. 330. A. λόγου δὲ κέντρον ἐγκαταλιπεῖν δυναμένου πρὸς ἀρετὴν οὐδεπώποτε ἀπολαύσομεν. [9] Longino S. XXI. ἄκεντρος oratio in vitio ponitur, contra laudatur, quæ ἐγκαταλείπει τι. Optimus hujus dicti eſt interpres Cicero de Orator. L. III. Cap. 24. *Cujus (Periclis) in labris, veteres Comici etiam cum illi male dicerent, quod tum Athenis fieri licebat, leporem habitaſſe dixerunt; tantamque in eo vim fuiſſe, ut in eorum mentibus, qui audiſſent, quaſi aculeos quoſdam relinqueret.* et in Bruto Cap. 9. *ſuavis, ſicut fuit, (Demetr. Phaler.) videri maluit quam gravis; ſed ſuavitate ea qua perfunderet animos, non qua perſtringeret; et tantum ut memoriam concinnitatis ſuæ, non, quemadmodum de Pericle ſcripſit Eupolis, cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum a quibus eſſet auditus* [r]. Hinc πειθὼ cum χείλεσιν ἐπικαθίζειν dicitur, fine dubio ad Eupolidem reſpicitur. Themiſtius Orat. II. p. 37. B. Conſtantii eloquentiam cum Periclis comparans, ait: Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, οὗ τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθιζε Πειθώ. Julianus Orat. I. p. 33. A. in eodem argumento verſans, Conſtantii

[p] Ariſtot. Mirab. Auſc. XCI.

[q] Ariſtid. T. I. p. 53. αἴρει.

[r] Val. Max. VIII. 9. Ext. 2. Quintil. XII. 10. Lucian. Democrat. T. III. p. 379. Eupolidis dictum ad Xenophontem accommodat Quintilian. X. 1. p. 903. ubi Burm. laudat Politianum Miſc. C. 91.

Digitized by Google

eloquentiam, cum Eupolideis floſculis utitur, haud obſcure cum Periclea comparat: Τίς οὖν ἡ ῥώμη γέγονε τῶν λόγων, τίς δὲ ἡ πειθὼ τοῖς χείλεσιν ἐπικαθημένη, παντοδαπῶν ἀνθρώπων συνειλεγμένων τὸ κέντρον ἐναπολιπεῖν ἰσχύσαι ταῖς ψυχαῖς. In Alciphrone L. III. Ep. 65. miror verba temere turbata latuiſſe elegantiſſimum Berglerum. Cum enim vulgo legatur: [s]ἐστὶ δὲ καὶ ὀφθῆναι κεχαρισμενώτατος, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τὰς ὥρας αὐτὰς ἐπικαθημένας ἔχει, καὶ τὴν πειθὼ τοῖς ὄμμασι ἐνορχεῖσθαι εἴποις ἄν: quivis, opinor, facile videat, levi tranſpoſitione locum ita eſſe corrigendum,—τὰς ὥρας αὐτὰς ἐνορχουμένας ἔχει, καὶ τὴν πειθὼ τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι εἴποις ἄν. Conf. III. 1. Venuſta imitatione immutavit hoc dictum Ariſtides T. I. p. 72. πειθὼ δὲ ἐν ταῖς σπουδαῖς καὶ παιδιαῖς τίς ἂν ἀπὸ τῶν τούτου χειλῶν ἀναστήσειεν [t]. Eunapius Ædes. p. 48. et 50. Maxim. p. 78. Τοσαύτη τις Ἀφροδίτη τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθητο. Baſil. M. Epiſt. CCCLXXV. p. 364. D. τοσαῦτα ἐπὶ τῶν χειλῶν τῆς πειθοῦς φέρει τὰ φάρμακα [u]. Nonnus Dionyſ. XI. 720. ἡδυεπὴς ἀκόρεστος ἐφίστατο χείλεσι πειθώ. Sed nec hic prætereundus eſt Cicero Brut. Cap. 15. Πειθὼ *quam vocant Græci, cujus effector eſt orator, hanc Suadam appellat Ennius, ejus autem Cethegum medullam fuiſſe vult, ut quam Deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitaviſſe, hujus hic medullam noſtrum oratorem fuiſſe dixerit.* Utramque hanc eloquentiæ commendationem breviter conjunxit Syneſius Epiſt. CXXVIII. p. 275. A. cum eam πειθοῦς κέντρον vocat. Ceterum corrupta Eupolidis lectione deceptus Eraſmus, novum nobis et inauditum proverbium effictum obtulit Chil. III. Cent. IV. Adag. 73. *Sedecim pedibus ſuperavit.* Sed redeamus ad Plutarchum.

548. B. Ὁ μὲν γὰρ Βρασίδας, ὡς ἔοικεν, ἐξελκύσας τὸ δόρυ τοῦ σώματος, αὐτῷ τούτῳ τὸν βαλόντα πατάξας ἀνεῖλεν] Idem duobus aliis locis refert, in Apophthegm. p. 190. B. et Apophthegm. Laconic. p. 219. C. ἐν δὲ μάχῃ διὰ τῆς ἀσπίδος ἀκοντισθεὶς (Βρασίδας) καὶ τὸ δόρυ τοῦ τραύματος ἑλκύσας, αὐτῷ τούτῳ τὸν πολέμιον ἀπέκτεινε· καὶ, πῶς ἐτρώθη, ἐρωτηθεὶς, προδούσης μὲ, ἔφη, τῆς ἀσπίδος. Putem autem hoc in pugna

[s] Conf. Himerius p. 360. 496.
[t] Damaſcius ap. Suid. in Ὄλυμπος.
[u] Jo. Chryſ. T. II. p. 854. A.

Digitized by Google

ad Amphipolim contigiſſe, quam Thucydides deſcribit L. V. cap. 10. et ſequent. in qua Braſidam et [x] Cleonem occubuiſſe conſtat. Diodorus Sicul. L. XII. p. 530. ὁ μὲν Βρασίδας, ἀριστεύσας καὶ πλείστους ἀνελὼν, ἡρωϊκῶς κατέστρεψε τὸν βίον· ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ Κλέωνος ἐν τῇ μάχῃ πεσόντος.—et Plutarchus Nicia p. 528. D. Braſidæ et Cleonis meminit, ut ἅμα πεσόντων ἐν μάχῃ μιᾷ περὶ Ἀμφίπολιν. Huc cum accedat Scholiaſt. Ariſtoph. Pac. vſ. 283. ἐν Ἀμφιπόλει τῆς Θράκης μονομαχήσαντας ὁ Κλέων καὶ Βρασίδας ἀλλήλους ἀνεῖλον, diſerte prodens, utrumque contrario et mutuo vulnere in hac pugna cecidiſſe; veriſimile eſt h. l. per τὸν βαλόντα Cleonem intelligendum eſſe. Simile omnino factum Romuli cujuſdam, qui in pugna ad Murſam inter Conſtantium et Magnentium cecidit, memorat Zoſimus L. II. p. 700. Dolendum eſt, de Braſida, quem immortali laudum genere ornari par fuiſſet, tam pauca poſteritatis memoriæ eſſe commendata.—Ceterum notandus hic ſemel eſt uſus formulæ ὡς ἔοικεν, eo ſenſu, ut notet, *ut fertur:* qui ut Plutarcho maxime eſt frequens, ſic in aliis Scriptoribus rariſſime occurrit. Sic Sapient. Conviv. p. 146. E. 162. C. Def. Orac. 412. A. Garrul. p. 514. D. et alibi ſæpius. Locus eſt Teletis ap. Stob. S. XCV. p. 523. ubi ὡς ἔοικεν eandem vim habet: Καὶ Μητροκλῆς δὲ ἐκεῖνος ἔφη, ὡς ἔοικεν, ὅτε μὲν παρὰ Θεοφράστῳ καὶ Ξενοκράτει σχολάζοι, φοβεῖσθαι μὴ τῷ λιμῷ ἀποθάνοι,—τοῦτο μὲν καὶ ἐξ ἀνάγκης ἔδει ὑπόδημα ἔχειν. Lege:—τότε μὲν γὰρ ἐ. ἀ. In Platone Phædon. p. 377. A. ὡς ἔοικεν fere abundat. Ὡς ἔοικε II. 41. C, D. 52. B.

548. C. Ἡμῶν δὲ ἀμύνασθαι μὲν οὐδὲν ἔργον ἐστὶ δή που τοὺς ἄτοπον ἢ ψευδῆ λόγον εἰς ἡμᾶς ἀφέντας, ἀρκεῖ δὲ αὐτοῖς πρὶν ἅψασθαι τὴν δόξαν, ἂν ἐκβάλλωμεν.] Subobſcuram hujus loci ſententiam reddit ſtructuræ quædam duritia. Interpres quidem vertit: *Nos quidem nullo negotio ulciſci poſſumus eos, qui abſurdo ac falſo convicio nos impetunt: quod ſatis eſt a nobis profligari antequam attingat.* Itaque ἡμῶν οὐδὲν ἔργον ἐστὶ accepit pro *non difficile eſt nobis;* qua quidem ſignificatione ſæpius occurrit, ſed nunquam cum genitivo per-

[x] De Cleonis morte omnino videndus Davis. ad Max. Tyr. p. 511. b.

Digitized by Google

ſonæ, ſemper cum dativo. Hæc ergo ſi germana eſſet interpretatio, ἡμῖν non ἡμῶν ſcripſiſſet Plutarchus. Mihi vero attente conſideranti, hæc videbatur eſſe mens, quam in verſione expreſſi. Ἀρκεῖ δὲ αὐτοῖς neque notare poteſt *ſufficit autem contra illos*, neque commode tanquam Atticus abundans dativus ad ἐκβάλλωμεν referri, ut hanc efficiat ſententiam: *ſufficit ſi illis impium ſuum ſermonem e nobis ejiciamus*. Malim itaque mutato ſpiritu legere αὐτοῖς i. e. *nobis:* quamquam in eam partem magis inclino, ut αὐτοῖς a librario intruſum eſſe putem. Ἡμῶν οὐδὲν ἔργον ἐστι h. l. notat *noſtrum non eſt*, vel, *non eſt neceſſe nobis*, ut apud Sophocl. Ajac. vſ. 11. et plenius Electr. vſ. 1373. Ariſtoph. Pac. vſ. 1308. Anonym. apud Suid. V. Ἀξιόλογος, et plures, quorum loca in hanc rem adfert Cel. Valckenar. ad Euripid. Phœn. vſ. 447. Ita ἡμῖν, ſ. dativ. Herodot. I. 79. πρῆγμα. Herod. IV. 11. Periz. Æl. V. H. III. 18. not. 13.

548. C. Τί οὖν—μάλιστα κεκίνηκεν ὑμᾶς] Elegans eſt hic uſus verbi κινεῖν, *commovere*, Gallice *piquer*. Sic Def. Orac. p. 435. E. πάντας γὰρ ἡμᾶς ὁ λόγος κεκίνηκε—ἐμὲ δ', εἶπον, οὐ κεκίνηκεν μόνον, ὦ Φίλιππε, ἀλλὰ καὶ συγκέχυκεν. Sic Plato ſæpius, v. c. Eraſt. p. 5. D. Phileb. p. 74. B. Lyſid. p. 113. G. Rep. L. I. p. 410. F. Xenophon. M. S. L. IV. 2, 2. βουλόμενος κινεῖν τὸν Εὐθύδημον. Dio Chryſ. Or. II. p. 19. C. Julianus Cæſar. p. 332. C. Sic *commovere* dixit Terentius Andr. II. 6, 25. Hæc vis verbi ſæpiſſime fugit interpretes.

548. C. Ἄλλο δὲ ἀλλαχόθεν ἄνθρωπος, ὥσπερ ὀργῇ τινὶ καὶ λοιδορίᾳ σπαράττων] Recte interpres cepit σπαράττων. Gemina plane ſunt loca, ubi de Colote loquitur Plutarchus, quem ſimiliter ut noſtrum Epicureum, ait, φωνὰς ἀλλαχόθεν ἄλλας ἀποσπῶντα καὶ ῥήμασιν ἄνευ γραμμάτων ἐπιτιθέμενον ἀποκρούεσθαι (παρακρ. ut V. D.) τοὺς ἀπείρους, in libro Non Poſſe Suav. Vivi Sec. Epicur. p. 1086. D. Et Adverſ. Colotem p. 1108. D. Κολώτης φωνὰς τινὰς ἐρήμους πραγμάτων ἀποσπῶν καὶ μέρη λόγων καὶ σπαράγματα ex *Philoſophorum libris contra quos diſputat*. Alioqui *laceſſere, convitiis lacerare* notat,

Digitized by Google

similitudine a canibus desumta. Sic Aristoph. Pac. vs. 638. de calumniatoribus:

— ὑμεῖς τοῦτον ὥσπερ κυνίδι' ἐσπαράττετε.

Acharn. vs. 688. de adolescentibus contentiosis dicitur, ut a Platone Rep. L. VII. p. 490. D. [y] χαίροντες ὥσπερ σκυλάκια, τῷ ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί. quem locum laudat Plutarchus de Profect. in Virt. Sent. p. 78. E. et imitatus esse videtur Dio Cassius L. XLVI. p. 453. συκοφαντῶν, ἕλκων, σπαράττων τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας ὥσπερ οἱ κυνές. Simplex σπαράττειν eo sensu Plutarcho non infrequens est, De Sanitate Tuend. p. 121. C. Sympos. L. II. p. 653. C. Cimon. p. 485. C. Dio Cass. L. LXI. p. 995. Basil. M. Hom. X. p. 379. E. Adde Cel. Valckenar. Diatrib. in Fragm. Eurip. Cap. XIX. p. 200.

12

548. C. Κατεφόρει τῆς προνοίας.] Sic Editiones omnes et MSti. Sed Coll. Schott. et T. V. B. κατεφρόνει τ. π. Καταφρονεῖν τὴν προνοίαν saepius dicuntur Epicurei, v. c. Maxim. Tyr. Diss. XXXVI. p. 425. καταφρονοῦντες δὲ τῶν θεῶν ὡς οὐ δυναμένων τιμωρεῖν. Epictet. Arrian. L. II. Diss. XX. p. 298. Sed κατεφόρει, quamquam nusquam adhuc omnino ejus inveni exemplum, et germanum et antiqui videtur coloris. Nam primo quidem eadem se tuetur analogia, qua καταχεῖν, κατασκεδαννύναι τινός τι, et similia, et ejusdem verbi composita συμφορεῖν, ἐμφορεῖν, ἐκφορεῖν, in quibus significandi vis major est quam in συμφέρειν, εἰσφέρειν, ἐκφέρειν. Nam ut συμφέρειν *conferre* notat, συμφορεῖν, *acervatim congerere*, et in reliquis similis est ratio; sic καταφέρειν τινός τι est *impingere quid in aliquem*, καταφορεῖν, *multa coacervata confertim in aliquem effundere*. Grammaticus tamen rarissimo hoc verbo usus est in explicando alio, cujus hodie plura exempla exstant, Phrynichus Παρασκ. Σοφιστ. MSt. quae est penes Cel. Ruhnken. Καταγλωττίζειν, καταλαλεῖν, καὶ καταφορεῖν πολλοὺς λόγους. ubi pari errore scribitur καταφρονεῖν. Glossae Cyrilli: Καταφορά, *invectiva*, Καταφορικὸς, *invectivus*. qua voce et Isidor. Pelus. L. II. Ep. 135. usus

[y] Sic Arist. Stob. p. 456.

Digitized by Google

est: οὐ γὰρ καταφορικῶς κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἡ ἱερὰ γραφὴ—εἴρηκεν, et alii Patres, ut notat J. Suicer. Thes. V. [z]—Καταφέρειν simili sensu dixit Plutarchus Discr. Am. et Adul. p. 67. A. ὁ Ἀχιλλεὺς—παρεῖχε τῷ Πατρόκλῳ σιωπῇ καταφέρειν αὐτοῦ πολλὰ τοιαῦτα, i. e. *ipsi objicere*, ut reddit interpres. Clemens Alex. Strom. L. II. p. 359. B. κἂν βλασφήμους κακῶς καταφέρωσιν ἡμῶν λόγους. Alioqui συμφορεῖν magis hac notione frequentant, v. c. Demosthenes de Corona p. 314. C. αἰτίας καὶ σκώμματα καὶ λοιδορίας συμφορήσας ὑποκρίνεται. Lucianus Parasit. p. 316. et Icaromenipp. p. 209. λόγους τινὰς πικροὺς συμφορήσαντες καὶ λοιδορίας τινὰς ἐκμεμελετηκότες ἐπιτιμῶσι καὶ λοιδοροῦσι τοῖς πλησίον. Libanius de Ira Juliani §. 19. fin. Zosimus L. II. p. 698. κατὰ Κωνσταντίου—ἄτοπα πολλὰ συμφορήσας. Ceterum ut in hoc loco καταφορεῖν et καταφρονεῖν confunduntur, sic simili errore vitium suscepit Ælianus H. A. X. 29. πανταχοῦ δὲ καθιεῖσα Ἶβις τὸ ῥάμφος καὶ τῶν ῥυπαρῶν καταφρονοῦσα. Nam sine dubio scripserat, καταῤῥοφοῦσα, *sorbens*.

548. C. ἐμοὶ δοκεῖ καὶ μάλιστα δεινὸν εἶναι] A Coll. Schott. et [a] Harl. abest καὶ, quod offendisse etiam videtur Reiskium, qui corrigit τὰ μάλιστα. Sed καὶ μάλιστα et alibi, nisi egre- 13
gie fallor, occurrit, et certe in Platone Phæd.[b] p. 377. B. ubi orationis vim eleganter auget. Sic καὶ μάλα apud Aristoph. Vesp. vs. 118. Ælian. H. A. VI. 23. ἔχεται τούτου ταῖς χηλαῖς καὶ μάλα ἐγκρατῶς. Julian. Or. VI. p. 183. A. et alibi. Initio vero periodi nunquam ponitur; unde in Junco ap. Stob. S. CXVI. p. 594. Καὶ μάλα οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τινὸς δοκῶ μοι εἰρηκέναι — putem legendum: καὶ μὰ Δι' οὐκ α. σ. Contrario modo in Xenophonte Symp. IV. 7. καὶ πρὸς τούτοις γε ἄλλο οἶδα, καὶ ὑμῖν αὐτίκα μὰ Δί' ἔξεστι πειρᾶσθαι, corrigendum videtur: αὐτίκα μάλα ἐ. π. et in Dione Chrys. Or. LIX. p. 576. C. τούτων δὴ τῆς ἀδικίας αὐτίκα μάλιστα ὑφέξεις δίκην, malim, αὐτίκα μάλα σὺ ὑφ. δ. Sæpius hac confusione peccatum est a librariis, in Xeno-

[z] Olympiodor. MS. in Gorg. Plat. p. 146. Simplic. Categor. p. 1.

[a] Ad rem ipsam referuntur multi Scriptorum loci. Sophocl. Stob. 566.

[b] Conf. edit. noftr. p. 9.

Digitized by Google

phonte ap. Stob. S. XCV. p. 525. perperam eſt *αὐτίκα μᾶλλον* pro *αὐτίκα μάλα*. Apud Demoſthen. Coron. p. 484. pro *αὐτίκα μᾶλλον* habuit in ſuis libris Hermogenes *αὐτίκα μάλα*, obſervante J. Tayloro. Formæ *αὐτίκα μάλα* ſexcenta poſſem proferre exempla, ſi tam neceſſarium quam facile eſſet.

548. D. [c]Πρόσφατος γέγονα τῇ δόξᾳ καὶ καινὸς] Dubium certe eſt, de qua δόξᾳ hic loquatur Plutarchus, utrum de priſtina ſua Stoicorum ſententia, an de Epicureorum. Illa ratio interpreti placuit, hæc placet mihi. Cum enim ſupra *πρὶν ἅψασθαι τὴν δόξαν* de Epicureorum placito dixerit, veri certe eſt ſimile, hoc quoque loco idem intelligendum eſſe. Itaque hæc eſt mens Plutarchi: *propius ad* [d]*Epicureorum ſententiam me hic ſermo adduxit, et fere tanquam novus advena in eorum ſcholam conceſſi.* Vel potius talis: *Epicureorum opinio mihi nova accidit, nunc primum a me cognoſcebatur.* Ut *καινὸς* dicitur, qui *inſolens eſt alicujus rei, nondum adſuetus rei*, ſic *novus* apud Latinos. Tacitus Agricol. 16. *miſſus Petronius Turpilianus, tanquam exorabilior, et delictis boſtium novus, eoque pœnitentiæ mitior.* Pro *καινὸς* forſan quis malit *ξένος*, ut v. c. Cicero dixit de Orator. I. 58. *ne in noſtra patria* (i. e. *in patriæ legibus*) *peregrini atque advenæ eſſe videamur.* Sed ſolet Plutarchus *καινὸς καὶ πρόσφατος* conjungere, v. c. Fragm. ap. Stob. p. 603. *νεαρὸν* et *πρόσφατον*. Conviv. Sapient. p. 146. B. et alibi. I: 899. B.

548. D. *Εὐριπίδου—Μέλλει τὸ θεῖον*] Sunt verba Oreſtis in fabula ejuſdem nominis, vſ. 420.

M. Κἄτ' οὐκ ἀμύνει Λοξίας τοῖς σοῖς κακοῖς;
O. Μέλλει· τὸ θεῖον δ' ἐστι τοιοῦτον φύσει.

[c] *Recentior in dolore.* Ad Herenn. II. 7.

[d] *His Epicurei λόγοις ad Epicuri δόξαν, quam antea probe tenere et repudiare mihi videbar, imperitus et novus factus ſum.* Sed vide infra ex 611. E. Sic *καινὸς καὶ νέος πρός τι* Polyb. V. 75. *καινὸς καὶ πρόσφατος τῇ ἀλαζονίᾳ, novum genus adulationis adferre.* Plutarch. I. 899. B. Eadem ratione *ἰσχὺς ταῖς μνήμαις* Plut. II. 611. E. E. recentem et efficacem ad perſuadendum ſenſum percepi ex ſermone Epicuri.

Digitized by Google

particulam δ' quæ abeſt in Edd. recte præbet Plutarchus 14 et MSS. Similis eſt ſententia in Ion. vſ. 1615.

Χρονία μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ.

548. D. Πρὸς οὐθὲν, ἥκιστα δὲ πρέπει πρὸς τοὺς πονηροὺς ῥάθυμον εἶναι τὸν θεὸν, οὐ ῥαθύμους ὄντας αὐτοὺς οὐδὲ ἀμβολιεργοὺς τοῦ κακῶς ποιεῖν· ἀλλ' ὀξυτάταις ὁρμαῖς ὑπὸ τῶν παθῶν φερομένους πρὸς τὰς ἀδικίας.] Vox ἀμβολίεργος poëtica eſt, quam fine dubio ex Heſiodo deſumſit noſter, ex Op. et D. vſ. 411. ἀμβολιεργὸς ἄταις παλαίει—. Ceterum, quod ad ſententiam attinet, ſimilis eſt locus Porphyrii de Abſtin. L. II. §. 22. τοὺς κακοποιοὺς καὶ, καθάπερ ὑπὸ τινὸς πνοῆς, ὑπὸ τῆς ἰδίας φύσεως καὶ μοχθηρίας φερομένους πρὸς τὸ βλάπτειν τὸν ἐντυγχάνοντα, ἀναιρεῖν ἡγούμεθα δεῖν καὶ κολάζειν ἅπαντας. item III. 26.

548. D. Θουκυδίδης] Verba ſunt Cleonis apud Thucydidem L. III. c. 38. p. 188. ὁ γὰρ παθὼν τῷ δράσαντι ἀμβλυτέρᾳ τῇ ὀργῇ ἐπεξέρχεται· ἀμύνεσθαι δὲ τῷ παθεῖν ὁτιεγγυτάτω κείμενον ἀντίπαλον ὂν μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει. Ad hæc Noſter mox infra reſpicit, et formam Thucydideam imitatus eſſe videtur de Audition. p. 40. F. τὸ τοίνυν καταφρονεῖν τῷ θαυμάζειν ἀντικείμενον κ. τ. λ.

548. D. [e] Ἀντιφράττει τὴν ὁδὸν τοῖς ἐπιπλεῖστον εὐροούσῃ τῇ κακίᾳ χρωμένοις.] Latet hic elegantia quam interpres non cepit, cum vertit: *qui quamplurimum malitia bonos habente ſucceſſus utuntur.* Nam ἐπιπλεῖστον hic accipiendum eſt pro *quam longiſſime*, ut εὐροεῖν duplicem ſuam vim exprimere queat, *proſperitatis* et *fluendi*. Sic elegans prodit ſententia: *velut objecto aggere fortunatum obſtruit torrentem malitiæ.*

Εὐροεῖν et εὔροια *proſperum vitæ curſum* notat, et apud Atticos ſcriptores, ut docet P. Weſſeling. ad Diodor. Sic. L. II. [f] p. 156. et præſertim Stoicos, qui has voces velut proprias ſibi vindicarunt. Stobæus Phyſ. p. 172. τὴν δὲ Εὐδαιμονίαν ὁ Ζήνων ὡρίσατο τὸν τρόπον τοῦτον· Εὐδαιμονία δ' ἐστὶ εὔροια βίου. Vide Gataker. ad M. Antonin. II. 5. V. 34. Menag. ad Diog. Laërt. VII. 88. Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 652. Docte omnino et copioſe de hac voce diſputavit J. D. Lennepius ad Phalar. Ep. XVI. p. 86. quam

[e] Sic ἰμφρέγματα Iſocrat. 254. ed. 8. Pariſ. 1621. [f] Et 429. T. II.

Digitized by Google

præclaram editionem a viro egregio, qui nuper admodum literis noſtris immatura morte ereptus eſt, inchoatam relictam eſſe, vehementer dolemus.

548. E. Αἱ δὲ ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι κ. τ. λ.] Sic Edd. et MSti omnes ὑπὸ χεῖρα, præter Voſſ. qui ἀνὰ χεῖρα habet, quod tamen recentior manus in ὑπὸ χεῖρα mutavit. Hæc dictio h. l. ut interpres etiam vidit, *ſtatim, promte*, notare debet, quamquam hac ſignificatione rariſſime occurrit. In Plutarcho ſaltem bini præter hunc loci ſunt, ubi eadem ponitur poteſtate: Diſcr. Ad. et Am. p. 56. B. εἰς τὸ παρὸν εἰσὶν οὗτοι καὶ τὰ ὑπὸ χεῖρα βλαβεροὶ μόνον. et Arato p. 1028. C. de commentariis quos conſcripſit: παρέργως καὶ ὑπὸ χεῖρα διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ὀνομάτων. Eadem ratio eſt in ἐν χερσὶ et ὑπόγυος, quæ ſignificant *id quod in manibus, præſens eſt*. Sic Latini dicunt *ſub manu* vel *ſub manum*. Seneca Ep. 71. *conſilium ſub manu, quod aiunt, naſcatur*. Sueton. Aug. 49. *quo celeriter ac ſub manum annunciari cognoſcique poſſit*. ubi Græcum ὑπογυίως et ὑπὸ χεῖρα comparavit Iſ. Caſaubon. — Pro τολμωμένοις Coll. Schott. et Marg. Cod. Xylandr. habent γενομένοις.

548. E. Ἀριστοκράτους—ὃς προδοὺς τὴν ἐπὶ Κύπρῳ μάχην κ. τ. λ.] Belli Meſſeniaci ſecundi anno altero, Lacedæmonii a Meſſeniis, duce Ariſtomene, fortiſſimo viro, gravi clade adfecti ſunt ἐπὶ τῷ καλουμένῳ Κάπρου σήματι. Verum anno ſequente in pugna ad μεγάλην τάφρον Meſſenii proditi a ſocio [h] Ariſtocrate, Arcadiæ rege, cui magna oblata pecunia Lacedæmonii perſuaſerant, ut eos, cum ad manus ventum eſſet, cum ſuis copiis deſereret, internecione deleti ſunt. Poſt quam cladem undecimo anno ultimum Meſſeniorum præſidium Hira expugnatum eſt; neque multo poſt Ariſtocrates lapidibus obrutus interiit. Sic unicus, qui harum rerum ſupereſt ſcriptor, prodidit Pauſanias

[g] F. eſt *cum occupatus eſſet manu*, i. e. *bello*. Philo Jud. De Monarch. I. p. 818. D. ἐκ χειρὸς ἀναιρέσεων ἀνυπερθέτους τὰς τιμωρίας. Planc. Ep. Div. X. 23.

[h] Ἀριστοκράτους τιμωρία. Pauſan. IV. 22. p. 334. fin. Ariſtocrates filium habuit Ariſtodemum, filiam Eriſtheniam, quæ Procli Epidauri tyranno nupſit, unde nata Lyſida ſ. Meliſſa, Periandri uxor. Diog. Laërt. I. 94. ex Heraclide Pont. ut videtur. Conf. Polyb. IV. 33.

Digitized by Google

Meſſen. p. 317. 321. 336. Unde clarum eſt, hunc Plutarchi locum non uno modo laborare. Nam primo quidem Κάπρῳ ſine dubio ſcribere voluit librarius. Deinde cum pugna, qua proditi ſunt ab Ariſtocrate Meſſenii, non ad Κάπρου σῆμα, ſed ad μεγάλην τάφρον commiſſa fuerit; patet, aut aliud præterea vitium inſidere Plutarcho, aut lapſum eum fuiſſe, aut non eundem, quem Pauſanias, ſecutum auctorem. Xylander quidem ad Pauſaniam l. c. p. 321. pro Κύπρῳ h. l. corrigit Κάπρῳ; ſed ſic in eodem luto hæremus. Itaque Palmerii potius correctio amplectenda eſt, qui Exercitat. p. 224. [i] ἐπὶ Τάφρῳ ſubſtituit; præſertim cum ad eam prope accedat lectio quam in Marg. Ald. inveni ἐπὶ τάφῳ. Niſi forte Plutarchus duo prælia tempore locoque propinqua confudit, ut Reiſkius ſuſpicatur [k].

548. F. Ὀρχομενίων τοῖς ἀποβαλοῦσι παῖδας καὶ φίλους καὶ οἰκείους ὑπὸ Λυκίσκου] Hujus rei aut omnino [l] Lyciſci ne veſtigium quidem uſpiam reperi; quod de ſe quoque fatetur Cel. Reiſkius, cujus vera hæc eſt obſervatio: *Res Bœoticas alii auctores negligentius tractarunt, quas ut patrias* 16 *attingere Plutarchus amat.* Quanquam incertum quoque eſt, utrum de Bœotica an Arcadica Orchomeno [m] hic ſermo fit.—Voſſ. et Harl. omittunt τῷ πόδι, quod neutiquam abeſſe poteſt. Similiter eos qui hippocampi piſcis eſu in furorem adigantur, aquam appetere et [n] τέγγειν τῷ πόδι narrat Ælian. H. A. XIV. 20—. Νέμεσθαι, κατανέμεσθαι, ἐπινέμεσθαι dicuntur de morbis et ulceribus. Plutarch. Artax. p. 1023. C. ἀλφοῦ κατανεμηθείσης αὐτῆς τὸ σῶμα. Superſtit. p. 165. C. Dio Chryſ. Or. LVII. p. 571. D. νέμεται ὑπὸ ἑλκῶν. Et ſic ſæpe Medici Græci, ut notat Foëſ. Œ-

[i] Sic Pauſan. IV. 17. p. 323. cladem hanc vocat τὴν ἐν Τάφρῳ συμφοράν· 20. p. 327.

[k] Οὐκίσ' ἴσως de Meſſeniis videtur frequentatum fuiſſe. Dionyſ. Hal. de Iſocrat. in Archidamo.

[l] Lyciſci nomen in Meſſeniorum rebus nobilif. errore Plutarchi ad Orchomenios tranſlatum eſt.

[m] Videtur tamen de Bœotiæ Orchomeno loqui, quæ celebrior fuit. Hujus reipublicæ formam deſcripſiſſe Ariſtoteles videtur. Polluc. X. 105. Callippus Corinthius ejus hiſtoriam expoſuit. Pauſan. IX. 765. forte idem quem inter Zenonis diſcipulos numerat Diog. Laërt. VII. 38.

[n] Impuri cæde quibus terram accedere nefas Plato Leg. IV. p. 657. C.

Digitized by Google

con. Hippocr. V. Νομαὶ, et Mettarius Indic. Aretæi V. Νέμεσθαι.

p. 549. A. Τὰς μὲν γὰρ Ἀθήνῃσι τῶν ἐναγῶν σωμάτων ῥίψεις, καὶ νεκρῶν ἐξορισμοὺς οὐδὲ παῖδων παισὶν ἰδεῖν ὑπῆρξε τῶν ἀποσφαγέντων ἐκείνων] Recte vidit Reiskius, magnas oriri difficultates, si hæc de lustratione Κυλωνείου ἄγους accipere velimus. Mihi aliquando in mentem venit hac ratione loco lumen accendere, ut hæc cum antecedentibus conjungam, et de Lycisci sociis intelligam, eaque sit sententia: *Quid enim solatii attulit Orchomeniis qui liberos et amicos Lycisci proditione amiserunt, quod ille longo post tempore contabuit: quin ejus et sociorum exterminationem cadaverum Athenis factam neque nepotes eorum qui occisi sunt viderunt.* Scilicet Lycisci cum, perpetrata Orchomeniorum proditione, Athenas concessisse suspicor, et ejus sociorumque sceleris hujus cadavera, post mortem eorum, criminis contagionisque detestandæ causa, ab Athenienſibus extra fines esse projecta: quod Orchomeniorum, qui hac proditione perierunt, posteri, ob loci intervallum videre non potuerunt. Quæ explicatio, ut in re incerta, probabilis mihi videtur. Nam de Cylonii sceleris lustratione hic cogitari non potest, cum interfectis Cyloniis Ol. 45. mox Ol. 46. pœnæ de eorum interfectoribus sumtæ sint: neque de alia præterea re constat, quam Plutarchus in mente potuisset habere. Morem autem Athenienſium sceleſtorum cadavera extra fines Atticæ projiciendi illustrarunt Interpretes ad Ælian. V. H. IV. 7.—Pro Ἀθήνῃσι Coll. Schott. Harl. T. V. B. ἐν Ἀθήνῃσι, quæ Ionica forma est. Sic Herodot. L. II. p. 131. ἐν Ἀθήνῃσι. et p. 173. IV. p. 361. V. p. 400, 401. VI. p. 453, 454, 476, 495. VIII. p. 656. IX. p. 692. quanquam apud alios quoque reperitur. Nam Harpocration p. 171. Demetrii librum laudat περὶ τῶν ἐν Ἀθήνῃσι νόμων. In Arrian. ap. Stob. p. 521. l. 41. pro Ἀθήνῃσι Cod. Par. habet ἐν Ἀθήνῃσι. Adde Cyrill. c. Jul. L. V. p. 169. A.—T. V. B. Coll. Schott. Marg. Ald. pro ἰδεῖν—,
17 ἀποσφαγέντων habent ἐπιδεῖν—ἀποσφαλέντων. Hoc repudiandum, at illud omnino amplectendum. Ponitur enim ἐπιδεῖν semper in rebus gravioribus et ἐπὶ συμφορᾶς, ut ait

Digitized by Google

Thom. M. p. 335. cujus uſus paſſim exempla occurrunt. Homeri illud, Il. X. 61. θνήσκειν—κακὰ πολλ' ἐπιδόντα, multi ſunt imitati, v. c. Xenophon Exp. Cyr. L. III. 1, 10. Plato Gorg. p. 291. G. Philo p. 282. A. Libanius T. I. p. 49. C. πολλὰ κακὰ ἐπιδόντας, εἶτα οὕτως ἀπελθεῖν. p. 53. A. τέθνηκε μὲν πολλὰ δὴ καὶ μεγάλα πρότερον ἐπιδὼν κακά. Dio Caſſ. ſæpe, ut Reimarus notavit in indice.

549. A. Εὐριπίδης—Οὗτοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη κ. τ. λ.] Depromti ſunt egregii hi verſus ex deperdita quadam [o] Euripidis fabula, et cum aliqua varietate extant etiam apud Stobæum Phyſ. p. 9. Eleganter de iis egit Cel. Valckenarius Diatrib. in Fragm. Euripid. C. XVII. p. 186. et ad Phœniſſ. p. 30.

Verſ. 1. Omnes Plutarchi Edd. Coll. Schott. T. V. B. et Harlei. pro ἡ Δίκη σε habent ἠδίκησε. Quod cum et per ſe pateat falſum eſſe, et Cod. Voſſ. [p] Marg. Ald. exhibeat ἡ Δίκη σε, ut olim jam Xylander conjecerat et hodie Viris Doctis placuit, hoc recipere non dubitavi. Simili fere locutione uſus eſt Euripides Hippol. vſ. 1171 [q].

——————τῷ τρόπῳ Δίκης
Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον.——

Frequenter etiam apud eum occurrit πρὸς ἧπαρ. v. c. Hippol. vſ. 1070. Iphig. Taur. vſ. 1370. Rheſ. vſ. 425. Helen. vſ. 989. Herc. Fur. vſ. 979. 1149. Et μὴ τρέσῃς eadem et ſede et ſignificatione uſus eſt in Heraclid. vſ. 715.

Verſ. 3. legendum σῖγα ut Xyland. et Salmaſ. correxerunt et Cel. Valckenarius edidit. Σιγᾷ Dorica eſt forma et iambum corrumpit. Schol. Soph. Ajac. vſ. 75. τὸ ἐπίῤῥημα (σῖγα) προπερισπᾶται. In hanc ſententiam dixit Plotinus Enn. IV. L. IV. p. 440. B. γινομένων ἁπάντων ἀψόφῳ κελεύθῳ κατὰ δίκην, ἣν οὐκ ἐστὶ φυγεῖν οὐδενὶ, quod Platonis exemplo ex Euripide Troaſ. vſ. 887. deſumſit. Similiter ὀπισθόπους vocatur Δίκη ab incerto Poëta, ut conſtat ex Greg. Naz. Orat. XIX. p. 302. D. οὐχ ὑπερήμερος ἀπήντησεν ἡ ἀντίδοσις, οὐδ' ὀπισθόπους ἡ Δίκη, τοῦτο δὴ τὸ ποιητικόν.

[o] Muſgr. fr. Incert. II.
[p] Moſc. unus.
[q] Διὸς ἀρρήτοις. Zenob. IV. 11. Valck. Diatr. p. 185. Diogenian. III. 2.

Digitized by Google

Add. Suidas V. Ὀπισθόπους et Salmaſius ad Herodis Attic. Conſecr. Templ. Agr. p. 13. Ed. Crenii. Homero Il. I. vſ. 501. ἀρτίπους et Sophocli Electr. vſ. 490. πολύπους, et Furiæ Ajac. vſ. 849 et 855. ταυόποδες et ταχεῖαι dicuntur. Euripidis hunc verſum obverſatum fuiſſe putem Tibullo El. I. 10, 4.

18 *Sera tamen tacitis Pœna venit pedibus.*

Verſum 4. Stobæus ita exhibet: Στειχοῦσ' ἁμάρτει τοὺς κακοὺς ἀεὶ βροτῶν, ubi pro ἁμάρτει recte corrigit ὁμαρτεῖ Canterus. Sed eadem opera ſubſtituere debuiſſet τοῖς κακοῖς; ſemper enim tertius caſus cum hoc verbo conjungitur. Sophocl. Thyeſt. ap. Stob. p. 585. τᾷ γήρᾳ φιλεῖ Χ' ὠ νοῦς ὁμαρτεῖν κ. τ. λ. et alibi ſemper. Cel. Valckenar. Diatrib. l. c. ita ſuſpicatur ſcripſiſſe Euripidem:

Στείχουσα μάρπτει τοὺς κακοὺς ἀεὶ βροτῶν
Ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη.

Quem ultimum verſum, qui legitur in Fragmento Euripidis ex Phryxo apud Sext. Emp. c. Mathem. L. I. p. 275. 278. et Stobæum Phyſ. p. 8. huc pertinere putat. Mihi vero, ut dicam quod ſentio, Plutarchi lectio non diſplicet. Non diſſimiliter locutus eſt Euripidis Electr. vſ. 1169.

Νέμει τοι δίκαν Θεὸς ὅταν τύχῃ.

Μάρπτει quod elegans et poëticum eſt, germanum eſſe puto. Hoc ſimili ſententia occurrit in Oraculo quod Glauco Epicydis F. datum fuit ap. Herodot. L. VI. C. 86.

Ἀλλ' ὅρκου πάϊς ἐστιν ἀνώνυμος, οὐδ' ἐπὶ χεῖρες,
Οὐδὲ πόδες, κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἷσοκε πᾶσαν
Συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα.

Pulchre eandem ſententiam expreſſit Philo Jud. de Moſe L. I. p. 96[s]. Ἡ γὰρ κόλασις ἑπομένη κατ' ἴχνος, μελλόντων μὲν ἐβράδυνε, πρὸς δὲ ἀδικήματα θέοντας ἐπιδραμοῦσα κατελάμβανε. Ceterum hoc et ſimilibus locis Euripidis, Chryſippum, ut erat Poëtarum ſtudioſiſſimus, uſum fuiſſe putem ad ſententiam de Providentia illuſtrandam; in qua eum Stoici ſui

[s] Verſus item exſtat in loco Diphili ap. Clem. Al. et Euſ. P. E. XIII. 684. B.

[s] 618. B. Heſiod. Opp. 219.

Digitized by Google

ſecuti ſunt, qui operoſam Providentiam eſſe ſtatuerunt, eamque innumeris negotiis occupatam non ſemper unicuique rei vacare poſſe. Certe ſimile Stoicorum decretum exagitat Cotta apud Ciceronem Nat. Deor. L. III. C. 39.—[t] *Non curat ſingulos homines. Non mirum: ne civitates quidem. Non eas? ne nationes quidem et gentis—Atque idem etiam vota ſuſcipi dicitis opportere. Nempe ſinguli vovent. Audit igitur mens Divina etiam de ſingulis. Videtis ergo, eam non eſſe tam occupatam quam putabatis.* Idemque mihi magis fit probabile ex Luciano Jov. Trag. p. 648. ubi Damin Epicureum et Timoclem Stoicum ita inducit altercantes: [u] Τιμ. Ἀκούουσι γὰρ, (Θεοὶ) ὦ Δάμι, ἀκούουσι καὶ σε μετίασι ποτὲ χρόνῳ ὕστερον; Δαμ. Καὶ πότε ἂν ἐκεῖνοι σχολὴν ἀγάγοιεν ἐπ' ἐμὲ, τοσαῦτα ὡς φῄς, πράγματα ἔχοντες καὶ τὰ ἐν κόσμῳ ἄπειρα τὸ πλῆθος ὄντα οἰκονομούμενοι. 19 Hæc et talia Poëtarum Philoſophorumque dicta ridebant Epicurei, quod ait Plutarchus Adv. Colotem p. 1124. F. χλευάζουσι δὲ ταῦτα καὶ γελῶσιν.—Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ· καὶ Πέλας γὰρ ἐστὼς ἐγγύθεν βλέπει Θεός· καὶ Θεὸς, ὥσπερ δὴ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχων τοῦ πάντος, εὐθεῖα περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δ' ἕπεται Δίκη τῶν ἀπολειπομένων τιμωρὸς τοῦ θείου νόμου. Priores loci aut Euripidis aut [x] Diphili ſunt, poſterior Platonis eſt ex Leg. L. IV. p. 600. F. Cæterum, [y] integram hujus loci ſententiam elegantiſſime expreſſit Juvenalis Sat. XIII. v. 100.

" *Ut ſit magna, tamen certe lenta ira Deorum eſt.*
" *Si curant igitur cunctos punire nocentes,*
" *Quando ad me venient? Sed exorabile numen*
" *Fortaſſe experiar; ſolet his ignoſcere: multi*
" *Comittunt eadem diverſo crimina fato.*
" *Ille crucem precium ſceleris tulit, hic diadema.*"
Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmant, cet.

[t] Plin. H. N. II. 5.

[u] Comici dictum ap. Joh. Gramaticum de Mundi Ætern. 16. 4. ap. Fabric. B. G. IX. 603.

[x] Diphili Clem. Al. Str. V. 606. B.

[y] Plura ſimilia dicta ap. Stob. Phyſ. p. 110. ſeq. ed. Heeren. Philo Jud. 652. D.

Digitized by Google

549. B. Τοὺς κακοὺς εἰκὸς ἐστὶν ἑαυτοῖς] T. V. B. Marg. Ald. κακῶς. Voss. ἑαυτοὺς. Non invenusta est formula quæ præcessit, οὐ γὰρ ἄλλα—ταῦτα δὲ αὐτὰ, quæ significat *ista sola*. Sic Thucydid. L. VIII. C. 67. p. 544. εἰσήνεγκαν οἱ ξυγγραφεῖς ἄλλο μὲν οὐδὲν, αὐτὸ δὲ τοῦτο [z].

549. B. Ἐπιχειρεῖν τοῖς παρανομήμασιν.] T. V. B. Coll. Schott. M. Ald. ἐπιχαίρειν. Harlei. παρανομήσασιν.

549. B. Ὑπολαβὼν ὁ Ὀλυμπιακός] Ald. ἐπιβαλὼν: Bas. M. Ald. Coll. Schott. ἐπιλαβὼν: Edd. Xyl. Steph. et Cod. Voss. veram lectionem ὑπολαβὼν præbent. Cæterum Harl. et hic et infra recte, opinor, Ὀλυμπικὸς habet: et sic ejusdem viri nomen scribitur Symp. L. II. Q. VI. p. 654. B. ὑπολαβὼν ὁ Ὀλυμπικὸς. Nam etsi promiscue Ἀγὼν Ὀλυμπικὸς et Ὀλυμπιακὸς dicebatur, teste Th. Mag. V.; nomen proprium tamen Ὀλυμπικὸς scribendum videtur. Forma Dorica Ὀλυμπιχὸς occurrit in fragmento Dioxippi ap. Athen. L. XI. p. 502. E. apud Clem. Alex. Protrept. p. 41. ubi scriptor quidam hujus nominis laudatur, et in marmore, apud Maffeium Mus. Veron. p. 49. Ὀλυμπιχὸς Σουνιεύς.

20 549. B. Μελλήσεις] Voss. μελήσεις. Sic quoque μέλειν et μέλλει sæpissime confunduntur.

549. B. Τὴν πίστιν ἡ βραδύτης ἀφαιρεῖ τῆς προνοίας.] T. V. B. M. Ald. Coll. Schott. ἀφαιρεῖται, quod, ut usitatius, verum judico. Corruptus est in hac voce Plutarch. Def. Orac. p. 432. D. ἄν τε καθ' ἑαυτὸ δι' ἀέρος, μεθ' ὑγροῦ νάματος ἀφαιρῆται: legendum enim ἀφίκηται.

549. B. Καὶ τὸ μὴ παρ' ἕκαστον ἀδίκημα τοῖς πονηροῖς ἐπακολουθοῦν κακὸν ἀλλ' [a] ὕστερον εἰς ἀτυχήματος χώραν τιθέμενοι.] Vim et venustatem quærit Plutarchus h. l., opponendis

[z] Plato Tim. 534. A. Herodot. I. 143. IX. p. 741. Procop. B. P. I. 274. B. Vand. 352. D. Julian. Misop. 338. C. Demosth. Rhod. Lib. 79. B. Numen. Euseb. 544. C. Polyb. IV. 21. Plato Leg. IV. 598. D. cf. Plat. Phædr. p. 337. G. Pausan. p. 252. 411. 610. 615. 725. 827. Longus IV. 120. ed. Villois. Sim. Aristot. Mirab. Ausc. XC. Synes. p. 91. C. 202. C. Aristid. I. 449. Epictet. IV. 1. p. 568. et 9. p. 647. καρπὸν εὐθὺς ὡραῖον καὶ προῦπτον conf. Isocrat. Ep. VI. p. 723. edit. excerptæ 8. Alia Hoogevenius Partic. p. 659.

[a] ὕστερον] ὑστεροῦν Luzac. Exerc. Acad. II. p. 120. Non opus. Sumsit ex Valckenarii exemplari.

Digitized by Google

ſimilis ſoni vocibus ἀδίκημα et ἀτύχημα; quæ elegantia adeo frequens eſt Græcis, ut ejus facile eſſet ſexcenta adferre exempla. Locus eſt qui Menandro tribuitur ap. Stobæum Eclog. Ethic. p. 197.

Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα (l. κἀδίκημα) διαφορὰν ἔχει·
Τὸ μὲν (γὰρ del.) διὰ τύχην γίγνεται, τὸ δ' αἱρέσει.

Plutarchus Diſcr. Am. et Adul. p. 64. C. συνεργεῖν γὰρ δεῖ τῷ φίλῳ καὶ μὴ συμπανουργεῖν, καὶ συμβουλεύειν μὴ συνεπιβουλεύειν, καὶ συμμαρτυρεῖν μὴ συνεξαπατᾶν (l. συνεξαμαρτεῖν v. συγκαταμαρτυρεῖν), καὶ συνατυχεῖν νὴ Δία μὴ συναδικεῖν [b].

549. C. [c] Ἡ ποινὴ ἡ παραχρῆμα τὸ πταῖσμα καὶ τὴν ἁμαρτίαν διώκουσα πληγὴ καὶ νύξις μετάγει πρὸς τὸ δέον—] Locum hunc, ex quo nullo modo commodus ſenſus elici poterat, certa et eleganti conjectura ſanavit Cel. Reiſkius, pro ἡ ποινὴ ſubſtituendo ἵππον. Hoc et ipſa diſputationis ratio flagitat, et ſic antiquitus ſcriptum fuiſſe omnia periodi verba arguunt, πταῖσμα, νύξις, σπαραγμὸς, ἀνάκρουσις, περιψόφησις, quæ proprie de equis dicuntur. Ἀνακρούειν ἵππον dicitur *eques, qui equum freno retrahit*, ut notat Pollux I. 211. Σπαραγμὸς eſt *crebra et vehemens freni retractatio*, et qui tali modo agitantur σπαραττόμενοι dicuntur Plutarcho Gen. Socr. p. 592. A. quod interpres non percepit. Περιψόφησις eſt *ſibilus*, qui alias ποππυσμὸς vocatur. Similis eſt quodammodo comparatio, qua uſus eſt Euripides in Fragm. apud Galen. D. Hipp. et Plat. L. IV. p. 152.

Εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἂν ὡς νεόζυγα
Πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον.

Quem locum ita vertit Cicero, ut propius ad hanc noſtram ſententiam accedere videatur, Tuſc. Diſp. L. III. C. 28.

Eſſet dolendi cauſa: ut injecto eculei 21
Freno repente tactu exagitantur novo.

Ceterum egregiam lectionem, quam lubens in contextum reciperem, niſi Criticorum religione impedirer, certe in verſione exprimendam eſſe putavi.

[b] Themiſt. IX. 123. D. Plut. II. 468. A. Weſſ. D. S. I. 564, 5. Diog. Laërt. VI. 54. apud Max. et Ant. p. 567. Ariſtot. Rhet. II. 19. p. 175. ed. Cantabr. 8.

[c] ἡ ποινὴ. Valckenarius in ſuo exemp. mutavit in ἀτίννη. Male.

Digitized by Google

549. C. Ἡ καθ' ἕκαστον ὧν πταίει καὶ προσπίπτει, ῥαπιζομένη, καὶ ἀνακρουομένη τῷ κολάζεσθαι κακία μόλις ἂν γένοιτο σύννους.] Reddidit interpres poſtrema, *ſaltem tandem ad mentem redibit*, quod in Græcis certe non ineſt. Nam ſic μόλις γοῦν ſcribere debuiſſet Plutarchus. Verum recte, puto, conjeci μάλιστ' ἄν. Deinde σύννους h. l. ſignificat, *ut ſecum reputet et cognoſcat improbus, ſe peccatorum ſuorum pœnas luere*; quam ſententiam argumentationis ſeries omnino requirit. Similiter Hierocles Comment. Carm. Aur. p. 127. ait *puniri malum ὅπως ἂν εἰς ἀνάμνησιν καὶ ἔννοιαν ἔλθῃ ποτὲ τοῦ νόμου δι' ὃν πάσχει κακῶς.*

549. D. Τοῖς ὀψὲ—ἀλεῖν λεγομένοις μύλοις τῶν θεῶν.] [d] Verſus, neſcio cujus Poëtæ, in proverbium abiit, qui legitur apud Sextum Empir. Contr. Mathem. L. I. p. 279.

Ὀψὲ θεῶν ἀλέουσι μύλοι, ἀλέουσι δὲ λεπτά.

Celſum ap. Origen. L. VIII. p. 771. A. et Oracul. Sibyll. L. VIII. vſ. 14. Tetigit eundem Eraſmus Adag. p. 1864.

549. D. Ῥηθέντων οὖν τούτων, κἀμοῦ πρὸς αὐτὸν ὄντος] T. V. B. Coll. Schott. M. Ald. πρὸς αὐτόν. Reiſkius corrigit πρὸς αὐτοῖς, vel πρὸς αὐτὰ, *cum in his eſſem, cum hæc mecum reputarem.* Sic Plato Rep. L. VII. p. 488. A. [e] εἶναι πρός τί: et Phædon. p. 387. D. εἶναι πρὸς τινί. Plutarch. Audition. p. 40. A. πρὸς οὐδενὶ τῶν εἰρημένων εἶναι. N. Suav. Vivi Secund. Epicur. p. 1100. E. Adv. Colot. p. 1118. C. Philoſtrat. V. A. L. VI. p. 236. Syneſ. Ep. IV. p. 165. B. Forte tamen vel αὐτὸν defendi poteſt, ut Plutarch. Def. Or. p. 419. A. [f] σιωπῇ διανοουμένου τι πρὸς ἑαυτόν, vel legi πρὸς αὐτῷ, ut Sap. Conv. p. 151. B. αὐτὸς πρὸς αὐτῷ γενόμενος, *ſecum meditatus.* Cæſar. p. 682. F. [g]

549. D. Πότερον, εἶπε, ἐπιθῶ καὶ αὐτὸς ἤδη τῷ λογισμῷ τὸν κολοφῶνα τῆς ἀπορίας.] Voſſ. Coll. Schott. M. Ald. pro λογισμῷ habent λόγῳ, quod verius eſſe puto. Nil frequentius confuſione harum vocum. Κολοφῶνα ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ venuſta eſt dictio et obvia apud elegantes ſcriptores; ſic Plu-

[d] Prov. Metric. Schott. 108.
[e] Teles Stob. 516, 4, 9. II. 47. E. Conf. Ind. Gr. 1.
[f] 161. E.
[g] Cum Accuſativo, Dion. 982. B. Dio Chryſ. 268. C.

Digitized by Google

tarch. Adv. Stoic. p. 1064. C. Plato Protag. p. 227. B. 22 Leg. L. II. p. 584. C. Ep. III. p. 703. C. Ælian. H. A. XIII. 12. καὶ δὴ καὶ τὸν κολοφῶνα ἐπῆγε τῷ λόγῳ πάντη ἐκεῖνον: lege πάντῃ οἰκεῖον, vel πάντι ἐκεῖνον. Liban. Or. XXXI. p. 648. D. Themiſt. Or. XXIII. p. 288. A. et alibi.

549. E. Τί γὰρ—δεῖ τὸ τρίτον ἐπενεγκεῖν κῦμα, καὶ προσκατακλύσαι τὸν λόγον.] Pulchram hanc dicendi figuram duxit a Platone Rep. L. V. p. 465. D. μόγις μοι τὸ δεύτερον κύματε ἐκφυγόντι, νῦν τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τριχυμίας ἐπάγεις. Notum eſt, χειμάζεσθαι et ſimilia de iis dici, qui diſputando urgentur.

549. E. Πρῶτον οὖν, ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρχόμενοι πατρώας τῆς πρὸς τὸ θεῖον εὐλαβείας τῶν ἐν Ἀκαδημίᾳ φιλοσόφων, τὸ μὲν ὡς εἰδότες τί λέγειν περὶ τούτων ἀφοσιωσόμεθα.] T. V. B. τῶν μὲν ἐν Ἀκαδημίᾳ. Unde μὲν eximendum et ſuo loco reſtituendum videtur, legendo Πρῶτον μὲν οὖν; ſemper enim cum μὲν effertur hæc formula. Deinde Ald. ἀφεστίας, [h] una voce. Male: ubique enim diviſim ſcribitur. Plutarch. Multitud. Amic. p. 93. D. Πρῶτον μὲν οὖν, ὥσπερ ἀφ' ἑστίας, ἀρξάμενοι τῆς τοῦ βίου φήμης. De primo Frig. p. 948. B. De Facie Lun. p. 920. F. et alibi: frequentiſſime enim occurrit proverbium hoc, de quo, ut alios taceam, Paræmiographi conſulendi ſunt. Denique, cum de Academia loquitur, aut in univerſum ad Academicorum σκέψιν reſpicit Plutarchus, ut v. c. Def. Orac. p. 431. A. εἰ δ' ἀλλαχόθι που, κἀνταῦθα τῆς Ἀκαδημίας ὑπομιμνήσκοντες ἑαυτοὺς τὸ ἄγαν τῆς πίστεως ἀφαιρῶμεν: aut eam tantum ejus partem in mente habet, qua præſertim a rebus Divinis aſſenſionem cohibebant, et de iis caute ac dubitanter pronuntiabant: in qua re Platonem ſecuti ſunt, qui et Theætet. p. 122. G. Protagoræ dubitationem laudavit, et ipſe timide de Deorum nominibus diſſeruit in Phileb. p. 72. E. Vid. Origenes c. Celſ. L. I. p. 343. F. IV. p. 541. A. et Julianus Or. VII. p. 236. D. et ſequ.—Ἀφοσιοῦσθαι h. l. eſt *religione ſibi quid ducere et tanquam impium averſari*, ut ſubinde hac voce utitur Plutarchus v. c. Iſid. et Oſir. p. 353.

[h] Porph. Abſt. II. 5.

Digitized by Google

F. οἱ δὲ ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται καὶ δυσχεραίνουσι τὸ κρόμμυον. p. 358. B. et 363. E. διὸ τὴν τε θάλασσαν οἱ ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται καὶ τὴν ἅλα. p. 367. F. Symp. L. VII. p. 702. F. Plac. Phil. p. 880. B.

549. E. Τὰ θεῖα καὶ δαιμόνια πράγματα διασκοπεῖν, ἀνθρώπους ὄντας, οἷον ἀτέχνους τεχνιτῶν διάνοιαν ἀπὸ δόξης καὶ διανοίας κατὰ τὸ εἰκὸς μετιόντας.] Neminem esse puto, quem non offendat odiosa repetitio vocis διανοίας. Missis aliis correctionibus, quas prius tentabam, [i] ἀπὸ δόξης καὶ δι' ἀνοίας, vel ἀγνοίας, et aliis, certior tandem videbatur ἀπὸ δόξης καὶ ὑπονοίας: quod
23 sic in simili re locutus est [k] Plutarchus Herod. Malign. p. 861. D. οὐ καθ' ὑπόνοιαν οὐδὲ δόξαν ἀλλ' ὡς ἀκριβῶς ἐπιστάμενος. Reliqua satis sunt plana. Δόξα est *opinio*, quæ a Platone et Academicis semper ἐπιστήμῃ opponitur. Hæc certa et indubitata est: illa, cum incerta sit, subinde fallit, ut fuse docetur in Menone et Rep. L. VII. Disputationes quæ κατὰ τὸ εἰκὸς fiunt, id est, quæ ex similitudine veri, non ex indubitatis rationibus ducuntur, quam sint fallaces monetur in Phædon. p. 391. B. Hinc ἀλήθεια et δόξα passim distinguuntur[l]. Parmenides [m] teste Diog. Laërt. L. IX. C. 22. διττὴν ἔφη εἶναι τὴν φιλοσοφίαν· τὴν μὲν κατὰ ἀλήθειαν, τὴν δὲ κατὰ δόξαν. ubi vid. Is. Casaubon. Proverbii vim habet dictum Simonidis quod laudat Plato Rep. L. II. p. 424. F. et Scholiast. Euripid. Orest. vs. 235. Καὶ τὴν ἀλαθείαν τὸ δοκεῖν βιάζεται. Plato Symp. p. 334. E. ἀντὶ δόξης ἀληθείαν καλῶν κτᾶσθαι. Proxime ad nostri loci mentem [n] Antiphon p. 121. l. 20. δόξῃ καὶ μὴ ἀληθείᾳ τὴν κρίσιν ποιήσασθαι.—Ceterum egregius est in hanc sententiam Simonidis locus, qui cum corruptus sit in Stobæo Gesner. S. XCVI. p. 529. emendatior exhibetur a Grotio p. 401.

Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος [o]
Πάντων ὅσ' ἐστι, καὶ τίθησι ὅπῃ θέλει·

[i] Ἀπὸ δόξης v. Suid. v.

[k] Conf. H. 418. F. 420. E.

[l] Melissus ap. Philopon. in Aristot. Phys. b. 6.

[m] Vid. locos disertiores iis qui ab Aldobr. allati sunt, apud ipsum Simpl. Ind. Fabr. B. G. VIII. 630. Parmenidis versus leguntur apud Clement. Alex. Str. I. 576.

[n] Iscr. Contra Sophist. p. 503. Dio Chrys. LVI. 554. B. LXVI. 613. C.

[o] Simile Aristid. II. 39.

Digitized by Google

Νοῦς δ' οὐκ ἐπ' ἀνθρώποισιν, ἀλλ' ἐφήμεροι
Ἄει βροτοὶ δὴ ζῶμεν, οὐδὲν εἰδότες
Ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσῃ θεός.

Auctor Halcyonis inter opera Luciani T. I. p. 183. Τὰς οὖν ἀθανάτων δυνάμεις μεγάλας οὔσας, θνητοὶ καὶ σμικροὶ παντελῶς ὄντες, καὶ οὔτε τὰ μεγάλα δυνάμενοι καθορᾶν, οὔτ' οὖν τὰ σμικρὰ, τὰ πλείω δ' ἀποροῦντες καὶ τῶν περὶ ἡμᾶς συμβαινόντων παθῶν, οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰκεῖν βεβαίως. Confer Jamblichum Myſt. Æg. S. IV. 4, 5.

549. F. Περὶ θεοῦ δὲ] Voſſ. Coll. Schott. Harl. M. Ald. περὶ θεῶν δὲ. Mox pro ἔχουσαν Voſſ. ἔχουσα.

p. 550. A. Ἡ περὶ τὴν ψυχὴν ἰατρεία, δίκη.] [p]E Platone hæc ducta ſunt, cujus iſta eſt ſententia, *quod circa corpus ſit* ἰατρικὴ, *idem circa animam eſſe* δίκην. Vid. Sophiſt. p. 153. E. Leg. L. V. p. 604. F. IX. p. 652. D. Critia p. 598. C. Varie tractaverunt hoc placitum Stoici et juniores Platonici. Inſignis eſt locus Hieroclis de Provident. p. 16. ἔοικεν ἡ κρίσις τῶν ἐφεστώτων ἡμῖν δικαστῶν τῇ ἰατρικῇ τέχνῃ, ἣ παραλαβοῦσα τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν νοσήσαντας, πάντα πρὸς τὸ δέον αὐτοῖς συντάττει κατὰ καιρὸν, ὃν ἂν αὐτοῖς τοῖς θεραπευομένοις εἰδείῃ λυσιτελὲς; f. leg. λυσιτελῆ. Conf. [q]Clem. Alex. Pæd. L. I. p. 116. C. ſequ. Porphyrius ap. Cyrill. c. Jul. L. V. p. 166. D. Simplicius in Epict. p. 241. Adde Ez. Spanhem. ad Callimach. H. Cer. vſ. 32. 24

550. A. [r]Πίνδαρος—Ἀριστοτέχναν ἀνακαλούμενος τὸν ἄρχοντα καὶ κύριον ἁπάντων θεόν.] Pindari hoc dictum ſæpius memorat Plutarchus: v. c. Symp. L. I. p. 618. B. Reip. Ger. Præcept. p. 807. C. Adv. Stoic. p. 1065. F. et ſuppreſſo Pindari nomine, de Facie Lunæ p. 927. A. ἀπορῶ τί τῆς προνοίας ἔργόν ἐστιν, ἢ τίνος γέγονε ποιητὴς καὶ πατὴρ δημιουργὸς ὁ Ζεὺς Ἀριστοτέχνας. Recte Th. Canterus V. L. II. 11. Pin-

[p] Conf. Plat. Leg. XI. 683. G, H. Charond. Stob. 290, 36. Hinc intelligendus Ariſtid. II. 10. qui ext. δικαιοσύνη κατ' αὐτὴν στᾶσα ſc. τὴν ἰατρικήν. Conf. 37.

[q] Philo Jud. Euſ. P. E. VIII. 393. C.

[r] Ad rem (fine Pind. dicto) providentiam divinam vindicat Philo Jud. ap. Euſeb. P. E. VIII. 386. C. eo nomine quod Deus eſt βασιλεὺς non τύραννος.

Digitized by Google

daro tribuendos esse vidit versus quibus usus est Dio Chrys. Or. XII. p. 217. D.

Δωδωναῖε μεγάσθενες
Ἀριστοτέχνα πάτερ.

Juniores Platonici mundi opificem sæpe Ἀριστοτέχναν vocant, v. c. Atticus ap. Eusеb. P. E. L. XV. p. 803. B. Hierocles Aur. Carm. p. 13. Eademque vox mirifice placuit Ecclesiæ Patribus, quorum loca dedit J. Suicer. Thes. Eccl. V. Ἀριστοτέχνης. Adde L. Kuster. ad Hesych. V. Ceterum simili ratione Simonides Jovem Ἀρίσταρχον vocavit, ut refert Athenæus L. III. p. 99. B. de quo videndus est T. Hemsterhus. Auct. Emend. in Hesych. V. Ἄριστ' ἀρχά.

550. A. Καὶ ταύτης φησὶ τῆς τέχνης ὁ Πλάτων υἱὸν ὄντα τοῦ Διὸς γεγονέναι τὸν Μίνω μαθητὴν] Sic Plato Minoe p. 46. F. et Leg. L. I. p. 565. A. explicavit locum Homeri Od. T. vs. 178.

Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις· ἔνθα τε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε, Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Plutarchus Philosoph. esse c. Principib. p. 776. E. ἀκούομεν δὲ Ὁμήρου τὸν Μίνω θεοῦ ὀαριστὴν ἀποκαλοῦντος· τοῦτο δὲ ἐστὶν, ὡς φησὶν ὁ Πλάτων, ὁμιλητὴν καὶ μαθητήν. Cicero Tusc. II. 13. Max. Tyr. XXXVII. 2. ad utrumque locum vidend. J. Davis. Nicol. Damasc. ap. Stob. S. XLII. p. 294. Œnomaus ap. Eusеb. P. E. L. V. p. 209. D. Dio Chrys. [s] Or. IV. p. 65. C. LIV. p. 556. B. [t] Libanius Ep. XX. —Voss. Μίναα, Harl. Μίνανα vitiose. Μίνω est forma Atticis propria, reliqui Græci Μίνων et Μίνωα frequentabant. Vid. Herodian. Philet. p. 439. et ibi J. Pierson.

550. A. Οὐ δυνατὸν] Harl. οὐδένα quod, etsi non ineptum est, tamen vulgatæ non præferendum.

550. B. Πάντοτε φαινόμενον.] Mallem πάντοσε, quod sensus requirere videtur. Hoc *loci* est, illud *temporis* adverbium. Plutarchus hoc sibi vult: *ratio humanarum legum sæpe occulta est, nec undequaque patet et conspicua est.*

[s] Porphyr. Abst. II. 52. [t] Or. I. p. 8. C.

Digitized by Google

550. B. Ἐν Λακεδαίμονι κηρύττουσιν οἱ Ἔφοροι παριόντες εὐθὺς εἰς τὴν ἀρχὴν μὴ τρέφειν μύστακα, καὶ πείθεσθαι τοῖς νόμοις, ὡς μὴ χαλεποὶ ὦσιν αὐτοῖς.] Idem Spartanorum inſtitutum ex Ariſtotelis libro, ni fallor, de Rebus publicis Græciæ, memorat Plutarchus, Agid. et Cleomen. p. 808. D. Προεκήρυττον οἱ Ἔφοροι τοῖς πολίταις εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσιόντες, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, κείρεσθαι τὸν μύστακα, καὶ προσέχειν τοῖς νόμοις, ἵνα μὴ χαλεποὶ ὦσιν αὐτοῖς· τὸ τοῦ μύστακος, οἶμαι, προτείνοντες, ὅπως καὶ περὶ τὰ μικρότατα τοὺς νέους πειθαρχεῖν ἐθίζωσι. Hujus quoque meminit Proclus ad Heſiod. p. 155. et ſimilem legis dat rationem,—ἐν μὲν οὖν Σπάρτῃ τοῖς εἰς ἀρχὴν καθισταμένοις οἱ Ἔφοροι προεκήρυττον, μὴ τρέφειν μύστακας· ἵνα τοὺς τὸ φαῦλον τοῦτο παραβάντας μειζόνως κολάζωσιν: videtur legendum: [u] καθιστάμενοι, et εὐθὺς pro τοῖς. Sed, ut multa alia Plutarcho ſublegit Proclus, ſic hæc quoque ex illius Commentario in Heſiodum deſumta eſſe videntur. [x] Morem Lacedæmoniorum, ſuperiora labra nuda geſtandi, tangit Antiphanes ap. Athen. Lib. IV. p. 143. A.

Ἀπόλαυε τοῦ ζωμοῦ, φόρει τοὺς βύστακας
Μὴ καταφρόνει, μηδ' ἕτερ' ἐπιζήτει καλά.

ubi Iſ. Caſaubonus hæc, ut prægnantem locutionem, ita interpretatur: *Ne ita mores Spartæ aſperneris, ut audeas in ſuperiore labio pilos gerere.* Sed legendum κέρου τὸν βύστακα, niſi forte aliud quid latet. Lacedæmonii [y] enim barbam quidem alebant promiſſam, ſed ſuperiora labia radebant. Vide J. Meurſium Miſcell. Lacon. L. I. c. 16. His ita in chartam conjectis, eximiam mecum iſtam animadverſionem communicavit Cel. Ruhnkenius. "In Proclo, ſcribe: "ἐν μὲν οὖν Σπαρτιάταις εἰς ἀρχὴν καθιστάμενοι. In An- "tiphane ex Attico more ſcribendum eſſet κείρου, quod "metrum reſpuit. Lege et interpunge:

[u] Sic et Ariſtot. Plutarch. Lycurg. p. 57. A.

[x] Lacedæmonios in ſuperiore labro barbam aluiſſe, ut vult Valckenarius, non efficitur ex iis quos laudat Caſaub. et Meurſio. Vid. ad Theocr. p. 288. In Antiphanis loco Toupius Cur. Nov. Suid. legit Ἀπόλαυε ζωμοῦ. μὴ φόρει τοὺς μύστακας p. 51. ſed quare τοὺς μύστακας? Mihi vero Ruhnkenii emendatio et veriſſima et longe elegantiſſima videtur.

[y] Flor. Chr. Ar. Veſp. 474. item Palmer. l. c. Valck. Theocrit. p. 288.

Digitized by Google

" Ἀπόλαυε τοῦ ζωμοῦ, ῥόφει· τοὺς βύσταχας
" Μὴ καταφρόνει, μηδ' cet.
" *Fruere jusculo, sorbe. Barbas*
" *Ne irride* cet.

26 " Ῥόφει sic est apud Aristophan. Equit. 51. Ἔνθου, ῥόφησον, " ἔντρεχε". Βύσταχας intelligo non *labra superiora*, sed *bar-* " *bas*. Hesychius: Βύσταχα, πώγωνα." Aristoph. Pac. 715. Ὅσον ῥοφήσεις ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν. Athen. 426. A.

550. B. Ῥωμαῖοι δὲ—ἕτεροι δὲ πωλοῦσι τὰς οὐσίας.] *Manumissionem* significat *per vindictam*, de qua vide Interpretes ad Tit. Inst. de libertinis. *Testamentum* autem intelligit *per aes* et *libram*, sive *per familiæ emtionem*, de quo adeundi sunt Ulpianus Fragm. XX. 2. et Brissonius de Formul. VII. p. 558. a quo hic ipse Plutarchi locus laudatur. Reiskius legit ἑτέροις δὲ πωλοῦσι τ. ου. et sic jam Amiotus verterat.

550. B. Παραλογώτατον δὲ τὸ τοῦ Σόλωνος, ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει πόλεως μηδετέρᾳ μερίδι προσθέμενον μηδὲ συστασιάσαντα.] In rationes hujus legis inquirit Plutarchus Vit. Sol. p. 89. A. Τῶν δὲ ἄλλων αὐτοῦ νόμων ἴδιος μὲν μάλιστα καὶ παράδοξος ὁ κελεύων [z] ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμενον· βούλεται δὲ ὡς ἔοικε μὴ ἀπαθῶς μηδ' ἀναισθήτως ἔχειν πρὸς τὸ κοινὸν, ἐν ἀσφαλεῖ θέμενον τὰ οἰκεῖα, τῷ μὴ συνεκλγεῖν μηδὲ συννοσεῖν τῇ πατρίδι καλλαπιζόμενον· ἀλλ' αὐτόθεν τοῖς τὰ βελτίω καὶ δικαιότερα πράττουσι προσθέμενον, συγκινδυνεύειν καὶ βοηθεῖν μᾶλλον ἢ περιμένειν ἀκινδύνως τὸ τῶν κρατούντων. Confer. Reipubl. Ger. Præcept. p. 823. F. [a] J. Meursium Them. Attic. I. 12. et S. Petitum de Legib. Attic. p. 670.—Pro ἄτιμον h. l. T. V. B. habent ἀτιμώρητον, quod explicatio cujusdam esse videtur, qui per ἄτιμον in hac lege, eum significari putabat, *qui non vindicatur*. Habuit quidem antiquitus ἄτιμος hanc significandi potestatem, ut docet Cel. Valckenar. ad Euripid. Hippol. vs. 1417. sed in Solonis lege omnino *infamis* notat:—Cæterum pro συστασιάσαντα Harl. στασιάσαντα.

[a] Gell. II. 12. Taylor. Lat. Lys. p. 825. Ed. R.

[z] Hic locus veram rationem continet hujus legis ex ipso Solonis exemplo qui utrisque se addebat in Atheniensium dissensione. Vid. Diog. I. 58.

Digitized by Google

550. C. Ἐξαναφέρῃ τῷ πιθανῷ πρὸς τὴν ἀπορίαν.] Elegans eſt et raro obvius uſus verbi ἐξαναφέρειν, quo notat *erigere, attollere ſe, animum non deſpondere.* Hanc cum Interpres non ceperit, paucis explicare juvat. Plutarchi hæc eſt mens .... *ut probabilitate freta atque ſuffulta noſtra oratio, animoſius ſe contra difficultates quæſtionis erigere poſſit.* Hoc ſenſu occurrit Fort. Alex. p. 341. C. τὸ Ἀλεξάνδρου φρόνημα .... ἀπ' ἀρετῆς ὁρμώμενον μεγάλης ἐξανέφερε καὶ (δὴ del.) διερείδετο πρὸς τὴν τύχην. Eſt autem nauticum vocabulum, cui opponitur ὑποφέρεσθαι, de quo egit Dorvillius ad Chariton. p. 270. Cod. Xyl. τὸ πιθανόν.

550. D. Κατὰ Πλάτωνα πάντων καλῶν ὁ θεὸς ἑαυτὸν ἐν μέσῳ παράδειγμα θέμενος, τὴν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν, ἐξομοίωσιν οὖσαν ἀμωσ- 27
γέπως πρὸς αὐτὸν, ἐνδίδωσι τοῖς ἕπεσθαι θεῷ δυναμένοις.] [b] Etſi hæc ſententia diſertis verbis in Platone, quod ſciam, non extet, ejus tamen ubique ſparſa ſunt veſtigia. In Theæteto v. c. p. 128. G. duo in rerum natura exempla eſſe ait Plato, divinum alterum, alterum terrenum, hoc averſandum, illud imitandum. Deinde, ut quælibet idea adſpectabile exemplum habeat, ſic Deorum exemplaria eſſe ſtellas, et ſupremi numinis Jovis Solem eſſe exemplum Rep. L. VIII. et aliis locis docetur. Hinc ex eodem fonte hauriens Plutarchus ad Principem Indoct. p. 781. F. ait Θεὸς .... ἥλιον ἐν οὐρανῷ μίμημα τὸ περικαλλὲς αὐτοῦ δι' ἐσόπτρου εἴδωλον ἀναφαίνεται, τοῖς ἐκεῖνον ὁρᾶν δι' αὐτοῦ δυνατοῖς. Et ſimiliter hoc placitum reliqui enuntiavere Platonici, v. c. Julianus Or. I. p. 48. A. C. Fragm. Cyr. L. II. p. 69. D. Mercurius ap. Stob. Phyſ. p. 86. Hierocles Aur. Carm. p. 21—25. Proclus ad Remp. Plat. 433.—Summam autem hominum virtutem et beatitudinem in eo conſiſtere, ut imitatione Deorum eis ſimiles evadant, communis fere omnium Philoſophorum fuit ſententia, eaque notior, quam ut a me h. l. illuſtrari debeat. Qua in re proprie dicunt Philoſophi, ἕπεσθαι θεῷ. Egregie dictionis originem et progreſſum declarat Stobæus Eclog. Ethic. p. 163. Σωκράτης, Πλάτων ταυτὰ τῷ Πυθαγόρᾳ, Τέλος ὁμοίωσιν Θεῷ. Σαφέστερον

[b] Philo Opif. Mund. p. 37. ibi Mangei. nota noſtra ad II. 159. C.

Digitized by Google

δὲ αὐτὸς (l. αὐτὸ) διήρθρωσε Πλάτων, προσθεὶς τὸ κατὰ δυνατόν· φρονήσει δ' ἐστὶ μόνος δυνατόν· τοῦτο δὲ ἦν τὸ κατ' ἀρετὴν, . . . ὅπερ αἰνίξασθαι μὲν Ὅμηρον εἰπόντα,

—— κατ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο.

Πυθαγόρας ὑπ' (l. ἐπ') αὐτὸν εἰπεῖν, Ἕπου θεῷ· δῆλον ὡς οὐχ ὁρατῷ καὶ προηγουμένῳ, νοητῷ δὲ καὶ τῆς κοσμικῆς εὐταξίας ἁρμονικῷ. Εἴρηται δὲ παρὰ Πλάτωνι κατὰ τὸ τῆς φιλοσοφίας τριμερές· ἐν Τιμαίῳ μὲν φυσικῶς . . . ἐν δὲ τῇ Πολιτείᾳ ἠθικῶς· ἐν δὲ τῷ Θεαιτήτῳ λογικῶς. Περιπέφρασται δὲ καὶ τῷ τετάρτῳ περὶ Νόμων ἐπὶ τῆς ἀκολουθίας τοῦ θεοῦ. Locus Platonis est Leg. L. IV. p. 600. G. ᾗς (δίκης θεοῦ) ὁ εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται (θεῷ) ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος. Unde profecit Plutarch. Audit. p. 37. D. et Profect. Virt. Sentiend. p. 81. E. ἅσπερ θεῷ τῷ λόγῳ ταπεινὸς συνέπεται καὶ κεκοσμημένος. Alter est locus Platonis Phædr. p. 344. H. idemque multorum imitatione celebratus, ὁ μέγας ἐν οὐρανῷ ἡγεμὼν Ζεὺς . . . τῷ δὲ ἕπεται στρατιὰ θεῶν· qui ex Onato Pythagoreo ap. Stob. Phyſ. p. 4. ductus eſſe videtur. Verum non Platonicis [c] tantum hæc dictio frequens eſt, ut Philoni Jud. Migr. Abr. p. 410. C. [d] Juliano Or. VII. p. 234. C. Jambli-
28 cho Vit. Pythag. p. 86. Sed veluti propriam ſibi eam in hac re vindicaverunt Stoici. Epictetus Arrian. L. I. Diſſ. II. ὑγιῶς λέγεται, τέλος εἶναι τὸ ἕπεσθαι θεῷ. Hinc ſcite Labienus ad Catonem ita loquens inducitur a Lucano L. IX. v. 557.

Certe vita tibi ſemper directa ſupernas
Ad leges, ſequeriſque Deum.

Vid. J. Lipſium ad Senecam de Vit. Beat. cap. 15. J. Daviſ. ad Ciceron. de Fin. L. III. c. 22.—Denique ne quem forte offendat bis repetita vox θεὸς . . . θεῷ, et pro poſteriore corrigere tentet αὐτῷ, his moneatur exemplis. Plutarch. infra Μιτίου. . . . Μίτιον pro αὐτὸν. Gen. Socr. p. 590. A. τοῦ Σωκράτους δεηθεὶς ταφῆναι παρὰ Λαμπροκλέα τὸν Σωκράτους υἱόν. Xenophon Exped. Cyr. L. I. 4. 12. M. S. L. III. 5, 4. Ælian. H. A. VII. 41. VIII. 1, 15, 28. IX. 18. Sed ſexcenta proferre poſſem exem-

[c] Hippodam. Stob. 554. 76. [d] Creatio Principis 728. B.

Digitized by Google

plla, quibus non αὐτὸς ponitur, sed ipsum subjectum repetitur.

550. D. Πάντων φύσις ἄτακτος οὖσα ταύτην ἔσχε τὴν ἀρχὴν τοῦ μεταβαλεῖν.] Ducta hæc sunt a Platone Tim. p. 527. A. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας: quem nobilissimum locum dici vix potest, quot quam varie vel imitati sint vel laudaverint. In Plutarchi loco Def. Or. p. 430. E. qui ex hoc Platonis expressus est, pro ἄλλων φύλλων legendum ἀλλοφύλων. Ad eundem respexit Symp. L. I. p. 615. F. et Philo 728. A, B, C. et 397. Sed longum est omnes enumerare. Sumsit autem Plato hoc placitum ab Anaxagora, de cujus dicto πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε, pulcre disputavit Cel. Valckenarius Diatrib. in Euripidis Fragm. p. 40.

550. D. Καὶ τὴν ὄψιν αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ ἐνάψαι φησὶ τὴν φύσιν ἐν ἡμῖν, ὅπως ὑπὸ θέας τῶν ἐν οὐρανῷ . . . ἀπεχθάνηται τοῖς ἀναρμόστοις καὶ πλανητοῖς πάθεσιν.] Neque hoc disertis verbis in Platone legere me memini; sed cum variis locis in Theæteto, Timæo, 533. E. et Leg. L. XII. p. 696. C. confer. Tim. Locr. p. 556. B. his itaque locis cum aliis verbis dicat quod idem valeat, jure ei et hoc loco hanc sententiam tribuit Plutarchus, eandemque ejusdem auctoritate laudavit Compar. Aqu. et Ign. p. 958. E. ἡ ὄψις ὀξυτάτη τῶν διὰ σώματός ἐστιν αἰσθήσεων, πυρὸς ἔξαμμα οὖσα θεῶν πίστιν παρέσχηκε, ἔτι τε ἧ Πλάτων φησὶν, δυνάμεθα κατασχηματίζειν, πρὸς τὰς τῶν ἐν οὐρανῷ κινήσεις τὴν ψυχὴν διὰ τῆς ὄψεως. Cujus loci primum quoque membrum ex Platone desumtum est, 29
Phædr. p. 346. E. ὄψις ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, eodemque alibi usus est Plutarchus Symp. L. III. p. 654. D. Cicero duobus locis, quæ notat H. Stephan. Lex. Ciceron. p. 124. et Plotinus Enn. I. p. 56. A. Sed eam sententiam, quam h. l. laudat Plutarchus, sæpius memorant Platonici, v. c. Philo Jud. Mundi

* Attic. Plat. Eus. P. E. XV. 798. D. 801. D. Philo 728. B, C.

Digitized by Google

Opif. p. 11. A. Julianus Or. IV. p. 152. B. V. p. 172. D. Proclus fimilem laudat ad Heſiod. p. 151. καὶ γὰρ καὶ Πλάτων φησὶν, ὁ βλέπων εἰς τὸ θεῖον ἐξ ἀσελγημάτων (αὐτοῦ f. del.) φυλάττειν ἑαυτὸν σπουδάζει καὶ ἀσεβημάτων πάντων. [f]Vide omnino Cyrillum c. Jul. L. III. 97. D. Eandem paulo diverſe expreſſit Cicero Senectut. Cap. 21. et Nat. Deor. II. 14. *Ipſe autem homo ortus eſt ad mundum contemplandum et imitandum:* ubi J. Daviſius hoc placitum ſolis tribuit Stoicis. Fuit autem, ni fallor, hoc Anaxagoræ, ordinem quem in motu rerum cœleſtium admiramur, nobis in vita eſſe exprimendum. Ejus certe diſcipulus Euripides Phœn. vſ. 546. iisdem rationum momentis Jocaſten utentem facit, cum Eteoclem ad temperantiam hortatur; quæ imitatus eſt Dio Chryſ. Or. XL. p. 496. C.§—Ceterum pro [h]αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ malui αὖ ὁ αὐτὸς ἀνὴρ: nam vulgatum non ſatis Græcum videtur. Pro ἐνάψαι Coll. Schott. Harl. M. Ald. et Ed. Xyl. ἀνάψαι. In ἀσπάζεσθαι quoque inſigniter variant libri: Voſſ. Ald. Baſ. ἀσπάζεται. T. V. B. et Marg. Voſſ. ἁρπάζεται. Coll. Schott. et Marg. Ald. duplicem notant lectionis diverſitatem ἀσπάζεσθαι et ἁρπάζεσθαι. Illud verum eſt in Stephani et utraque Xylandri Edd. expreſſum.

550. E. Πηδῶν ὁ θυμὸς τῶν φρενῶν ἀνωτέρω.] Senarium a reliqua oratione, in qua latebat, diſtinximus. Euripidi tribuendus eſſe videtur, cum quod ejus ingenium redoleat, tum quod ejuſdem duo verſus de ira huic valde ſimiles leguntur apud Galenum T. I. de Dogm. Hippocr. et Platon. L. III. p. 265. alter,

Ὁ θυμὸς αὐτὸν τῶν φρενῶν ἐξῆρ' ἄνω.

alter,

Πηδῶν δ' ὁ θυμὸς ἔνδοθεν μαντεύεται.

Sæpius *ira mentem tranſilire* dicitur. Seneca de Ira L. II.

[f] Hinc πόμπος dictus Plato Gorg. 806. C. quo reſpicit Ariſtid. II. 132. et 159. Philo Jud. 358. A, B. 372, 373. 806. A. 859. C. Fragm. Ed. Mang. II. 665. Lactant. III. 9. 4. et 15. Ariſtot. Ethic. Eudem. I. 5. Jamblich. Protrept. p. 57. Philo T. II. p. 488. Diog. L. II. 10. Pericyone Pyth. ap. Stob. p. 6, 41. Eurypham. ib. 556, 8. Cic. Fin. IV. 5.

§ Ariſtid. I. 537.

[h] αὐτὸς ἀνὴρ Il. E. 496.

Digitized by Google

c. 3. *Illa eſt ira quæ rationem tranſilit, quæ ſecum rapit.*— Themiſtius Or. XIX. p. 232. D. πάθος ὃ προεκπηδᾷ τοῦ λόγου. Baſil. M. Hom. Leg. Græc. p. 497. D. Iſidorus Pelus. L. I. Ep. 479. θυμὸς ἔξω τῆς οἰκείας τάξεως πηδῶν. L. III. Ep. 303. Quæ omnia ex Tragico fonte fluxiſſe putem. Euripidem παραδεῖν videri cui poſſit Ariſtophanes Ran. vſ. 1025.

Μή σ' ὁ θυμὸς ἁρπάσας
Ἐκτὸς οἴσει τῶν ἐλαιῶν.

Elegans eſt porro et valde efficax figura, *iram ut ſitim ſedare*, eademque uſus eſt Plutarchus Cohib. Ira p. 470. B. τροφῇ μὲν γὰρ ὁ πεινῶν κατὰ φύσιν χρῆται, τιμωρίᾳ δὲ ὁ μὴ πεινῶν μηδὲ διψῶν αὐτῆς, μηδὲ ὥσπερ ὄψου πρὸς τὸ κολάσαι τοῦ θυμοῦ δεόμενος.—Ἀποπιμπλάναι τὸν θυμὸν Plato dixit Leg. L. III. p. 603. D. et plura notavit Cel. Valckenar. ad Euripid. Hippol. vſ. 1327.—Σφαδάζειν ſæpius de ira dicitur: ſed ejus notionis non eſt quod congeram exempla, poſt accuratiſſimam diſputationem Cel. Ruhnkenii Tim. V. Σφαδάζειν.

550. F. Ἐν τάξει καὶ ἐμμελείᾳ τὸν ἥκιστα μετανοίᾳ προσοισόμενον χρόνον ἔχοντας σύμβουλον ἅπτεσθαι τῆς δίκης.] Ἐμμελείᾳ recepi pro vulgato μεταμελείᾳ. Illud in ſuo codice invenerat Xylander, et tum ipſe cum Th. Gatakero Adverſ. p. 734. verum judicat, tum Græci ſermonis ratio poſtulat. Proprie in Muſicis hoc vocabulo utuntur, ubi ἐν μέλει et παρὰ μέλος ſæpius occurrunt: et ut μουσικὸς ad varias res transfertur, ſic ἐμμελὴς et πλημμελὴς de omni *concinno* et *inconcinno* dicuntur: exquiſite in primis, ut hoc loco, de *judiciis*. Plato Critia p. 558. C. δίκη δὲ ὀρθὴ τὸν πλημμελοῦντα ἐμμελῆ ποιεῖν. Julianus Ep. X. p. 379. D. δίκη ἐμμελής. Themiſtius Or. XXII. p. 283. B. δικαστήριον ἐμμελέστερον. Appoſite Hierocles Aur. Carm. p. 77. παρέχεται καὶ τὸν θυμὸν ἐμμελέστερον, ἵνα ἐφ' ἡσυχίας τὰ περὶ τῶν δεόντων βουλευώμεθα, μὴ σφόδρα ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων παθῶν ἐλαυνόμενοι. Confer Proclum in Tim. L. V. p. 326. Ex hoc uſu intelligitur, quam lepida ſit urbanitas qua Simonidem tetigit The-

[1] T. I. Artox. 1017. F.

Digitized by Google

miſtocles, cujus dicterium refert Plutarchus Apophthegm. p. 185. D. Πρὸς Σιμωνίδην ἐξαιτούμενον τινὰ κρίσιν οὐ δικαίαν ἔφη· μητ' ἂν ἐκεῖνον γενέσθαι ποιητὴν ἀγαθὸν, ἅδοντα παρὰ μέλος, μητ' αὐτὸν ἄρχοντα χρηστὸν, δικάζοντα παρὰ τὸν νόμον.—Σύμβουλος h. l., ſi recte memini, [k] Platonica eſt imitatio; et ſimiliter locutus eſt Philo Jud.[l] T. II. p. 375. τὴν ἀρειμάνιον λύτταν ὀργῇ συμβούλῳ χρωμένην. Ad ἐμμελείᾳ prope accédunt Coll. Schott. T. V. B. M. Ald. qui ἐπιμελείᾳ habent, quod ex vera lectione ἐμμελείᾳ natum videtur; nam in Juliano Or. VII. p. 217. A. eadem varietas eſt lectionis. —Ceterum elegans extat fragmentum Plutarchi de lenienda ira apud Stobæum S. XX. p. 175. quod ex libro *de Ira* depromtum eſſe, ex Cod. Par. A. notavit Grotius. In libro quidem *de Cohibenda ira* cum non legatur, nec in
31 reliquis, quod ſciam, Plutarchi ſcriptis, verum putandum eſt indicium Pariſini Codicis. Locus etſi longior eſt quam ut a me adſcribatur, nil tamen vetat ſuſpiciones quaſdam noſtras proferre. Itaque τὰς ἑκάστοτε προσπιπτούσας ὀργὰς διορθούμενον καὶ διανεύοντα ὥσπερ οἱ κυβερνηταὶ τὰ κύματα. lege ὀργ. διαθούμενον κ. τ. λ. Mox ἢ αὐτόν τε καὶ σύμπαν οἶκον κ. τ. λ. σύμπαντα exhibet Par. N. Deinde ὅπερ ὀργή τε καὶ πικρία δι' ὀξυθυμίαν λέγεται, νομίσματα ἥκιστα ἀνδρείοις ψυχαῖς πρέποντα. lege . . . . ὀξυθ. λ. ἀνόματα ἥκιστα. κ. τ. λ. Mox προμελετώντων καὶ προαποπλούντων πλεῖστόν: corrigendum προμ. ἐν οἷς προσομιλοῦμεν πλεῖστον: hoc certe dicit Plutarchus: *diſcendum hominibus eſſe, iræ ſuæ vim repellere, et manſuetudinem exercere, in iis maxime hominibus cum quibus ſemper et familiariſſime degunt, nimirum domeſticis.* In fine legendum αὐτοῦ pro αὐτῷ et ſupplendum προστατῆς, quod excidiſſe videtur. Sed Cel. noſter Ruhnkenius ita corrigit: πεποιημένος αὐτοέντης αὐτοῦ ψυχῆς εἶναι ἀγαθός. Αὐτοέντης ſive αὐθέντης eſt *dominus*, cujus notionis abunde exemplorum dederunt Interpretes ad Phrynich. p. 46. et Th. Mag. p. 205.

p. 551. A. Ἐμφορεῖσθαι τιμωρίας συγγενοῦς καὶ ὁμοφύλου σώ-

[k] Plato Leg. IX. p. 661. D.

[l] De Fortitud. p. 736. A. Mang. Decalog. 758. B. 351. D.

Digitized by Google

ματος.] Nolim equidem omnino damnare σάματος, quod ſua elegantia non caret. Sic Philo Jud. Temulent. p. 249. A. τῶν οἰκειοτάτων καὶ φιλτάτων σωμάτων αὐτόχειρες, et ab aliis paſſim σῶμα pro ἄνθρωπος ponitur. Sed hoc tamen loco malim αἵματος, cum quod per ſe elegantius eſt, tum quod Platonis imitatio eſſe videtur Leg. L. IX. p. 659. G. ἡ τῶν ξυγγενῶν αἱμάτων τιμωρὸς δίκη. Unde colorem duxit Julianus Cæſar. p. 335. αἱμάτων συγγενῶν τινύμενοι δίκας. Sic quoque Herodian. L. I. p. 42. φθείροντες ἀλλήλους ἐμφυλίου αἵματος τὴν Ῥώμην ἐπλήρωσαν. L. II. p. 80. μὴ μόνον ἐμφυλίῳ ἀλλὰ καὶ βασιλείῳ μιᾶναι τὰς δεξιὰς αἵματι. Alma ſæpius *cædes* vocatur: vid. Dorvill. ad Charit. p. 374.

551. A. Τὸ ἀμύνεσθαι τοῦ παθεῖν.] Harl. Ald. Baſ. τοῦ ἀμύνεσθαι τὸ παθεῖν. Thucydidis locum ſupra jam laudavit Plutarchus p. 4. Vid. not. p. 14.

551. A. Μελάνθιον] Verſum Melanthii laudat Plutarchus De Ira Cohib. p. 453. E. ὁ δὲ θυμὸς, οὐχ ἧ φησὶν ὁ Μελάνθιος,

Τὰ δεινὰ πράσσει τὰς φρένας μετοικίσας·

ἀλλ' ἐξοικίσας τελείως καὶ ἀποκλείσας, ὥσπερ οἱ συνεμπιμπράντες ἑαυτοὺς ταῖς οἰκίαις, πάντα ταραχῆς καὶ καπνοῦ καὶ ψόφου μεστὰ ποιεῖ τὰ ἐντὸς, ὥστε μήτ' ἰδεῖν μήτ' ἀκοῦσαι τῶν ἀφελούντων. Alios, qui eodem verſu uſi ſunt, memorat P. Leopardus 32 Emendat. L. XVII. C. 20. Juliani locus eſt Ep. X. p. 378. D. Petavius in margine notavit, Melanthii eſſe verſum, ſed notam Editor Lipſienſis omiſit [m].

551. A. Πλάτων τε τὴν βακτηρίαν ἀνατεινάμενος τῷ παιδὶ, πολὺν ἔστη χρόνον, ὡς αὐτὸς ἔφη, τὸν [n] θυμὸν κολάζων.] Mire in narrando hoc facto diſcrepant ſcriptores. Nam alii hoc Archytæ, ſequens Platoni tribuunt: alii Platonem Speuſippo, alii Xenocrati ſervum puniendum tradidiſſe ſcribunt: alii aliter variant. Sed facilis eſt confuſio ſimilium rerum, neque eſt quod hæc late perſequamur. Adeundi ſunt Antiphon ap. Stob. 173. Seneca de Ira I. 15.

[m] Tzetzis locus eſt ad Heſiod. Ἐργ. p. 82. fin. Videtur ex Proclo, hic ex Plutarcho habuiſſe.

[n] τὸν θυμὸν κολάζων· dictio Platonica Leg. IX. 657. F. Sentent. Maxim. et Anton. p. 329. Ed. Stob. bis de Platone. Val. Max. IV. 1. Ext. 2. Plato numquam ἔστιξε ſervum Ariſtid. II. 303. In ira non puniendum. Cicero Offic. I. 26. p. 94.

Digitized by Google

Plutarch. Educ. Lib. p. 10. D. Adv. Colot. p. 1108. A. Ælian. V. H. XIV. 23. et alii quos in hanc rem laudant A. Menag. ad Diog. Laërt. L. III. c. 38. J. Davif. ad Ciceron. Tuſc. IV. 36. et Interpretes ad Lactant. de Ira Dei c. 18. p. 1084. Sed omnium et planiſſime rem narrat, et proxime ad Plutarchum accedit Seneca de Ira L. III. c. 12. *Non potuit impetrare Plato a ſe tempus cum ſervo ſuo iraſceretur, ſed ponere illum ſtatim tunicam et præbere ſcapulas verberibus juſſit, ſua manu ipſe percuſſurus. Poſtquam intellexit iraſci ſe, ſicut ſuſtulerat manum ſuſpenſam detinebat et ſtabat percuſſuro ſimilis. Interrogatus deinde ab amico, qui forte intervenerat, quid ageret? Exigo, inquit, pœnas ab homine iracundo: velut ſtupens geſtum illum ſævituri deformem ſapienti viro ſervabat, oblitus jam ſervi; quia alium quem potius caſtigaret invenerat. Itaque abſtulit ſibi in ſuos poteſtatem, et ob peccatum quoddam commotior; Tu, inquit, Speuſippe, ſervulum iſtum verberibus objurga: nam ego iraſcor.*

551. B. Καὶ Ἀρχύτας—Εὐτυχεῖτε, εἶπεν, ὅτι ὀργίζομαι ὑμῖν.] Cicero Tuſc. IV. 36.—*ex quo illud laudatur Archytæ: qui, cum villico factus eſſet iratior, Quo te modo, inquit, accepiſſem niſi iratus eſſem.* Similiter Plutarchus Educ. Lib. p. 10. D[o]. Simile factum Theanus exſtat in Collectione Sententiarum MSta Bibliothecæ Leidenſis: Θεανὼ ἡ Πυθαγορικὴ φιλόσοφος ὀργισθεῖσά ποτε ἰδίᾳ θεραπαίνῃ ἔφη, ἐμαστίγωσα (inſer. σ' *te*) ἂν εἰ μὴ ἐθυμούμην. Fuit certe Pythagoræ monitum, *Servum iratus ne caſtiges*, ut refert Jamblichus Vita Pythag. S. 97. et *Iratus ab omni negotio abſtineas*, ut eſt apud Diog. Laërt. L. VII. c. 19. Ceterum ſimillimum factum Charilli Laconis narrat Plutarchus Apophthegm. p. 189. F. et Apophthegm. Lacon. p. 232. C.[p]

33 551. B. Τὸ σφοδρὸν καὶ τραχὺ ἀπαρύτουσι τῆς ὀργῆς.] Elegans eſt et raro obvius uſus verbi ἀπαρύτειν, de leniendis

[o] Jamblich. V. P. 197. ex Ariſtoxeno.

[p] Val. Max. IV. 1. Ext. 1. De Archytæ ſervis non mirandum eos heri indulgentia abuſos etiam eſſe, ſiquidem benigne et clementer eos habuit, ut refert Athenodor. ap. Athen. XII. 519. B. Ælian. V. H. XII. 15.

Digitized by Google

animi affectibus. Plutarch. Animi Tranquill. p. 471. C. τοῖς ἐπιλογισμοῖς ἀπαρύτειν τοῦ πρὸς τὴν τύχην μεμψιμοίρου. De Genio Socrat. p. 584. E. πολὺ—τῶν ἐμφύτων παθῶν ἀπαρύσαι τῷ λόγῳ. Conſol. ad Uxor. p. 610. E. Prof. Virt. Sent. p. 75. C. μηδὲν ἐν τῷ μανθάνειν ἀπαρύτων τῆς περὶ ταῦτα ἀμαθίας. Feſtive Ariſtophanes Equit. vſ. 917.

Ἀνὴρ παφλάζει· παῦε, παῦ'
Ὑπερζέων, ὑφελετέον
Δὲ τῶν ξύλων· ἀπαρυστέον
Τε τῶν ἀπειλῶν ταυτηί.

Iram cum ferveſcente olla comparat, e qua aquæ ebullientes *exhauriendæ* ſunt, et ignis ſubducendus eſt. Verſus, etſi ad menſuram perfecti ſunt, tamen ab Ariſtophane non ita ſcripti videntur: nam antiqui nunquam δὲ, μὲν et ſimilibus particulis verſus ordiebantur. — Ceterum ſimplex ἀρύτειν reſtituendum eſt Plutarcho Ed. Lib. p. 8. B. ἀπὸ πήγης τὴν ἐπιστήμην τηρεῖν.

551. B. Θεὸν ὁρῶντας ᾧ—μετάνοια πράγματος οὐδενὸς—θεῖον ἡγεῖσθαι μόριον ἀρετῆς τὴν πρᾳότητα καὶ τὴν μεγαλοπάθειαν.] Seneca De Benefic. L. VI. c. 23. p. 354.—*ſtatuerunt* (*Dii*) *quæ non mutarent. Itaque non poſſunt videri facturi aliquid, quamvis nolint.—Nec unquam primi conſilii Deos pœnitet.* De magnitudine et tranquillitate animi, egregie Claudianus De Mallii Conſulatu v. 227.

Diis proximus ille,
Quem ratio, non ira movet: qui facta rependens
Conſilio punire poteſt.

551. C. Τῷ μὲν κολάζειν.] Mens Plutarchi omnino poſtulat [q]τῷ μὲν ταχὺ κολάζειν, ut viderat etiam Cel. Reiſk. Non enim de *pœna* et *remiſſione* ſermo eſt, ſed de *celeri* et *tarda pœna*.

551. C. Μόνον ἔχουσι τὸ ἀντιλυποῦν.] Coll. Schott. Harl. et Cod. Xylandri: μόνον ἔχουσαι. Marg. Ald. et T. V. B. noſtram lectionem habent, quæ in omnibus editionibus eſt, niſi quod Ald. et Baſ. νόμον habent pro μόνον, frequentiſſima confuſione.

[q] Erravi, ut videtur nunc. Sanus contextus.

Digitized by Google

551. C. Τοῖς ἁμαρτήμασι κυνὸς δίκην ἐφυλακτοῦσι καταμολουθοῦσι, καὶ τὰς πράξεις ἐκ ποδὸς ἐπιδιώκουσι.] Videtur colorem duxisse a Menandro p. 90. Ed. Cler.

34 [r] Τὸ δ' ἐπιδιώκειν εἰς τε τὴν ὁδὸν τρέχειν
Ἔτι λοιδορουμένην, κυνὸς ἐστ' ἔργον Ῥόδῃ.

Ira sæpe cum *cane latrante* comparatur. Ἐκ ποδὸς ἐπιδιώκειν est *canum more a tergo alicujus pedes petere*, vel *e vestigio aliquem persequi*: sic Dionys. Hal. Ant. Rom. L. II. p. 101. τοῖς φεύγουσιν εἰς τὴν πάλιν ἐκ ποδὸς ἑπόμενος. L. III. p. 156. ἐδίωκεν αὐτὸν ἐκ ποδός. Joseph. Ant. Jud. L. VII. p. 212. F. ἐκ ποδὸς ἕπεσθαι. Egregie in hanc sententiam differit Johannes Chrysost. Hom. in S. Babyl. c. Gent. p. 665. B.—τῷ θυμῷ ζέοντες οὐ συνεῖδον ὅσον ἰδεῖν ἐχρῆν·—τοῦ γὰρ δικαίου τούτου νόμος ἕτερος ἀνάτερος πολλῷ κεῖται ἐν ταῖς οὐρανοῖς· τίς οὖν ἐστὶν ὁ νόμος, τοῖς ἡμαρτηκόσι μὴ κατὰ ποδὰς τὴν τιμωρίαν ἐπάγειν, ἀλλ' ἐνδιδόναι τῷ πεπλημμεληκότι χρόνους καὶ προθεσμίαν, ὥστε τὸ πλημμεληθὲν ἀποδύσασθαι (f. ἀπολύσασθαι:) ubi in prioribus verbis imitatio ineſſe videtur Euripidis Phœniſſ. vſ. 720.

—μῶν νεάζων οὐχ ὁρᾷς ἃ χρὴ σ' ὁρᾶν;

Conf. Ion. 558.

551. D. Καὶ χράσον γε πρὸς ἐπανόρθωσιν·—προσιζάνειν] Videtur excidiſſe verbum διδόναι aut χαρίζεσθαι, quod interpres quoque ſuſpicatus eſt. Certe, integra oratio non poteſt a διορᾷν pendere.

551. D. [s] Ἅτε γὰρ εἰδὼς ὅσην μοῖραν ἀρετῆς ἀπ' αὐτοῦ φερόμεναι πρὸς γένεσιν αἱ ψυχαὶ βαδίζουσι κ. τ. λ.] [t] Animæ licet ex plurimorum ſententia divinæ ſint originis, et veluti particulæ ex eſſentia divina decerptæ (vid. J. Davis ad Ciceron. Tuſc. V. 13. et Divin. I. 49.) contagione tamen humanæ vitæ corrumpuntur; ſive deſcendentibus in generationem mali quædam portio admiſceatur, ſive commercio cum corpore [u] et prava educatione labem contrahant.

[r] Simile Ariſtippi Diog. L. II. 70. Incert. Stob. Phyſ. IV. 6. p. 106. Ed. Her.

[s] Philo Jud. Euſ. P. E. VIII. 387. A. 393. A. Joh. Chryſ. Hom. Ant. III. 52. C.

[t] Comparandus eſt Plato Leg. X. 672. B.

[u] Empedocl. II. p. 474. E.

Digitized by Google

Illa ſententia placuit Crantori Academico, cujus verba refert Plutarchus Conſol. Apollon. p. 104. C. φυομένοις τε μίγνυται ἐν πᾶσι κακοῦ μοῖρα· τὰ γάρ τοι σπέρματα εὐθὺς θνητὰ ὄντα ταύτης κοινωνεῖ τῆς αἰτίας, ἐξ ἧς ἀφυᾶ μὲν ψυχῇς, νόσοι τε καὶ πήδεα καὶ μοῖρα θνητῶν ἐκεῖθεν ἡμῖν ἕρπει[v]. Et eandem plures recentiorum Platonicorum probaſſe videntur, cum eam ad Homerum auctorem referebant, cujus *duo dolia in Jovis aula, ex quibus hominibus bona et mala miſcentur*, itemque Heſiodi dolium, huc revocabant. Sic certe Proclus in Heſiod. p. 35. ἐστὶ μὲν ὁ πίθος ἡ μία δύναμις τῆς εἱμαρμένης, ἡ πάντων ἀπεναμεμένων ταῖς ποιούσαις (l. ἀποιούσαις) εἰς τὴν γένεσιν ψυχαῖς χωρητική (f. δωρητική) καλλιόνων, ἢ χειρόνων, δι' ἃ εὐμοιροί τινες ἢ κακόμοιροι· περιέχει γὰρ οὗτος τοὺς παρ' Ὁμήρῳ δύο πίθους, τοὺς τῶν κηρῶν πλήρεις. Quin in Platone Tim. p. 542—544. et Rep. L. X. fin. ejuſdem opinionis veſtigia ſunt. Altera ſententia, animos corporis contagione adfici et educatione corrumpi, longe plurimos nacta eſt patronos, Pythagoreos, Platonicos et Stoicos, qui eam et voce propagarunt et ſcriptis celebrarunt. Ea quam late manaverit, longum eſt enumerare: nos ea explicabimus, quæ ad rem noſtram in primis faciunt. Graviter ac pæne divine pronuntiat Cicero Tuſc. III. 1.—*parvolos nobis dedit (natura). igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibuſque depravati ſic reſtinguimus, ut nuſquam naturæ lumen appareat: ſunt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutum, quæ, ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem ſimul atque editi in lucem et ſuſcepti ſumus, in omni continuo pravitate et ſumma opinionum perverſitate verſamur: ut pæne cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. Cum vero parentibus redditi, dein magiſtris traditi ſumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmatæ ipſa natura cedat.* Ex intimis ejuſdem doctrinæ penetralibus hauſit Virgilius quæ canit Æn. L. VI. vſ. 730.

Igneus eſt ollis vigor et cœleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,

[v] Plut. II. 369. C. Plato Rep. II. 430. E. Syneſ. 126. A. Il. ω. 527.

Digitized by Google

Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, neque auras
Diſpiciunt clauſæ tenebris et carcere cæco.

Juncus ap. Stobæum S. CXVI. p. 597. τῆς ψυχῆς τὸ μὲν εἰλικρινὲς καὶ καθαρὸν, ὃ δὴ θεῖόν ἐστι καὶ εἶναι δοκεῖ, τοῦτο μὲν ἔφη γεννωμένοις ἡμῖν συνεκπέμπεσθαι, μηδενὸς αὐτῷ κοινωνοῦντος τῶν ταραττόντων τε καὶ ἀφανιζόντων τὴν ἐν αὐτῷ φρόνησιν· ἔπειτα δὲ τρεφομένου καὶ αὐξομένου τοῦ σώματος παρακολουθεῖν τινὰς ἡδονὰς καὶ ἀδικίας τῷ ζώῳ (l. θείῳ) πολεμούσας· αἷς σύμμαχος καὶ συνέριθος ἡ νεότης γίνεται, ὑφ' ἧς βαδίζουσαι καὶ κατακρύπτεσθαι δοκοῦσαι μονονουχὶ μάστιξι καὶ κέντροις, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς (deſumta hæc ſunt ex Æſchine in Timarch. p. 196. C.) αἱ τῶν τραγῳδῶν Εὐμενίδες, τὸν νέον ἐλαύνουσιν. Conferendus eſt omnino Porphyrius De Abſtinent. L. I. §. 30. et Proclus in Tim. Plat. L. V. p. 326.

551. D. Ἐξανθεῖ δὲ παρὰ φύσιν τὴν κακίαν ὑπὸ τροφῆς καὶ ὁμιλίας φαύλης φθειρόμενον.] Coll. Schott. M. Ald. T. V. B. ἐξανθεῖν. Tum pro τροφῆς Ald. Baſ. Voſſ. Coll. Schott. τρυφῆς, ſolenni in his vocibus confuſione, quæ corrupit etiam ex parte locum Antipatri ap. Stob. S. LXVI. p. 418. μηδὲ περὶ θεῶν εὐσεβείας καὶ δόξης καὶ δεισιδαιμονίας ἐμποιεῖν, μηδὲ τὸ τῆς τροφῆς ὀλέθριον παριστάναι. Legendum quippe: μ. π. θ. δόξης εὐσεβείαν μὴ δεισιδαιμονίαν ἐμποιεῖν, μ. τ. τ. τρυφῆς ὀλ. π.

36 551. D. Κατεπάγει τὴν τιμωρίαν.] Voſſ. Harl. Ald. Baſ. κατεπείγει. Sed vulgata magis et ex Græca conſuetudine eſt, et ex mente auctoris. Sic ſemper Græci. Plato Leg. L. IX. p. 663. F. ἐπάγῃ δίκην τῷ τοιούτῳ. Julian. Or. II. p. 90. B. ἐπάγειν δίκην. Joh. Chryſ. l. c. T. II. p. 665. B. τὴν τιμωρίαν ἐπάγειν, et alibi ſexcenties.

551. D. Τὸ μὲν ἀνήκεστον εὐθὺς ἐξεῖλε τοῦ βίου καὶ ἀπέκοψεν, ὡς ἑτέροις γε πάντως βλαβερὸν αὐτῷ τε βλαβερώτατον.] Duxit hæc a Platone, qui ſæpius ita pronuntiavit, v. c. Gorg. p. 308. A. Ἀλλ' οἶδεν ὅτι οὐκ ἄμεινόν ἐστι ζῆν τῷ μοχθηρῷ ἀνθρώπῳ· κακῶς γὰρ ἀνάγκη ἐστὶ ζῆν. Leg.[x] L. IX. p. 655. G. ὃν δ' ἂν ἀνιάτως εἰς ταῦτα ἔχοντα αἴσθηται νομοθετὴς, δίκην τού-

[x] II. 579. C.

Digitized by Google

τοισι καὶ νόμον θήσει τινά· γινγνώσκων που τοῖς τοιούτοις πᾶσιν, ὡς οὔτε αὐτοῖς ἔτι ζῆν ἄμεινον, τούς τε ἄλλους ἂν διπλῇ ὠφελοῖεν, ἀπαλλαττόμενοι τοῦ βίου. Sic etiam Seneca de Ira L. I. c. 15. *At corrigi nequeunt, nihil in ipsis bonæ spei capax est. Tollantur e cœtu mortalium, facturi pejora quæ contingunt: et quo uno modo possunt definant mali esse.* Conf. c. 16.—Ceterum Cel. Reiskius mallet βλαβερὸν ὄν. Vis certe sententiæ et Græci sermonis consuetudo in tali constructione cum adjectivo nonnunquam participium conjungit: et in Xenophonte fine dubio addendum est, M. S. L. I. 4, 11. οὐκοῦν, ἔφη, ὅσῳ μεγαλοπρεπέστερον (adde ὂν) ἀξιοῖ σε θεραπεύειν, τοσούτῳ μᾶλλον τιμητέον αὐτό.

555. A. Καὶ γὰρ ὄψεις ἐνυπνίων καὶ φάσματα μεθημερινὰ καὶ χρησμοὶ καὶ καταιβασίαι—χειμῶνας ἐπάγει καὶ φόβους τοῖς οὕτω διακειμένοις.] Elegantiſſime anxietatem et ſuperſtitionem malorum depinxit Juvenalis Sat. XIII. vſ. 209.

[n] Porphyr. Stob. Phyſ. p. 141. l. 7. Villoiſon Animadv. ad Long. p. 22. Clytemneſtræ ſomnium memoratur etiam ap. Sophocl. El. 420.

Digitized by Google

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet: cedo ſi conata peregit?
Perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat.
. . . . . .
Nocte brevem ſi forte indulſit cura ſoporem,
Et toto verſata toro jam membra quieſcunt, 55
Continuo templum et violati numinis aras,
Et, quod præcipuis mentem ſudoribus urget,
Te videt in ſomnis: tua ſacra et major imago
Humana turbat pavidum, cogitque fateri.
Hi ſunt qui trepidant, et ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cœli:
Non quaſi fortuitu, nec ventorum rabie, ſed
Iratus cadat in terras et vindicet ignis.

Cicero Divinat. II. 72. *Inſtat enim ſuperſtitio et urget, et quo te cunque verteris perſequitur: ſive tu vatem, ſive tu omen audieris, ſive immolaris, ſive avem adſpexeris; ſi Chaldæum, ſi haruſpicem videris: ſi fulſerit, ſi tonuerit, ſi tactum aliquid de cœlo, ſi oſtenti ſimile natum factumve quippiam erit: quorum neceſſe eſt plerumque aliquid eveniat: ut numquam liceat quieta mente conſiſtere. Perfugium videtur omnium laborum et ſollicitudinem eſſe ſomnus; at ex eo ipſo plurimæ curæ metuſque naſcuntur.*

Καταιβασίαι habent Coll. Schott. et omnes Editiones: ſed Voſſ. Harl. T. V. B. καταβασίαι, quæ communior forma eſt: nam illa Ionibus propria videtur, ut παραιβάτης pro παραβάτης, quod quidam Codices habent Herodoti L. V. p. 393. Καταιβάτης eſt fulguris genus, ut conſtat ex Scholiaſte Ariſtoph. Equit. vſ. 693. Ζεὺς καταιβάτης frequentior eſt in veterum ſcriptis, et peculiari diſſertatione illuſtratus a Cel. P. Burmanno. Καταιβασίαι potius verterem *fulgura*, quam cum interprete *de cœlo ſervationes*. Vocem ipſam præterquam hoc loco nuſpiam me legere memini. Χειμῶν eleganter dicitur de *curarum fluctu*: vid. Ez. Spanhem. ad Ariſtoph. Ran. vſ. 364.

555. A. Ἀπολλόδωρόν ποτε κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾶν ἐκδερόμενον ἑαυτὸν ὑπὸ Σκυθῶν.] Apollodorus Caſſandriæ tyrannus vixit

Digitized by Google

circa Olymp. 120. Is adeo fuit crudelis, ut paſſim a ſcriptoribus cum Phalaride conjungatur, et in exemplum tyrannicæ ſævitiæ proponatur. J. Lipſius ad Senec. Ir. L. II. 5. h. l. pro Σκυθῶν corrigere voluit, *σκυτέων, a coriariis, cerdonibus: "et ii vero,* ait, *ſolebant pelles detrahere."* Leviſſima ſane eſt ratio. Nam primo quidem, hoc ſenſu Plutarchus *γναφέων, a fullonibus,* poſuiſſet. Deinde non video, quare Σκυθῶν quem offendat. Scytharum enim et ſæva fuit gens et Caſſandriæ finitima, a qua fine dubio timere ſibi potuerat Apollodorus. Vid. præterea J. Daviſium ad Ciceron. N. D. L. III. c. 33. et in primis Nic. Hein-
56 ſium ad Ovid. ex Ponto II. 9. 43. qui tyranni hujus hiſtoriam adeo luculente tractavit, ut nil ſupra addi poſſe videatur.—Mox, *τοῖς σώμασι κύκλῳ περὶ αὐτὸν περιτρεχούσας,* abſunt ab Harl.

555. B. Ἵππαρχον δὲ τὸν Πεισιστράτου, *μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς τελευτῆς, αἷμα προσβαλοῦσαν αὐτῷ τὴν Ἀφροδίτην ἐκ τινὸς φιάλης πρὸς τὸ πρόσωπον*] Aliud ſomnium Hipparchum vidiſſe, nocte antequam occideretur, refert Herodotus L. V. p. 398. Ἵππαρχον τὸν Πεισιστράτου, Ἱππίεω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν, ἰδόντα ὄψιν ἐνυπνίου τῷ ἑωυτοῦ πάθει ἐναργεστάτην (f. ἐμφερεστάτην), κτείνουσι Ἀριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος—Ἡ μέν νυν ὄψις τοῦ Ἱππάρχου ἐνυπνίου ἦν ἥδε· ἐν τῇ προτέρῃ νυκτὶ τῶν Παναθηναίων ἐδόκεε ὁ Ἵππαρχος ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα μέγαν καὶ εὐειδέα αἰνίσσεσθαι τάδε τὰ ἔπεα,

Τλῆθι λέων ἄτλητα παθὼν τετληότι θυμῷ,
Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.

Simile ei quod h. l. narrat Plutarchus, matri Phalaridis obtigiſſe ferebatur, ut conſtat ex Cicerone Divinat. L. I. c. 23. *Matrem Phalaridis ſcribit Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor et diſcipulus Platonis, viſam eſſe videre in ſomnis ſimulacra Deorum, quæ ipſe Phalaris domi conſecraviſſet: ex bis Mercurium e patera, quam dextera manu teneret, ſanguinem viſum eſſe fundere* cet.

555. B. Παυσανίας δὲ Κλεονίκην ἐν Βυζαντίῳ παρθένον ἐλευ-

* Dio Chryſ. Or. II. 35. C.

Digitized by Google

θέραν ὕβρει μεταπεμψάμενος—ἐτελεύτησεν.] Iisdem fere verbis hanc rem narrat Plutarchus Cimon. p. 482. Bp. cum quo conferendus est Pausanias Lacon. p. 90. Cum Byzantii hoc facinus commiserit Pausanias, putem Heracleam Ponticam hic significari. Pausanias Φιγάλειαν vocat. De magica animarum evocatione multi multa: [q] quorum in primis consulendi sunt De la Cerda ad Virgil. Æn. VI. p. 840. et sequ. J. Davisius ad Ciceron. Tusc. I. 16. tum vero quos laudant Cel. Ruhnkenius ad Tim. V. Ἐπαγωγαὶ, et Reiskius h. l. Mem. Acad. Inscript. T. II. p. 28. Ceterum recte corrigere videtur h. l. Reiskius ἐφ' ὕβρει: sic Plutarch. Cimon. l. c. ἐπ' αἰσχύνῃ.

555. D. Εἰ μηθέν ἐστι τῇ ψυχῇ μετὰ τὴν τελευτὴν—χρῆσθαι τὸ δαιμόνιον.] Voss. εἰ μηθέν ἐσται τ. ψ. T. V. B. pro χρῆσθαι habent χαρίζεται. Librarius χαρίζεσθαι scribere voluerat: sed vulgata præstat.

555. D. Καὶ γὰρ, εἰ μηδὲν ἄλλο φαίη τὶς ἂν ἐν τῷ βίῳ καὶ τῷ χρόνῳ τῶν πονηρῶν [r] παρέχειν κακὸν, ἀλλ' ἐξελεγχομένης τῆς ἀδι- 57
κίας—ἡ αἴσθησις αὐτῶν ἀνατρέπει τὴν ψυχήν.] Edit. Steph. Xylandr. Paris. τῷ βίῳ omittunt. Ald. Bas. Voss. Harl. ἐν τῷ βίῳ' καὶ τῷ χρόνῳ habent. M. Ald. ἂν τῷ βίῳ καὶ τῷ χρόνῳ. Coll. Schott. ἂν ἐν τῷ βίῳ καὶ τῷ χρόνῳ: quam lectionem, cum reliquis præstet, recepimus. Forma hæc est ἓν διὰ δυοῖν, pro ἐν τῷ τοῦ βίου χρόνῳ, *diuturnitate vitæ*. Sic Ælianus H. A. XV. 25. Βίον δὲ ἵππων καὶ χρόνον διαριθμοῦσιν εἰς τόσαδε ἔτη, pro βίου χρόνον, *vitæ tempus*. Χρόνος autem plerumque de longo tempore dicitur et a βίῳ distinguitur, cujus notionis luculentum est exemplum in Plutarcho Isid. et Osir. p. 351. E. οὐ βίον ἀλλὰ χρόνον εἶναι τὴν ἀθανασίαν. Simile est dictum Simonidis ap. Stob. S. XCVI. p. 513. Σιμωνίδης ἐρωτηθεὶς πόσον χρόνον βιῴη, χρόνον μὲν, εἶπεν, ὀλίγον, ἔτη δὲ πολλά. Pro τῶν πονηρῶν, legendum τῷ πονηρῷ vel τοῖς πονηροῖς, ut sensus sit παρέχειν τὸ δαιμόνιον τοῖς πονηροῖς: nisi

[p] ἐπ' αἰσχύνῃ in Cim. l. c. utrumque jungit Philo Jud. 860. E.

[q] Idem Plutarchus tradiderat in deperdito libro Ὁμηρικαῖς Μελέταις, ut refert Schol. Eurip. Alcest. fin. quem memorat Kuhn. ad Pausan. p. 253. nostræ edit. Fragm. XI. 1.

[r] Moserus legit τὸν πονηρὸν πάσχειν κακόν.

Digitized by Google

potius Cel. noſtri Ruhnkenii emendatio admittenda videatur, qui eleganti conjectura pro παρέχειν legit ὑπάρχειν— Coll. Schott. T. B. ἐξελεγχομένης που τῆς ἀδικίας. V. ἐ. ἄν τ. ἀ. unde dediſſe putem Plutarchum ἐ. γοῦν τ. ἀ. i. e. *ſaltem*, quæ particula in hac re propria eſt. Pro ἀδικίας Harl. male ἀληθείας. — Elegans eſt et raro obvia dictio ἀνατρέπει τὴν ψυχὴν, quæ de iis dicitur, qui cognitis circumſtantibus ſe malis, terrentur et ab animi ſtatu dejiciuntur. Theocritus Id. VIII. vſ. 90. ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ. Diodor. Sic. L. XI. p. 228. ἀνατραπέντες ταῖς ψυχαῖς πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. L. XX. p. 414. *Carthaginienſes fortiter pugnantes cadente Annone* ἀνετράπησαν ταῖς ψυχαῖς. Baſil. M. Hom. IV. p. 312. E. ἀνατρέπεσθαι τὸν νοῦν. Lexicon Rhetor. MS. Ἀνατίπτειν exponit, τὰς διανοίας ἀνατρέπεσθαι. Vid. Cel. Ruhnken. Auctar. Emend. ad Heſych. V. Ἀνατεπτομένοι. Pro ἀνατρέπεσθαι pleniori dictione, *ſupinum decidere*, dixit Euripides Ino ap. Valckenar. Diatrib. p. 177. ἐξ ἐλπίδων πίπτοντας ὑπτίους ὁρῶ. Libanius Declam. XXXI. p. 715. C. τοῦ συνειδότος αὐτὴν ὑπτίαν ἐργαζομένου, *cum conſcientia illam ſupinam dejeciſſet.*

555. D. Λυσίμαχον ὑπὸ δίψης ἐκβιασθέντα καὶ παραδόντα τοῖς Γέταις τὸ σῶμα καὶ τὴν δύναμιν.] Hujus rei alibi ter meminit [a] Plutarchus. De Sanitate Tuenda p. 126. E. Λυσίμαχος ἐν Γέταις συσχεθεὶς δίψῃ καὶ παραδοὺς ἑαυτὸν μετὰ στρατεύματος αἰχμάλωτον, εἶτα πιὼν ὕδωρ ψυχρὸν, Ὦ θεοὶ, εἶπεν, ὡς βραχείας ἡδονῆς ἕνεκα μεγάλην εὐδαιμονίαν ἐπεβαλόμην. Paulo aliter in Apophthegm. p. 183. E. Λυσίμαχος ἐν Θράκῃ χρατηθεὶς ὑπὸ Δρομαχέτου, καὶ διὰ δίψαν ἑαυτὸν καὶ τὸ στράτευμα παραδοὺς, ὡς ἔπιεν αἰχμάλωτος γενόμενος, Ὦ θεοὶ, εἶπεν, ὡς μικρᾶς ἡδονῆς ἕνεκα δοῦλον ἐμαυτὸν ἐκ βασιλέως πεποίηκα! Confer Polyænum L. VII. c. 25 [b]. Diodor. Sic. T. II. p. 559. et ibi P. Weſſelingium.

58 555. E. Ἡ φθόνῳ πολιτικῆς δόξης καὶ δυνάμεως, ἢ δι' ἡδονὴν τινὰ συνουσίας ἄνομον ἔργον ἐργασάμενος καὶ δεινόν.] Erat qui pro φθόνῳ mallet πόθῳ. Sed ſatis bene habet vulgata; no-

[a] Demetr. 915. D.

[b] Caſaub. Strab. 462.

[c] φθόνῳ.] Conf. Fort. Rom. p. 324. B. φθόνῳ καὶ τοῖς πολιτικοῖς διαφοραῖς. II. 472. B. πολιτικὴ δύναμις.

Digitized by Google

tat enim *invidiam quæ æmulationes civilis potentiæ oritur.* Sic Lucretius L. II. vſ. 59.

— Avarities et honorum cæca cupido,
Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fineis
Juris.

et vſ. 74.

Macerat invidia, ante oculos illum eſſe potentem,
Illum aſpectari claroque incedere honore; cet.

In Platone Symp. p. 319. G. ὑπὸ πολιτικῶν δυνάμεων, ſunt *promiſſiones munerum publicorum*, quod interpres non percepit. Similiter hæc conjunxit Xenophon M. S. L. IV. 2, 35. πολλοὶ δὲ διὰ δόξαν καὶ πολιτικὴν δύναμιν μεγάλα κακὰ πεπόνθασιν. Poſteriora fere ex Euripidis conſuetudine fluxiſſe dicas, qui ita in Medea v. 1121.

Ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως εἰργασμένη
Μήδεια, φεῦγε, φεῦγε.

Mox pro ἀφιεὶς, Voſſ. ἀφεὶς.

555. F. Ὥσπερ γὰρ ὁ Σιμωνίδης ἔλεγε παίζων, τὴν τοῦ ἀργυρίου κιβωτὸν εὑρίσκειν ἀεὶ πλήρη, τὴν δὲ τῶν χαρίτων κενὴν, οὕτω —γέμουσαν.] Simonides primus precio carmina compoſuit: quorum itaque laudes ab eo celebrabantur, ii minus ei gratiarum habebant, quam ſi fine mercede laudati fuiſſent. Hinc duas ſe ciſtas habere jocabatur, mercedum alteram, alteram gratiarum, hanc vacuam, illam plenam. Quamquam aliter hujus dicti mentem accepit Stobæus S. X. p. 130. Σιμωνίδης, παρακαλοῦντος τινὸς ἐγκώμιον ποιῆσαι, καὶ χάριν ἕξειν λέγοντος, ἀργυρίον δὲ μὴ διδόντος· δύο, εἶπεν, οὗτος ἔχω κιβωτούς, τὴν μὲν χαρίτων, τὴν δὲ ἀργυρίου· καὶ πρὸς τὰς χρείας τὴν μὲν τῶν χαρίτων κενὴν εὑρίσκω ὅταν ἀνοίξω, τὴν δὲ χρησίμην μόνην: in ſcriptore, unde hæc depromta ſunt, fine dubio plenius erat:—ἀνοίξω καὶ ἄχρηστον, τὴν δὲ ἀργυρίου μεστὴν καὶ μόνην χρήσιμον: aut ἀνοίξω, τὴν δὲ χρημάτων μεστὴν, deinde vertendum οὗτος, *heus tu*, et ad Simonidis reſponſionem referendum. Scholiaſt. Ariſtoph. Pac. vſ. 696. Τὸ μέντοι περὶ τῶν κιβωτῶν τοῦ Σιμωνίδου λεγόμενον, ὅτι παρακειμένας εἶχε δύο, τὴν μὲν κενὴν, τὴν δὲ μεστήν· καὶ τὴν μὲν κενὴν χαρίτων ἔλεγεν εἶναι, τὴν δὲ μεστὴν διδόντων· γνώριμον περιφερόμενον εὑρίσκεται,

Digitized by Google

καθ' ἱστορίαν δὲ οὐδεὶς εἴρηκεν: h. l. cum inter μεστὴν et γνώρι-
59 μον verbum excidiſſe putaret Editorum quidam, ut expleret lacunam διδόντων intrufit ex Schol. Theocrit. ad Argum. Id. XVI. quæ tamen vox vitioſa et in δοθέντων mutanda eſt. Atqui ego ἀργυρίου librariorum incuria in γνώριμον abiiſſe putem, et verba ita conſtituenda: τὴν δὲ μεστὴν ἀργυρίου· περιφερόμενον εὑρίσκεται κ. τ. δ. οὐ. εἰ. Περιφερόμενον eſt *fama, quæ ſine certo auctore, qui eam ſcriptis prodidit, circumfertur:* cujus ſignificationis exempla notavi in Ep. Crit. p. 16. In hoc autem Plutarchi loco membra periodi turbata videntur, ut Reiſkius quoque judicavit, refingendaque forte hoc modo: διορῶντες ἡδονῆς μὲν μεστὴν εὐθὺς κενὴν χάριν ἐχούσης, ἐλπίδος δ' ἔρημον· εὑρίσκουσι μὲν φόβων καὶ πρὸς τὸ μέλλον ὑποψίας, μνήμης δ' ἀτερποῦς πρὸς τὰ προγενόμενα, ἀπιστίας δὲ καὶ λυπῶν πρὸς τὸ παρὸν ἀεὶ γέμουσαν. Ad ſimilem comparationem Simonidis dictum adhibuit Plutarchus De Curioſitate p. 520. A. ἂν γὰρ, ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης ἔλεγε, τὰς κιβωτοὺς ἀνοίγων διὰ χρόνου, τὴν μὲν τῶν μισθῶν ἀεὶ μεστὴν, τὴν δὲ τῶν χαρίτων εὑρίσκειν κενήν· οὕτως ἂν τῆς πολυπραγμοσύνης τὴν ἀποθήκην ἀνοίγῃ διὰ χρόνου καὶ κατασκέπτηται πολλῶν ἀχρήστων καὶ ἀτερπῶν γέμουσαν, ἴσως ἂν αὐτῷ τὸ πρᾶγμα προσταίη φανὲν ἀηδὲς παντάπασι καὶ φλυαρῶδες. De *ciſtis Simonidis* ſatis fuſe diſputat Fulv. Urſinus ad Lyricorum Fragmenta p. 188.—Quod denique ad ſententiam attinet, colorem duxiſſe videtur Plutarchus a Lycurgo, cujus locum perquam elegantem in Latinum ſermonem tranſtulit Rutilius Lupus L. I. p. 10. *Nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt, Judices, ſed multa ſimul eum perturbant. Quod adeſt, ſollicitudinis plenum, quod futurum eſt, formidoloſum, lex paratum ſupplicium oſtentans, vitia ex vitiis coacta, occaſionem arguendi maleficii captans inimicus: quæ quotidiano vehementer ejus animum excruciant.* Egregie Seneca Ep. CV. fin. *Tutum aliqua res in mala conſcientia præſtat, nulla ſecurum: putat enim ſe, etiamſi non deprehenditur, poſſe deprehendi: et inter ſomnos movetur, et quoties alicujus ſcelus loquitur, de ſuo cogitat. Non ſatis illi oblitteratum videtur, non ſatis tectum. Nocens habuit aliquando fortunam, nunquam fiduciam.* His ac talibus ratio-

Digitized by Google

nibus ſcelera[x] fugienda eſſe, ipſe docuit Epicurus, ut refert Plutarchus N. Suav. Vivi Sec. Epicur. p. 1090. Seneca Ep. XCVII. p. 609. et ibi J. Lipſ. Ceterum quam ἔννοιαν ſupra tetigit noſter, ἀνατρέψας τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις δικαίων cet. eam pulchre expreſſit Perſius Sat. III. vſ. 35.

Magne pater divum! ſævos punire tyrannos
Haud alia ratione velis, cum dira libido
Moverit ingenium ferventi tincta veneno,
Virtutem videant intabeſcantque relicta.

p. 556. A. Ὥσπερ τῆς Ἰνοῦς ἐν τοῖς θεάτροις λεγούσης ἀκουόμεν, Φίλαι γυναῖκες—ταῦτα εἰκὸς ἑκάστου τῶν πονηρῶν τὴν ψυχὴν ἀναπολεῖν.] Hæc non apte cum antecedentibus cohærent, ut vidit etiam Cel. Reiſkius, qui pro ὥσπερ corrigit ὡς γὰρ. Sed cum eadem forma proxime præceſſerit, Ὥσπερ γὰρ ὁ Σιμωνίδης κ. τ. λ. mallem h. l. Καὶ ὥσπερ τ. Ἰνοῦς. Ceterum Ἰνοῦς habent Ald. Baſ. Voſſ. et, ut videtur, Schotti Codd. ex quibus nil diverſitatis adnotatum eſt: ab Harl. plane abeſt hoc nomen: in Edd. Xyl. Steph. Pariſ. neſcio quæ incuria invexit Οἰνοῦς. Depromti autem ſunt hi verſus ex Euripidis deperdita fabula *Ino*, ut veriſſime ſuſpicatus eſt Cel. Valckenarius in immortali Diatriba in Euripidis Fragm. Cap. XVII. p. 173.—Pro ταῦτα corrigendum videtur ταύτῃ, ut melius reſpondeat τῷ ὥσπερ. Εἰκὸς perperam abeſt ab Harl. Ald. et Baſ. Ἀναπολεῖν, [y] *in memoriam revocare, ſecum reputare*, elegans eſt verbum: ſic Plato Phileb. p. 81. G. Philo Jud. Flacc. p. 990. D. 994. E. Leg. Caj. p. 1035. C. Vid. Interpretes ad Heſychium V. Ἀνεπόλησα. Pythagoreorum commentatio quotidiana actæ vitæ ἀναπόλησις vocatur. Epictetus Arriani L. IV. D. VI. p. 618. ἀναπόλει τὰ πεπραγμένα· πῇ παρέβην; Hierocles Comment. Aur. Carm. p. 213. ἡ τῆς καθημερινῆς ζωῆς ἀνάμνησις μελέτη γίνεται τῆς τῶν προβεβιωμένων ἀναπολήσεως.

556. B. Οὐ γάρ ἐστι θαῤῥάλεον—ἐν οἷς προαιρεῖται τὸ πονηρόν· εἰ μὴ νὴ Δία σοφούς τινας εἶναι φήσομεν τοὺς ἀδικοῦντας:] [z] Pri-

[x] Cic. Fin. I. 16.
[y] ἀναπολίων. Plato Leg. IV. 603. G.
[z] Philo Jud. Euſ. VIII. 387. A. ſeq. Vid. omnino Cic. Leg. II. 17.

Digitized by Google

ora periodi verba omisit in versione interpres; credo, quod Græcæ constructionis rationem non caperet. Sensus est: *non enim adeo bene consiliorum suorum rationem descriptam habet malus, ut non sæpius commoveatur et perturbetur.* Ordo hic est: οὐ γὰρ θαῤῥαλέον ἐστι τὸ πονηρὸν ἐν τούτοις ἃ προαιρεῖται, i. e. *non enim est constans malitia in iis quæ suscipit*, vel, *in suis consiliis.* Posterioris membri sententiam ita expressit Plato Menex. p. 408. B. πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία οὐ σοφία φαίνεται: quem locum interpretatus est Cicero Off. I. 19.—Hyperides ap. Rutil. Lup. L. I. p. 15. *Nam, cum cæterorum opinionem fallere conaris, tu tete frustraris. Non enim te probas, pro astuto sapientem intelligi.*

556. B. Φιλοπλουτία καὶ φιλοτιμία περιμάχητος:] Vocem περιμάχητος huic loco minus aptam judico. Dicitur enim de pecunia v. c. pulchritudine et aliis rebus, quæ magna cupiditate expetuntur et de quibus adeo certatur, ut docuit Tib. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 504. Avaritia, et aliæ cupiditates, quæ de iis rebus, quæ cupiunt, vel
61 certare paratæ sunt, περιμάχητοι dici nequeunt. Passionem enim vox hæc significat, non actionem. Nolim tamen quid mutare.

556. B. Τοὺς ψέγοντας φοβοῦνται καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας δεδίασιν.] Nulla inest tautologia in his verbis: δεδιέναι enim et φοβεῖσθαι differunt, ut δέος et φόβος, de quibus vide Ammonium V. Δέος.

[a] 556. C. Εὔθραυστον—καταμανθάνοντες ὡς ἔχουσιν αὐτοὺς.] Voss. et Harl. εὔθραστον. Sententia simili usus est Plutarchus Cohib. Ira p. 458. E. τὸ δὲ θυμικὸν καὶ μανικὸν εὐπερίθραυστόν ἐστι καὶ σαθρόν. Mox καταμανθάνοντες ὡς ἔχουσιν αὐτοὺς, Attica est constructio, in qua αὐτοὺς non ad ἔχουσιν, sed ad καταμανθάνοντες refertur, *cognoscentes se, in quibus sint malis.* Sic Euripides Hippol. v. 1395. ὁρᾷς με, δέσποιν', ὡς ἔχω, τὸν ἄθλιον.

556. C. Παρακαταθήκην ἀποδοὺς—ὁ φαῦλος.] Voss. et Harl. παραθήκην: quæ confusio in hac voce solennis est, et copiose

[a] 558. C. εἰδέναι] Sophocl. Antig. apud Gataker. M. A. p. 116.

Digitized by Google

illuſtrata a V. V. Cell. L. C. Valckenario ad Herodotum L. VI. p. 471. P. Weſſelingio ibid. p. 477. et D. Lennepio ad Phalar. p. 179. Attici quidem magis frequentabant παραχατατίθεσθαι et παραχαταθήχη, ut obſervat Phrynichus p. 138. Mœris p. 313. cui adde J. Perizon. ad Ælian. V. H. IV. 1. Sed ab aliis ſcriptoribus promiſcue hæc dicuntur. Quin Phrynichus MSt. ex Attico, fine dubio, Oratore hæc obſervat: Παραθέσθαι· τὸ θέσθαί τι παρὰ μεστγύῳ.

Deinde pro φαῦλος corrigendum cenſui φιλάργυρος. Nam et de *avaris* hic ſermo eſt, et Plutarchus, ſi rectam ſcribendi rationem ſequi voluit, peculiare aliquod vitii genus ponere debuit, quod a φιλοδόξῳ et τυραννικῷ clare diſtingueretur: tum vero φαῦλος facili errore ex φλγρς, aut ſimili compendio vocis φιλάργυρος, oriri potuit. Ceterum verbi ὑπονοστεῖν, quod mox ſequitur, elegans eſt uſus, quo eximie de *fluvio* dicitur, *qui, cum terram inundavit, rurſus in conſueti littoris redit fines*. Sic Thucydid. L. III. p. 233. B. Plutarch. T. II. p. 366. D. de Nilo dicit, et Ælian. H. A. X. 43. plene: ὑπονοστεῖ εἰς τὰ ἑαυτοῦ μέτρα, ὑποστρέφει τὰ ἐκ τῆς φύσεως οἱ αὐτῆς ἀεὶ νενομισμένα; quo loco lectio Cod. Medic. ὑποστρέφων non inepta, nec a redundantia Æliani abhorrere videtur; ſed certioribus indicatur veſtigiis, vocem merum eſſe interpretamentum exquiſiti verbi ὑπονοστεῖν ab annotatore inſertum.

556. D. Καταθύοντες ἀνθρώπους ἐπὶ τυραννίσι καὶ συναμοσίαις ὡς Ἀπολλόδωρος.] Reſpicitur ad nefandam fraudem, qua ſibi conjurationis ſocios adjunxit Apollodorus. Memorat eam Diodorus Sic. Excerpt. Peireſc. p. 265. et Polyænus Stra- 62
tegem. L. VI. 7, 2.—ἐπανέστησεν οἰκέτας καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων τεχνίτας, καὶ μειράκιον Καλλιμέλη συναρπάσας καὶ θύσας ἐπέστησεν αὐτῷ μάγειρον Λεοντομένη· οὗτος, δειπνοποιήσας, τὰ σπλάγχνα παρέθηκε τοῖς συναμόταις· ἂν δειπνησάντων καὶ πιόντων τὸ αἷμα οἴνῳ μέλανι μεμιγμένον, ἔδειξεν αὐτοῖς τὸ σῶμα, τῇ κοινωνίᾳ τοῦ μιάσματος ἐμπεδῶν τὸ πιστὸν τῆς ἐπιβάσεως· καὶ δὴ τούτοις χρησάμενος συμμάχοις κατέλυσε τὴν τυραννίδα· καὶ τύραννος ἐγένετο φονικώτατος καὶ ὠμότατος πάντων ὅσοι παρ' Ἕλλησιν ἢ παρὰ Βαρβάροις ἐτυράννησαν. Hoc loco pro κατέλυσε, quod mani-

Digitized by Google

feſto falſum eſt, κατέλαβε corrigit J. Daviſ. ad Cicer. N. D. III. 33. ſed potius conſueta vox Polyæno κατέσχε reſtituenda videtur, ut L. I. 21, 3. τῆς τυραννίδος τῶν Ἀθηναίων κατέσχε, ubi aut legendum τὴν τυραννίδα, aut var. lect. ἐκράτησε recipienda. III. 8. τὴν Ἀργείων τυραννίδα κατέσχεν. VI. 45. τὴν Σαμίων ἀρχὴν κατέσχεν. VII. 6, 2. τὴν Σάμον κατέσχεν.

556. D. Χρήματα φίλων ἀποστεροῦντες, ὡς Γλαῦκος ὁ Ἐπικύδους] Hiſtoriam narrat Herodotus L. VI. c. 86. Glaucus Epicydis F. Spartanus depoſitam ab amico Mileſio pecuniam, poſt ejus mortem, repoſcentibus filiis reddere noluit. Poſtea oraculum conſultans reſponſum tulit, cujus gravitate perculſus Deum veniam oravit peccati, reddiditque depoſitum. His Leotychides, quem narrantem iſta inducit Herodotus, hæc adjungit: Γλαύκου νῦν οὔτε τι ἀπόγονόν ἐστι οὐδέν, οὔτ' ἐστίη οὐδεμίη νομιζομένη εἶναι Γλαύκου, ἐκτέτριπταί τε πρόῤῥιζος ἐκ Σπάρτης· οὕτω ἀγαθὸν μήτε διανοέεσθαι περὶ παρακαταθήκης ἄλλο γε ἢ ἀπαιτεόντων ἀποδιδόναι. Herodotum eleganter vertit graviſſimus morum cenſor Juvenalis Satyr. XIII. vſ. 199.

Spartano cuidam reſpondit Pythia vates,
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depoſitum retinere, et fraudem jure tueri
Jurando: quærebat enim quæ numinis eſſet
Mens, et an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus: et tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, veramque probavit,
Exſtinctus tota pariter cum prole domoque,
Et quamvis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.

556. D. Ἐγὼ μὲν γὰρ, εἰ θέμις εἰπεῖν, οὔτε τινὸς θεῶν οὔτε ἀνθρώπων δεῖσθαι κολαστοῦ νομίζω τοὺς ἀνοσιουργοῦντας κ. τ. λ.] Plato ita cenſebat: ipſam malitiam per ſe maximam eſſe pœnam malo, quod animæ præcipuam virtutem corrum-
63 peret, cujus excellentia in eo poſita ſit, ut recte conſultet atque deliberet, adpetat bona, mala averſetur. Alia ratione idem dicebant Epicurei: naturali rerum ordine vitia ſuas relinquere pœnas, morbos, angoreſque animi; quos ad Deos auctores ultoreſque referre ineptum ſit. v. p. 59.

Digitized by Google

Quam vere, nihil ad rem: Plutarchus certe, an caute satis hoc argumento contra Epicureos, qui providentiam negant, usus sit, ipse viderit.—Γὰρ quod Coll. Schott. M. Ald. et T. V. B. præbent, cum orationem apte connectat, recipere non dubitavi. Voss. ἐγὼ μὲν ἢ θέμις εἰπεῖν.

556. D. Ὥσπερ ἔφεδρον ἀνίστημι τὴν τελευταίαν ἀπορίαν.] Non videtur cepisse interpres vim vocis ἔφεδρος, cum vertit: *Jam enim ego ultimam dubitationem, quæ exitum priorum quæstionum mediocriter sane solutarum præstolata est, in medium adduco.* Est autem in Athleticis certaminibus succenturiatus, sive tertiarius, qui *sedens* expectabat, ut, duobus sociis victis, ipse tertius cum victore certamen iniret. Vide Scaligerum ad Manil. p. 417. et Ez. Spanhem. ad Callimach. H. in Del. vs. 125. et ad Julian. Or. I. p. 31. B. Wess. D. S. I. p. 293.

556. D. Εὐριπίδης—παῤῥησιάζεται πρὸς τοὺς θεοὺς, τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐγγόνους τρέποντας] Respicit ad Euripidis versum ex deperdita fabula Alcmæone: quod ex Stobæo constat, qui eundem exhibet S. LXXVII. p. 454.

Τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς
Μιάσματα.

Sed H. Grotius Excerpt. Trag. p. 422. auctoritate, ni fallor, loci hujus Plutarchei, versum ita constituit;

Τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους
Θεοὶ τρέπουσι.

ac vertit,

In posterorum capita mos Dis vertere
Culpas parentum.

De hoc Tragici versu, et opinione veterum, Deos majorum peccata in posteris punire, egregia dedit Cel. Valckenarius ad Phœniss. vs. 941. et Hippol. vs. 826. cui adde Ez. Spanhem. ad Callimach. p. 265.—Mox Harl. τὸ ἀδίκως τοῦ βραδέως. Coll. Schott. M. Ald. T. V. B. τῷ ἀ. τοῦ βρ.

556. E. Αἴσωπον ἔχοντα παρὰ Κροίσου χρυσίον κ. τ. λ.] Res nota est. Videndi sunt J. A. Fabric. B. G. T. I. p. 392[b]. 64

[b] Zenob. I. 47. Diogenian. I. 46. Himerius. 594.

Digitized by Google

et Interpretes ad Ælian. V. H. XI, 5. [c] quos Cel. Reiſkius laudavit.—Pro θύσηται mallem lectionem Harl. θύσῃ: nam ται ex ſequenti τῷ acceſſiſſe videtur. A Voſſ. abeſt ὡς ἔοικεν. Harl. tranſpoſite ὡς ἔοικεν αὐτῷ καὶ διαφορᾶς. Loco ἀνέπεμψεν Voſſ. ἀντέπεμψεν, Harl. ἀπέπεμψεν, quod eodem redit: ſed, ut *proficiſci in Aſiam* Græcis ἀναβαίνειν dicitur, eadem ratione *mittere in Aſiam* ἀναπέμπειν dici poteſt.—De Hyampeia egerunt P. Weſſeling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 104. et L. C. Valckenar. ad Herodot. L. VIII. p. 637.

557. A. Μηνίσαι τὸ θεῖον—Σάμιος Ἴδμων ἀφίκετο.] Prodidit hoc memoriæ Herodotus L. II. p. 168.—ἦν Ῥοδῶπις· γενεὴν μὲν ἀπὸ Θρηΐκης, δούλη δὲ ἦν Ἰάδμονος τοῦ Ἡφαιστοπόλιος, σύνδουλος δὲ Αἰσώπου τοῦ λογοποιοῦ· καὶ γὰρ οὗτος Ἰάδμονος ἐγένετο, ὡς διέδεξε τῇδε οὐχ ἥκιστα· ἐπεί τε γὰρ πολλάκις κηρυσσόντων Δελφῶν ἐκ θεοπροπίου, ὃς βούλοιτο ποινὴν τῆς Αἰσώπου ψυχῆς ἀνελέσθαι, ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐφάνη, Ἰάδμονος δὲ παιδὸς παῖς ἄλλος Ἰάδμων ἀνείλετο· οὕτω καὶ Αἴσωπος Ἰάδμονος ἐγένετο. Ejuſdem viri nomen Ἴδμων ſcribitur apud Ptolemæum Hephæſt. L. V. p. 329.: ſed Cel. Valckenarius ad Herodot. l. c. Ἰάδμων h. l. reponendum cenſet. Apollinem in Delphos morbo et calamitate animadvertiſſe, aliunde conſtabat Plutarcho. Reſpicit huc Libanius Declam. XXXIX. p. 687. B. ὁ Θεὸς ὑπὲρ Αἰσώπου χαλεπαίνων περιέβαλε * * κακοῖς, ubi manifeſtum eſt excidiſſe τοὺς Δελφοὺς: quæ hæc fuerint mala, ſignificat p. 688. B. καίτοι τοῦτο ποίας οὐ νόσου δεινότερον; τίνων οὐκ αὐχμῶν βλαβερώτερον;—Mox loco Ναυπλίαν Coll. Schott. T. V. B. [d] Ναυλίαν, Harl. Αὐλίαν, de quibus mihi non ſatis liquet. De Hyampoli egit J. Palmerius Gr. Antiq. p. 665[e]. quod ipſum reponere hic tentavi.

[c] Triplex erat pœna ſacrilegorum; vel κατακρημνιζέσθαι ἢ καταποντοῦσθαι ἢ καταπίμπρασθαι. Philo Jud. Euſ. P. E. VIII. 392. C.

[d] Quod codd. habent Αὐλίαν v. Ναυλίαν credo ortum eſſe ex ſaniore licet neſciam an vera lectione Δαῦλιν. Fuit hæc urbs ad Parnaſſum ſita non procul Delphis. Vid. Palmer. Gr. Antiq. VI. c. 12. Cellar. T. I. p. 724. Leopard. Em. XV. 24. Δαῦλιν reſtituit Pauſaniæ p. 166. pro Αὖλιν Harduin. ad Plin. H. N. IV. 4. p. 18. ed. 8.

[e] Duplex eſt Hyampolis: hic Parnaſſia ſignificatur. Palmer. Gr. Antiq. 668. ſeq.

Digitized by Google

557. B. Ἀλέξανδρον—τὸ Βραγχίδαν ἄστυ συγχέαντα.] Branchidæ [f] templum Apollinis Didymæi Milesii, cujus sacerdotium eorum familia ab innumeris jam annis tenuerat, Xerxi e Græcia redeunti prodiderunt: pro quo illis beneficio urbem in Sogdiana condere concessit. Hanc postea Alexander M., odio hujus proditionis, funditus diruit, incolasque internecione delevit. Vid. Curtius L. VII. c. 5. et ibi Freinshem. Ælian. ap. Suid. V. Βραγχίδαι. et P. Wesseling. ad Herod. L. VI. p. 446. Ceterum, ut eximia est in eruendis antiquitatis monumentis Anglorum industria, ita nuper detectis hujus templi ruinis, præclaram ejus descriptionem confecerunt. Vide *Ionian Antiquities, published with permission of the Society of Dilettanti, by R. Chandler. London.* 1769.

557. B. Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Συρακουσίων τύραννος.] Prius Aga- 65
thoclis dictum refert Plutarchus Apophthegm. p. 176. F. Ἐγκαλούντων δὲ τοῖς ναύταις αὐτοῦ τῶν Ἰθακησίων, ὅτι τῇ νήσῳ προσβαλόντες τῶν θρεμμάτων τινὰ ἀπέσπασαν· Ὁ δὲ ὑμέτερος, ἔφη, βασιλεὺς ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, οὐ μόνον τὰ πρόβατα λαβὼν ἀλλὰ καὶ τὸν ποιμένα προσεκτυφλώσας ἀπῆλθε.

557. C. Ἀτοπώτερος τούτων Ἀπόλλων, εἰ Φενεάτας ἀπώλλυσι τοὺς νῦν ἀμφράξας τὸ βάραθρον κ. τ. λ.] Ad Nonacrin Arcadiæ urbem non procul a Pheneo sitam, fons Stygis fluvii scaturiit, quod constat ex Herodoto L. VI. p. 472. [g] Ælianoo H. A. X. 40. et Porphyrio de Styge ap. Stob. Phys. p. 130. qui hæc et plura ex Callimacho et Philone Heracleota refert. Hujus aquæ cum prius per terræ hiatum, qui βάραθρον vocabatur, defluerent, postea obstructo forte barathro, Pheneatarum regionem inundarunt, urbemque absorbuerunt, ut diserte prodit Pausanias L. VIII. p. 627. ubi videndus J. Kuhnius, et Ez. Spanhemius ad Callimach. H. in Del. vs. 71. Hanc calamitatem vulgari opinione Apollini auctori tributam fuisse significat h. l. Plutarchus. Atqui hoc quidem constat, Herculem cum Apolline de tripode decertasse eumque abstuliisse; nam ipse

[f] De templi origine quædam Menag. D. L. I. 72.

[g] Plin. Hist. Nat. II. 106. Senec. Q. N. III. 25. Antigon. Caryst. CLXXIV.

Digitized by Google

Plutarchus vel hoc libello ejus rei meminit, et multa collegit J. Davisius ad Cicer. N. D. L. III. c. 16. Quod autem additur, Herculem tripodem Pheneum deportasse, Apollinemque conceptam hac injuria iram in insontes Pheneatas effudisse, eosque inundatione perdidisse, ejus vero historiæ ratio non æque est expedita. Condita deinde in ejus locum est nova Pheneus, cui ponit Plutarchus idem contigisse quod antiquæ, ut argumentum ducat ab absurdo. Ceterum ab eo tempore ad Plutarchi ætatem plus quam mille anni effluxerunt, ut recte observat Reiskius: sed noster, ut fit, pro certo numero posuit infinitum. —Pro ἀναστάσας, malim ἀναρπάσας.

557. C. Συβαρίταις δὲ φράζων—Ἥρας] Observat h. l. Cel. Reiskius, Sybarin a Crotoniatis bis fuisse eversam Ol. 68. A. 1. restitutam Ol. 81. A. 4. iterum eversam Ol. 83. A. 1. neque postea restitutam: cujus rei testem laudat P. Wesselingium ad Diodor. Sic. T. I. p. 483. sequ. Ceterum ex iis quæ Athenæus L. XII. p. 521. E, F. ex Phylarcho et Heraclide Pontico refert, constat Junonem Sybaritis infensam fuisse, quamquam uterque diversam memorat causam. Oracula de eorum interitu extant ap. eundem Athenæum l. c. p. 520. A. et Ælianum V. H. III. 43.—Sed hæc Sybaritarum res cum mihi perquam
66 obscura esset, lucem petii a Valckenario, qui ecce istam mihi expromsit explicationem: "*Triplex mihi caussa innotuit, cur Dea suis cultoribus fuerit irata. Tyranno sublato,* [h] *rerum illius participes cum eradicassent,* ἀπεστράφη τὸ τῆς Ἥρας ἄγαλμα, *teste Heraclide Pontico ap. Athen.* p. 521. F. — *Cum triginta vicinorum Crotoniatarum legatos occidissent, et projecissent cadavera a feris dilanianda; hæc prima malorum ipsis causa fuisse dicitur* μηνίσαντος τοῦ Διὸς· *videruntque magistratus eadem nocte atram in civitatem bilem evomentem Deam, quod ibid. E. Phylarchi verbis enarrat Athen. Sed gravissima causa oraculo veteri, quod exhibent Athen. et Steph. Byzant., prædicta fuit iræ Junonis, quod herus servum, in Junonis qui templum confu-*

[h] Eustath. ad Dionys. Per. p. 373.

Digitized by Google

" *gerat supplex, nulla Deæ reverentia tactus in ipso templo* " *verberibus affecerit, quumque is ad sepulcrale illinc con-* " *fugisset patris ipsius monumentum, abstinuerit dominus ver-* " *beribus: hoc narrant Athenæus* XII. *p.* 520. *B. Diogenian.* " *Cent.* III. *Prov.* 26. *ex Pausaniæ Lex. Eustathius in Il.* " *B. p.* 225, 30. *et Stephanus Byz. in* Σύβαρις.—*A Plutarcho* " *designati oraculi qui meminerit neminem novi: ab altero,* " *servato a Stephano et Athenæo, diversum apud Ælianum* " *V. H.* III. *c.* 43. *nihil nos juvat.*"

557. C. Καὶ μὲν οὐ πολὺς χρόνος ἀφ' οὗ Λοκροὶ κ. τ. λ.] [1] Capta Troja, Ajax Locrus Palladis sacerdoti Cassandræ vi vitium intulit. Cujus sceleris non ipse solum luit pœnas, naufragio obrutus scopulisque adfixus, verum et contagio in insontes ejus cives Locros redundavit, qui morbis et calamitate misere vexati sunt. Hæc mala cum, quomodo effugerent, oraculum consultarent, responsum fuit, *Ajacis scelus ipsis expiandum esse, mittendis per mille continuos annos duabus virginibus Trojam, quæ in ædibus Minervæ servili fungerentur ministerio.* Atque hanc illi religionem, quæ bello Phocensi demum defiit, totum illud tempus sancte et constanter observaverunt. Sic Scholiastes Lycophron. vs. 1135. qui hujus historiæ testes adfert Timæum et Callimachum: cui adjungas Ælianum ap. Suidam V. Ποινὴ et ibi L. Kusterum, tum Jamblichum Vit. Pythag. §. 42. et Schol. Homer. Il. N. vs. 66. Hujusmodi ministræ Athenis Λουτρίδες et Πλυντρίδες dicebantur, ut notat Photius Lex. MS. Λουτρίδες, δύο κόραι περὶ τὸ ἕδος τῆς Ἀθηνᾶς· ἐκαλοῦντο δὲ αὗται καὶ Πλυντρίδες.

Versus incerti Poetæ, qui hic leguntur, e Callimacho depromtos esse putavit L. Kusterus loco citato. Verum cum Callimachi Αἴτια, in quibus hæc historia, teste Scholiaste Homeri, prodita fuerat, elegiaco carmine conscripta fuerint, potius Euphorioni tribuendi videntur, ut acute 67
observavit V. Cel. J. Toup. Epist. Critic. p. 162. sequ. et ante eum se observasse mihi dixit Valckenarius meus, qui

[1] Æn. Tact. et ibi Casaub. p. 562. eundem ad Strabon. XIII. p. 896. Hieronym. Adv. Jovinian. I. p. 35. F.

Digitized by Google

eos etiam Euphorionis esse putat, quibus utitur Plutarchus T. II. p. 682. B. Καλαὶ μέν ποτ' ἔσαν καὶ αἱ φόβαι Εὐτελίδαο κ. τ. λ. Sed illi ex Euphorionis Chiliadibus desumti sunt, quem librum laudat Suidas V. Εὐφορίων, cujus verba ita ut a Viro κριτικωτάτῳ emendata sunt, hic adscribenda videntur—[k] ὁ λόγος τοῦ ποιήματος (τῶν Χιλιάδων) ἀποτείνεται εἰς τὴν Ἀττικήν· ἔχει δὲ ὑπόθεσιν ἀποστερήσαντας αὐτὸν χρήματα ἃ παρέθετο, κἂν εἰς μακράν· εἶτα συνάγει διὰ χιλίων ἐτῶν χρησμοὺς ἀποτελεσθέντας· εἰσὶ δὲ βιβλία ε'· ἐπιγράφεται δὲ ἡ πέμπτη Χίλιας περὶ χρησμῶν. Sed pro τὴν Ἀττικὴν legendum esse τὸν Ἀντίοχον, antecedentia clare arguunt, ut vidit Doctor meus suaviſſimus Ruhnkenius.—Pro πέπαυνται Harl. ἐπαύσαντο. Mox Ald. et Bas. ποσι. Denique non dubitavi pro vitioso Ἑῷαι, invitis omnibus libris, germanam lectionem Ἑῷαι, *matutinæ*, restituere.

557. D. Οὐδὲ γὰρ Θρᾷκας ἐπαινοῦμεν ὅτι στίζουσιν ἄχρι νῦν τιμωροῦντες τῷ Ὀρφεῖ τὰς αὐτῶν γυναῖκας.] Orpheum a Threſſis interfectum fuisse, in eo omnes, qui de ejus morte aliquid prodiderunt, unanimiter consentiunt: sed pauci admodum ad hanc originem Thracum mulieres pungendi morem referunt. Quin utriusque rei vera ratio fabulosæ antiquitatis obvoluta est tenebris. Cum Plutarcho tamen pulchre facit Phanocles, qui suaviſſimo carmine Orphei amores et fata cecinit, cujus partem servavit Stobæus S. LXII. p. 399. Sic igitur ille in fine:

[l] Θρῆικες δ' ὡς ἐδάησαν ἀρῆια (melius ἀρῆιοι) ἔργα γυναικῶν
Ἄγρια, καὶ πάντας δεινὸν ἐσῆλθεν ἄχος,
Ἃς ἀλόχους ἔστιζον, ἵν', ἐν χρῶι σήματ' ἔχουσαι
Κυάνεα, στυγεροῦ μὴ λελάθοιντο φόνου.
Ποιναὶς δ' Ὀρφῆϊ κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας
Εἰς ἔτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

Sed diuturna consuetudine, pictura, quæ in pœnæ atque ignominiæ notam instituta fuerat, in honorem atque ornamentum concessit, ut constat ex Herodoto L. V. p. 374. καὶ τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς (Θρήσσαις), τὸ δ' ἄστικτον ἀγενές·

[k] N. B. Locus Suidæ et emend. Toupii mutile expressus est. Consule locum Toupii.

[l] D. R. ad Calc. Ep. Crit.

Digitized by Google

[m] ubi vide P. Weſſelingium. Dignum eſt quod adferatur teſtimonium Clearchi apud Athenæum L. XII. p. 524. D. qui Scythas hujus immanitatis auctores facit: *αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν (Σκυθῶν) τὰς Θρᾳκῶν, τῶν πρὸς ἑσπέραν καὶ ἄρκτον (τῶν del.) περιοίκων, γυναῖκας ἐποίκιλλον τὰ σώματα περόναις, γραφὴν ἐνεῖσαι· ὅθεν πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον αἱ ὑβρισθεῖσαι τῶν Θρᾳκῶν γυναῖκες ἰδίως ἐξηλείψαντο τὴν συμφορὰν, προσαναγραψάμεναι τὰ λοιπὰ τοῦ χρωτὸς, ἵν' ὁ τῆς ὕβρεως καὶ τῆς αἰσχύνης ἐπ'* 68 *αὐταῖς χαρακτὴρ εἰς ποικιλίαν καταριθμηθεὶς κόσμου προσηγορίᾳ τοὔνειδος ἐξαλείψῃ*: Tetigit quoque hunc morem Plato Leg. L. VII. p. 634. F[n]. et Pauſanias Bœotic. p. 304[o].

557. D. *Τοὺς περὶ Ἠρίδανον βαρβάρους μελανοφορουῦντας ἐπὶ πένθει τοῦ Φαέθοντος.*] [p]Fabula de Phaëtontis ſororibus, quæ, dolore fraternæ calamitatis, ad ripas Eridani in arbores converſæ, electrum et aurum ſtillant, ſatis eſt nota. Quam vero h. l. Plutarchus memorat ſive rem, ſive fabulam dicas, nil enim repugno, ejus qui meminerit præter Polybium ſcio neminem. Hic L. II. c. 16. *λέγω δὴ τὰ περὶ Φαέθοντα—καὶ τοὺς μελανείμονας τοὺς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦντας, οὓς φασὶ τὰς ἐσθῆτας εἰσέτι νῦν φορεῖν τοιαύτας ἀπὸ τοῦ κατὰ Φαέθοντα πένθους.*

557. E. *Ἀποτελευτῶσιν.*] Harl. *τελευτῶσιν.*

557. E. *Εἰ δὲ μὴ πάντα*] Harl. *εἰ καὶ μὴ πάντα.*

557. F. *Εἰ δὲ μὴ βούλει.*] [q]Mallem *Εἰ δὲ δὴ βούλει*: nam, negatio quid ſibi velit, non video; ſic infra, *Εἰ δὲ βούλει, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἐάσας, σκόπει τουτονί.* Tum pro *καίτοι*, quid ſi *καὶ γὰρ* reponamus? quamquam hoc quidem adeo neceſſe non eſt, ſi ſententiam ita accipias: *At, ſi placet, hæc omittamus: etſi nullo negotio refelli poſſunt, cum plurima fa-*

[m] Valeſ. Exc. Diod. S. II. p. 596. Epigr. Brunck. III. p. 253.

[n] Dio Chryſ. XIV. 233. D.

[o] Pauſan. nil niſi Threſſas Orpheum necaſſe. De viris *ἐνσείχθαι* Pythagoreus ap. Gale Opuſc. Mythol. 703.

[p] De Dauniorum mulieribus atras veſtes gerentibus Timæus ap. Schol. Lycophr. 1137. Conf. Salmaſ. ad Solin. p. 28. b. De fabulæ origine ad Eridanum, ſ. Padum, electrum e Phaëtontis caſu natum, operæ pretium eſt legere Beckmannum ad Ariſtot. Mirab. Auſc. LXXXII. Plin. XXXVII. 10. Ariſtid. I. 263.

[q] Sanum. Senſus eſt: ſi vero non vis *ἀφιλεῖν τὸ πλῆθος*, omitte hoc, i. e. ne facias, i. e. *μὴ ἀφίλει τὸ πλῆθος.*

Digitized by Google

bulis sint simillima. Est quidem apud Platonem frequens elliptica locutio εἰ δὲ βούλει i. e. *si vero placet, hoc tibi concedo,* vel[r]—*hoc consideremus,* v. c. Menone p. 13. A. Hipp. Maj. p. 96. B. Sympos. p. 317. A. Phædr. p. 338. B. Sed hoc nihil ad hunc locum.—Voss. pro βούλει habet βούλῃ.

557. F. Τῶν θεοξενίων καὶ τῆς καλῆς ἐκείνης μερίδος, ἣν ἀφαιροῦντες τοὺς Πινδάρου κηρύττουσι λαμβάνειν ἀπογόνους.] Disputavit de hoc festo Ed. Corsinus Fast. Att. T. II. p. 337. Sacrum autem erat [s] primum θεοῖς ξενικοῖς, de quibus v. T. Hemsterhusium ad Hesych. T. I. p. 1694.: deinde, aliis etiam Diis. Delphis certe Θεοξένια celebrata fuisse, constat etiam ex Athenæo L. IX. p. 372. A. Θεοφάνια memorantur ab Herodoto L. I. p. 42. ubi Cel. Valckenarius etiamnum malit reponere Θεοξένια, etsi Θεοφάνια, apud Pollucem L. I. 34. et Philostratum V. A. L. IV. p. 171. occurrant. Non diversum fuisse videtur hoc festum ab Ἐπιδημία Ἀπόλλωνος apud Delphos, de quo Callimach. H. Apoll. vs. 12. et ibi Ez. Spanhem.—Τῶν delendum censet Reiskius, me quidem non repugnante[t]. Pro ἀφαιροῦντες mallem ἐξαιροῦντες, quod notat, *portionem terræ, prædæ, sive aliarum rerum alicui eximiam donare.* Sic Plutarch. Quæst. Gr. p. 294. C. μερίδα ἐξαίρετον—νέμουσι. p. 299. E. 69 ἐξαίλον. Xenophonti Rep. Laced. XV. 3. ἐξαίρετος dicitur ea portio. Eodem sensu Plato Alcib. I. p. 33. C. et Max. Tyr. VIII. 1. ἐξαιρεῖσθαι τινὶ τί. Ἀφαιρεῖν dubito hoc sensu dixisse Græcos. Singulare est, quod ex hoc loco discimus, fuisse adhuc eo tempore qui genus a Pindaro ducerent.

p. 558. A. Μέλαιναν καρδίαν κεχάλκευται ψυχρᾷ φλογί, κατ' αὐτὸν τὸν Πίνδαρον.] Hæc in Pindari, quæ extant, Odis non leguntur: verum in fragmento, quod debemus Athenæo L. XIII. p. 601. D.—τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας προσώπου μαρμαριζούσας δρακεὶς, ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν ψυχρᾷ φλογί. Hinc forte colorem duxit Plutarchus Compar. Stoic. et Poët. p.

[r] *Exempli gr.* Aristid. II. 361.
[s] Pindar. Ol. III. inscript.
[t] Repon. Aristid. I. 512.

Digitized by Google

1057. D. Allusit certe eo De Capiend. ex Inimic. Util. p. 91. A. κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν· et Onosander Strateg. XLII[u]. p. 124. αὐτὸς οὖν ὁ στρατηγὸς, ἴσως φήσει τις, ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδήρου κεχάλκευται[x].

558. A. Μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν.] De hoc edicto, quo Spartani Terpandri memoriam celebraverunt, vide Ælianum V. H. XII. 50. Suidam V. et Erasm. Adag. p. 473.

558. A. Πλέον ἔχειν ἑτέρων ἐν τε Βοιωτοῖς δὲ Φιλτιάδαι γένους ὄντες ἀξίου, καὶ παρὰ Φωκεῦσιν διὰ Δαΐφαντον.] Vera est emendatio Xylandri corrigentis: Ὀφελτιάδαι γένος ὄντες ἀξιοῦντε, quam etiam interpretando expressit. Ἀξιοῦντε sensus ipse et constructionis ratio poscit. Philtiadarum inaudita est gens: at Opheltas quidem satis notus, de cujus posteris non dubito quin hic loquatur Plutarchus. Hunc ex Thessalia in Bœotiam cum suis copiis traduxit Peripoltas, ut refert noster in Cimone p. 478. E.: ejusque et patrem et filium, circa belli Trojani tempora, Thebis imperasse, constat ex Pausania Bœotic. p. 723. Diversus ab eo esse videtur Opheltas, Archemori F. sacerdos Jovis Nemei, a quo mons Opheltes nomen accepit: vid. Apollodor. L. I. p. 46. III. p. 175. et Tzetzem ad Lycophron. vs. 373. Idem nomen legitur apud Virgil. Æn. IX. vs. 401. Statium Theb. L. IV. vs. 780. — Daiphantus Phocensis fuit Bathylli filius. Hujus et præclarum facinus memorat, et vitam peculiari libro enarrasse se testatur Plutarchus Virtut. Mul. p. 244. B. Eodemque auctore constat, insignis victoriæ memoriam, quam quingentis ante suam ætatem annis Phocenses de Thessalis duce Daiphanto reportaverant, adhucdum festis fuisse celebratam, in libro Non suav. posse vivi sec. Epic. p. 1098. F. τὴν μὲν γὰρ Μαραθῶνι μάχην ἄχρι νῦν Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν ἐν Λεύκτροις Θηβαῖοι, καὶ νὴ Δία ἡμεῖς τὴν Δαϊφάντου περὶ Τάμπολιν ἑορτάζομεν, ὡς ἴστε, καὶ θυσιῶν καὶ τιμῶν ἡ Φωκὶς ἐμπέπληται. Laudat quoque Reiskius hanc in rem Photium Cod. CLXI. et Pausaniam

[u] Philo Jud. 376. D.

[x] Videtur etiam imitari Heliodor. L. IV. p. 164. Ed. Bourdelot. Ergo perperam Stanleius ad Æschyl. Prom. v. 242. Non ex Æschylo: nam et Æschylus ex Pindaro. Simile Joh. Chrys. T. II. 891. D.

Digitized by Google

Phocic. p. 800. a quo [y] Daiphantus Δαιφάνης vocatur. Variant in eodem nomine Ald. et Coll. Schott. qui Δαΐφατον habent.

558. B. Λυκορμαίοις καὶ Σατιλαίοις κ. τ. λ.] Horum vero memoria fere extincta esse videtur. Lycormas Phocicum nomen esse, ex Pausania Phoc. p. 814. observat Reiskius. Ejusdem nominis, et homo fabulis fertur, v. c. in Silio Ital. L. II. vs. 367., et fluvius Ætoliæ fuit, ut constat ex libello, qui Plutarcho tribuitur, *de fluviis* p. 1152. An forte Λυκωρείοις scripsit Noster? aut incolas saltem Lycoriæ significavit? Fuit hæc oppidum prope Delphos, v. Steph. Byz. V. Λυκώρεια et Ez. Spanhem. ad Callimach. H. Apoll. vs. 19. Sed Lycormæorum quamvis in obscuro lateat ratio, obscurior tamen est Satilæorum: horum enim quod sciam ne vestigium quidem relictum est.—Hoc loco cum mirarer, Plutarchi adhuc ætate fuisse, qui generis originem ad Herculem referrent, quamquam sciebam, posteros forte agnatorum aut Spartæ regum [z] aut Macedoniæ superstites esse potuisse: incidi in amicum qui me hoc errore liberaret, *Quin tu*, aiebat, *boc mirari noli: nam et nostra ætate hominum glorioſa corpora producit tellus, qui ſimilia jactando aures nobis obtundant.*

558. B. Φιλοσοφίᾳ πρέποντος.] Ald. Bas. φιλοσοφίας πρεπόντως. Harl. φιλοσοφίας πρέποντος.

558. C. Συνεκτρέχειν ἐκείνῃ.] Venustus est et raro obvius hic verbi συνεκτρέχειν usus, quo notat *ejusdem esse cum aliquo magnitudinis.* [a] Sic Phintis Pythag. ap. Stob. p. 487. [b] συνεκτρέχειν ἀλλάλοις dixit de *marito et uxore, qui in nuptiis pari et mutuo amore sibi respondent.* Lucianus T. I. p. 493. συνεκδραμεῖν τῷ ἀνέμῳ, *tantum provehi quantum ventus propellit.* Julianus Or. II. p. 54. B. συνεκθεῖν τινί. Suidas V. Δημοχάρης. Et in hunc quoque sensum accipiendus esse

[y] Daiphanti vitam ipse descripsit Plutarch. v. Phot. p. 117. l. 28. Et hoc est quod Reiskius significavit.

[z] Meurs. Lac. Regno. Meziriac. ad Ep. Ovid. citati Fabricio B. G. IX. p. 21.

[a] Sic de amicitia similitudinem amplificavit Auct. ad Herenn. IV. p. 61. b. ed. Berol.

[b] συνξίντρεχε. f. restituendum Eunapio ap. Suid. v. Αἰλιανός.

Digitized by Google

videatur Ælianus H. A. XIV. 23. ubi de maxilla Xiphiæ piſcis loquitur, quæ paulatim creſcit, *κητουμένῳ τῷ ἰχθύι συνεπείγεται, ſimul cum reliquis piſcis partibus in balænæ magnitudinem procedit;* niſi forte, quod olim ſuſpicabar, legendum, *εἰς κήτους μέγεθος τῷ ἰχθύι συμμάχεται* (v. *συνεξάγεται*) *καὶ ἐκείνη* [c].

558. C. Λαχάρους.] Lachares, qui patriam ſuam Athenas auctoritate et copiis Caſſandri in ſervitutem redegit, poſtea a Demetrio fuit expulſus: ut refert Plutarchus Demetr. p. 904. C. F. Aſtutiam, qua fugæ periculum evi- 71
tavit, narrat Polyænus Strateg. L. III. 7, 3. *Λαχάρης, ἁλισκομένων Ἀθηνῶν ὑπὸ Δημητρίου, ἐσθῆτα οἰκετικὴν καὶ ἄγροικον ἀναλαβὼν, μέλανι χρίσας τὸ πρόσωπον, κάλαθον ὑπὸ κόπρου κομίζων, διὰ πυλίδος μικρᾶς ὑπεξελθὼν, ἐπιβὰς ἵππου, Δαρεικοὺς χρυσοῦς ἐπὶ χείρας ἔχων, ἔφευγεν κ. τ. λ.* quo loco legendum putem, *κόπρον ἐπὶ καλάθου κομίζων.* [d] Crudelitatem ejus notat Plutarchus N. ſuav. vivi ſec. Epicur. p. 1090. E. Eumque Minervam ornamentis ſpoliaſſe ſignificat De Iſid. et Oſir. p. 397. D. *τὴν Ἀθηνᾶν Λαχάρης ἐξέδυσε*: quo pertinere etiam videtur Pauſaniæ illud, qui eum vocat L. I. p. 61. *τυράννων ὧν ἴσμεν τότε εἰς ἀνθρώπους μάλιστα ἀνήμερον καὶ εἰς τὸ θεῖον ἀφειδέστατον.* Nec dubitem quin eodem reſpexerit Demetrius [e] Comicus in Areopagit. apud Athenæum L. IX. p. 405. F. quamquam adeo depravata ſunt ejus verba, ut, qui ea ex ingenio reſtituat, eum valde felicem arbitrer. Sic igitur ille:

Τὸ μέγιστον οὐκ εἴρηκα· Λαχάρους τινὸς,
Ὅτ' ἦν ὁ λιμὸς, ἐστιῶντος τοὺς φίλους,
Ἀνάληψιν Ἀθηνᾶν ἐποίησε Λαχάρης
Οὐδὲν ἐνοχλοῦσαν ἐνοχλοῦντα νῦν ἐγώ.

558. C. Ἀρίστωνος.] Fuit hic Athenienſis Philoſophus e ſchola [f] Epicuri; cumque legatus Mithridatis eſſet, patriæ occupavit tyrannidem; verum poſtea obſidione coactus Syllæ ſe dedidit. Videndi ſunt quos laudat J. A. Fabric.

[c] Plat. Theæt. *συνεπίσπευσεν* 120. B. Plut. II. 978. E. *συνέπεσθαι.*

[d] Pauſan. I. 25. p. 61.

[e] Demetrii verſus de Lachare tentavit infelici ſucceſſu S. Petit. Miſc. VI. 22.

[f] Strabo p. 610. Appian. Bell. Civ. Pauſan. Att. I. 20.

Digitized by Google

ad Dion. Caſſ. L. XXXV. p. 50. Variant autem in hoc nomine librarii; nam alibi Ἀριστίων ſcribitur, ut Reiſkius quoque h. l. corrigit: alibi Ἀρίστων, ut h. l. et in Eutropio L. V. c. 6. ejuſque interprete Græco Pæanio et Incerto ſcriptore ap. Suidam V. Γεφυρίζειν, ubi J. Toupius quoque Ἀριστίων reponere tentat, Emend. in Suid. T. I. p. 78. Ceterum eo loco Viri Cl. acumen manifeſtum mendum effugit, judice Ruhnkenio. Cum enim in Suida fit, πολλὰ κατὰ Σύλλου γεφυρίζων καὶ ἐπικερτομῶν ὁ Ἀριστίων, apud Plutarchum Sylla p. 460. A. αὐτὸν ἀπὸ τῶν τειχῶν γεφυρίζων καὶ κατορχούμενος ἐξηρέθιζεν ὁ Ἀριστίων, in loco vero Dionis, καὶ πυῤῥιχίζων καὶ γελωτοποιῶν πρὸς τοὺς πολεμίους: clarum eſt, aiebat V. Cel., pro πυῤῥιχίζων legendum eſſe γεφυρίζων, neque obſtat Plutarchi κατορχούμενος: hoc enim non *ſaltans* notat, ſed, ut Heſychius exponit, καταπαίζων.

558. D. Ἀναλαβόντες δ' αὖθις ὥσπερ ἀρχὴν ξκλωστῆρος τὸν λόγον.] Edd., neſcio quo errore, ἀναλαβόντος, præter Ald. et B. Elegans comparatio ab Ariadnes filo deſumta eſſe videtur; nec diſſimili ratione uſus eſt Max. Tyr. XVIII. 8.
72 ἀναλαβεῖν τὸν λόγον ὥσπερ ἀρχὴν μακρᾶς ὁδοῦ. Ἀναλαβεῖν τὸν λόγον eſt *diſputationem retractare, iterum diligentius tractare.* Sic Plato Criton. p. 338. C. Rep. L. VIII. p. 491. E. X. p. 515. F. Tim. p. 527. F. Plutarch. T. II. p. 212. C. p. 353. D. p. 372. E. De S. N. V. p. 548. E. Philoſtrat. V. A. L. I. p. 45. et alibi. Rarieri exemplo pro παλινῳδεῖν, ſive *revocare*, ponitur ab Origene c. Celſ. L. VIII. p. 748. C. ἀναγκασθήσεται γὰρ ἤτοι εἰς πέλαγος φλυαρίας ἐμπεσὼν ἀναλαβεῖν τὸν λόγον καὶ ἀθετῆσαι τὰ εἰρημένα κ. τ. λ. quam vim interpres non cepit, licet ex contextu orationis et ſequentibus p. 749. A. ſatis fit clara. Ineſt autem in his verbis imitatio Platonis Parmenid. p. 56. B. ἤδη μέντοι ποτέ με καὶ ἔθραξε μή τι ᾖ περὶ πάντων ταυτόν· ἔπειτα, ὅταν ταύτῃ αὖ, φεύγων εἶχομαι, δείσας μή ποτε εἰς τινα ἄμυθον φλυαρίαν ἐμπεσὼν διαφθαρῶ: ubi ſine dubio legendum εἰς ἄβυσσον φλυαρίας, quod, cum per ſe elegans eſt, tum Syneſii auctoritate probatur,

ξ Κλωστῆρος.] Vid. Ariſtoph. Lyſiſt. v. 567. Spanhem. Ran. 1391. eandem vocem notat. Eur. Fr. incert. Muſgr. 286.

Digitized by Google

qui locum diſerte laudat in Dion. p. 52. A. καὶ κίνδυνος εἰς ἄβυσσόν τινα φλυαρίας ἐμπεσόντας διαφθαρῆναι· ὁ καὶ Σωκράτης ἐφοβήθη παθεῖν, καὶ τὸ θέλος (f. δέος) οὐκ ἀπεκρύψατο φίλους ἄνδρας, Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα. Et altera præterea imitatione auctoris libri de Aſtrologia, qui Luciano tribuitur, p. 367. Ἴκαρος δὲ νεότητι καὶ ἀτασθαλίῃ χρεώμενος καὶ οὐκ ἐπιεικτὰ διζήμενος, ἀλλ' εἰς πόλον ἀσφαλεὶς τῷ νῷ, ἐξέπεσε τῆς ἀληθηΐης καὶ πάντως ἀπεσφάλη τοῦ λόγου, καὶ εἰς πέλαγος κατηνέχθη ἀβύσσων πραγμάτων[h]. Similiter locutus eſt Libanius De Vit. ſua p. 4. A. εἰς βάραθρον ἀμαθίας πεσεῖν[i].

558. E. Αἰγὸς τὸν ἠρυγγίτην λαβούσης εἰς τὸ στόμα ἅπαν ἐφίσταται τὸ αἰπόλιον κ. τ. λ.] [k] Ariſtoteles Hiſt. Animal. L. IX. c. 3. et Theophraſtus, ut teſtatur Plutarchus Sympoſ. L. VII. p. 700. D.—καὶ πολλάκις ἀπειπάμεθα τοῖς φίλοις οὐχ ἥκιστα· Θεοφράστου αἰνιττομένου τὸν λόγον ἐν οἷς πολλὰ συναγήοχε καὶ ἱστόρησε τῶν τὴν αἰτίαν ἀνεύρετον ἡμῖν ἐχόντων—καὶ τὸ ἠρύγκιον, ὃ μιᾶς αἰγὸς εἰς τὸ στόμα λαβούσης ἅπαν ἐφίσταται τὸ αἰπόλιον. Locum corruptum probabiliter forte ita correxiſſe videar: καὶ πολλαχῶς ἀπειπάμεθα τοῖς φίλοις, οὐχ ἥκιστα δὲ Θεοφράστου ἀντιθέμενοι τὸν λόγον, ἐν ᾧ κ. τ. λ. Meminit ejuſdem rei Noſter Philoſophand. c. Princip. p. 776. F. τὸ ἠρύγγιον τὸ βοτάνιον λέγουσι μιᾶς αἰγὸς εἰς τὸ στόμα λαβούσης αὐτήν τε πρῶτον ἐκείνην (f. ἔπειτα) καὶ τὸ λοιπὸν αἰπόλιον ἵστασθαι, μέχρις ἂν ὁ αἰπόλος ἐξέλῃ προσελθών. Τοιαύτην ἔχουσιν αἱ ἀπορροιαὶ τῆς δυνάμεως ἐξύτητα. Varia eſt ſcriptura vocis. Turneb. τὸν ἠρυγγίτην. M. Ald. νηρυΐτην, quod ſine dubio ex ἠρυγγίτην ortum eſt. Vid. præterea J. Albertum ad Heſych. V. Ἠρύγγιον.

558. E. Ὀξύτησι καὶ μήκεσι] Ald. Baſ. pro μήκεσι habent μηκέτι. Sed Xylandri Cod. et Voſſ. Coll. Schott. cum re-

[h] Hoc et alia ex eodem libello deſcripſit Anonym. de Incredib. editus a L. Allatio Excerpt. Soph. cap. 14. p. 37.

[i] Hippocrat. Ep. XX. p. 28. F. ed. Charter.

[k] Antigon. Caryſt. Hiſt. Mir. cap. CXV. qui hæc et plura dat, legendumque monet hoc loco τὸν ἠρύγγιον Meurſ. et Beckm. Add. Schol. Nicandri Ther. 645. emendandus ex Ariſtotele: ſed nimium turbavit excerpendo. Ergo ei ſuum eſt relinquendum vitium: forte habuit ea Plutarchi Commentario in Nicandrum. Reſpexit ad hanc rem ſed breviter Plin. H. N. VIII. 76.

Digitized by Google

73 liquis recte μήκεσι. Tum pro ἀπίστους, quod proxime præcessit, Xylander mallet ἀπίστοις, ut ad ὀξύτησι καὶ μήκεσι referretur. De admiranda rerum in hoc mundo connexione apposite ad hunc locum disputat Synesius Insomn. p. 134. C. et sequ.

558. E. Πάθους ἐν Αἰθιοπίᾳ λαβόντος ἀρχὴν κ. τ. λ.] Respicit ad pestem, quæ bello Peloponnesiaco Athenas invasit, et gravissima Thucydidis enarratione L. II. c. 47. æternam adepta est famam. Hinc Lucretius L. VI. vs. 1139.

Ægypti e finibus ortus
Aera permensus multum, camposque natantes,
Incubuit tandem populo Pandionis—.

Maxim. Tyr. XIX. p. 231. ἐξ Αἰθιοπίας ὁ λοιμὸς ῥεῖ καὶ— μεχρὶ τῶν Ἀθηνῶν προελθὼν ἔστη.

558. F. Σιωπῇ περαίνει τὸ οἰκεῖον] Videtur colorem duxisse ex nobili dicto Platonis Leg. L. IV. p. 600. F. ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν πάντων ἔχων εὐθεῖαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος [l]. Idem ad similem disputationem adhibuit auctor libri, qui Aristoteli tribuitur, de Mundo, in fin. ut legitur ap. Stob. Phys. p. 14: nam, cum de duabus Parcis locutus esset, ita de tertia pergit: τὸ ἐνεστὸς Κλώθω συμπεραίνουσα, καὶ κλώθουσα ἑκάστῳ τὰ οἰκεῖα· ὅπερ αἰνίττεται καὶ ὁ μῦθος· Πάντα δὲ ταῦτα οὐκ ἐστὶ ἄλλό τι, πλὴν ὁ θεὸς, καθάπερ καὶ ὁ γενναῖος φησὶ Πλάτων· ὁ μὲν θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσην τῶν ὄντων ἔχων εὐθέως περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. Est autem hic locus plurimorum scriptorum imitatione celeberrimus. Respexit ad eum Philo Jud. Migrat. Abrah. p. 410. C. Plutarchus Exil. p. 601. B. θεὸς ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχων τοῦ πάντος εὐθείᾳ περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. Ad Princip. Indoct. p. 781. F.—ᾗ φησὶν Πλάτων, εὐθέα περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. Adverf. Colot. p. 1124. F. [m] M. Antoninus L. X. c. 11. Clemens Alex. Protrept. p. 46. A. Origenes c. Cels. L. VI. p. 640. F. Eusebius Orat. in Constant. M. p. 729 [n]. Cy-

[l] Seq. τῷ δὲ ἕπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τιμωρός. Procl. ad Hesiod. p. 178, 1.

[m] Atticus Platonic. ap. Eus. P. E. XV. p. 798. D.

[n] P. E. XI. 531. A.

Digitized by Google

rillus c. Julian. L. III. p. 80. D. Variant in ſcriptura hujus loci libri. Nam Platonis quidem Edd. εὐθεῖαν habent: ſcriptores, a quibus laudatur, promiſcue εὐθέα, εὐθείᾳ, et εὐθεῖαν. Cod. Vatican. et MS. Stobæus, qui penes Cel. Ruhnkenium ſunt, hic εὐθέα, ille εὐθείᾳ. Apud Euſeb. l. c. pro εὐθείᾳ reponebat εὐθέα H. Valeſius, quamquam fontis Platonici ignarus. Ceterum, ut pleraque a Pythagoreis tranſtulit Plato, ſic hoc ab Archyta ſumſit, cujus iſtam alicubi ſententiam laudatam inveni: ὁ θεὸς ἀρχά τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐστι τῶν κατὰ δίκαν καὶ ὀρθὸν λόγον περαινομένων. 74 Dictione κατ' εὐθεῖαν περαίνεται uſus eſt alius Pythagoreus, ſive Crito ſive Damippus, utriuſque enim nomen præfixum eſt, apud Stobæum S. III. p. 44. cujus verbis, cum valde corrupta ſint, age videamus an aliquid medelæ afferre poſſimus. Sic autem legitur: πᾶσαι γὰρ (ἄρεται) ποτὶ τὸν λόγον καὶ νόμον τὸν ταύτας (φρονάσιος) συναρμοσμέναι καὶ συντεταγμέναι τυγχάνοντι· περαίνεται δὴ ὁ λόγος ἤδη μοὶ κατ' εὐθεῖαν, καὶ τὸ ῥητὸν ἐν πᾶσιν ἔνι· καὶ τὸ μὲν ὁρίζει καὶ περαίνει· τὸ δὲ ὁρίζεται καὶ περαίνεται. τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν συγκείμενον ἅτε τῷ ὅλῳ καὶ τῷ παντὸς συναρμογὰ ἐντί· Ego vero ita corrigendum putem: π. γ. π. τ. λ. κ. τ. ν. τ. τ. σ. κ. συντεταγμέναι, τυγχάνοντι περαίνεσθαι μὴ ἀλόγως, ἀεὶ δέ τοι κατ' εὐθεῖαν. καὶ τὰ ῥηθέντ' ἐν πᾶσιν ἔνι,—συγκείμενον αὐτῷ τῷ ὅλῳ καὶ τῷ παντὸς συναρμογᾷ ἐντί. Inficete verterat Geſnerus, *περαίνεται, Cetèrum hæc ad inſtituti mei probationem ſatis dicta ſunt;* nam de virtutibus ipſis hæc dicuntur. Αὐτῷ pro ἅτε vera eſt lectio, quam ex Cod. Par. A. notavit Grotius. Pro ῥητὸν, quod ſine dubio vitioſum, legendum καὶ τὰ ῥηθέντ' ἐν πᾶσιν ἔνι: Sc. *duæ res, de quibus diximus,* τὸ ἄλογον *et* λογικὸν, *in omnibus virtutibus inſunt, quod autem ex utriuſque pulchra conjunctione oritur, id ipſius virtutis veluti totum eſſentiamque conſtituit.* Eadem opera reſtituamus vocem περαίνειν Themiſtio Or. VIII. p. 103. B. εἰ μέλλομεν τι περαίνειν: perperam enim legitur παραινεῖν.

558. F. Οὐ μὴν ἀλλὰ πρός γε τὰ δημόσια.] Ald. Baſ. οὐ μὲν ἀλλά τε τὰ δημοσίους. Coll. Schott. duorum librorum diverſas lectiones habet, τὰ πρὸς δημόσια, et γε τὰ δημόσια:

Digitized by Google

hanc Harl. quoque habet, veriorque videtur quam vulgata, et interpreti in mentem venerat. Vulgata si vera esset, ἔχει pendebit a δίκη, quod duriusculum est.

p. 559. A. Ἐν γάρ τι πρᾶγμα καὶ συνεχὲς ἡ πόλις κ. τ. λ.] In tota hac disputatione, quæ eo pertinet, ut doceatur non indecorum esse Deo posteros ob majorum delicta punire, multa, fateor, insunt ingeniose excogitata. Verum cum undique omnia quæ huc convenirent congereret Plutarchus, multa reperias quæ acutius quam verius dicta esse videantur. E quorum numero hoc est. Dixerat Plato, civitatem quam maxime unam esse oportere; in eoque non solum ejus salutem, sed essentiam quoque ponebat. vid. Rep. L. IV. p. 446. D. V. p. 461. D. F. et alibi. Quamquam Aristoteles quidem, dici vix potest quantum eam sententiam ubique exagitet. Rep. II. 2. Dixerant antiqui civitates esse immortales; propterea quod successione civium eædem manere viderentur: vid. Isocrat. 75 Pac. 269. A. Xenophon M. S. [a]L. I. 4, 16. Julian. Ep. XXXV. p. 411. C[b]. Ergo justum est posteros ob majorum peccata pœnas dare. Nil vidi magis! Valet quidem ad hominum opinionem hæc ratio, ad Deum vero, qui quid unusquisque egerit videre potest, neutiquam est transferenda. Itaque Epicurei, contra quos disputat Noster, nunquam talem justitiæ Divinæ defensionem probaverunt, sed Stoicorum nimiam severitatem deriserunt. Sic Velleius[c] ap. Ciceron. N. D. III. 38.—*Dicitis eam vim Deorum esse ut, etiamsi quis morte pœnas sceleris effugerit, expetantur ea pœnæ a liberis, a nepotibus, a posteris. O miram æquitatem Deorum! Ferretne civitas ulla latorem ejusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset*[d]? Verumtamen mox disputationem e tenebris in

[a] Tacit. Ann. III. 6.

[b] Sic genus hominum Plato Leg. IV. 402. G. Populus Aristid. II. 46. 289. Philo Jud. Omn. Prob. Lib. 885. E. Hermias Schol. Phædr. p. 171. Conf. infra p. 562. E.

[c] Velleius Epicureus] Potius Academicus Cotta.

[d] Ita Legem divinam Legibus Solonis confert, quod illa non genus et liberos sed ipsum maleficum puniat, Dio Chr. LXXX. 667. C, D. Busiridem laudat Isocrates p. 391.

Digitized by Google

diem educit Plutarchus, ſuppoſito honeſtiore fundamento, cujus patroni olim Platonici et ipſi Stoici fuerunt, nimirum liberorum ingenia patrum malitia labes quaſdam ſuſcipere, has Deos pœnis veluti medicina eluere atque purgare.

559. A. Πόλις, ὥσπερ ζῶον οὐκ ἐξιστάμενον αὑτῆς,—οἰκεῖον αὐτοῦ—μέχρις ἂν ἡ ποιοῦσα καὶ συνδέουσα ταῖς ἐπιπλοκαῖς κοινωνία τὴν ἑνότητα διαφυλάττῃ.] Pro αὑτῆς, procul dubio, legendum αὐτοῦ; nam ſcribendi ratio requirit, vel πόλις, ὥσπερ ζῶον οὐκ ἐξισταμένη αὑτῆς, vel, ὥσπερ ζῶον οὐκ ἐξιστάμενον αὐτοῦ: quorum hoc præſtat. Mox Harleianam lectionem veriorem judico vulgata οἰκεῖον αὐτοῦ. Ἡ ποιοῦσα manifeſto vitioſum eſt. Reiſkius in lectione Ald. et Baſ. ἡ ποιοῦσα acquieverat. Et fic fere Voſſ. καὶ μέχρις ἂν ἡ ποιοῦσα. Ipſe ſatis probabiliter emendaſſe mihi videbar ἡ ἐμμοῦσα, i. e. conjunctio civitatis, *quæ ſemper nova generatione recens accedit.* Sed plus tribuo Ruhnkenio noſtro, emendanti ἡ ἐνοποιοῦσα[a]. Sic Plato fere Rep. L. V. p. 461. E. ἔχομεν οὖν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ, ὃ ἂν ξυνδῇ τε καὶ ποιοῖ μίαν πόλιν; Compoſitum ἐνοποιεῖν eſt apud Polybium L. VIII. c. 5. et alios.

559. A. Ταῦτά γε τοῖς Ἐπιχαρμείοις ἔοικεν, ἐξ ὧν ὁ αὐξόμενος ἀνέφυ τοῖς σοφισταῖς λόγος.] Epicharmus Siculus, antiquiſſimus comœdiæ poeta et philoſophus, cum omnes res perpetua mutationum ſerie ita ſtatueret verſari, ut numquam, quæ heri fuiſſent, eædem hodie manerent; cauſam et exemplum præbuit Dialecticis argumentandi cujuſdam generis, quod αὐξόμενον λόγον vocarent. Plutarchus Adv. Stoic. p. 1083. A. Ὁ τοίνυν περὶ αὐξήσεως λόγος ἐστὶ μὲν ἀρχαῖος· ἡρέτηται (l. εὕρηται) γὰρ, ὡς φησὶ Χρύσιππος, ὑπὲρ (l. ὑπὸ) Ἐπιχάρμου. Epicharmi de hoc argumento verſus commode ſervavit Diogenes Laërt. L. III. c. 12.

νῦν ὄρη καὶ τὰς ἀνθρώπους· 76

Ὁ μὲν γὰρ αὔξεθ', ὁ δέ γα μὰν φθίνει·
Ἐνὶ μεταλλαγᾷ δὲ πάντες ἐντὶ πάντα τὸν χρόνον.
Ὁ δὲ μεταλλάσσει κα φύσιν, καὶ οὔποκ' ἐν ταυτῷ μένει.

[a] Potes ſervare ποιοῦσι, mutato dativo in accuſat. τὰς ἐμπλοκάς. Conf. Ep. ap. Delph. 387. A.

Digitized by Google

Ἀλλὰ ἕτερον εἴη κ' αὐτὸ δὴ τοῦ παρεξεστακότος·
Καὶ τυ δὴ κἠγὼ χθὲς ἄλλοι καὶ νῦν ἄλλοι τελέθομες
Καὐθις ἄλλοι, κ' οὔποκ' αὐτοὶ καττὸν λόγον.

Reſpexit ad idem ſyllogiſmi genus [t] Plutarchus De Animi Tranquillitate p. 473. D. *οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς σχολαῖς τὰς αὐξήσεις ἀναιροῦντες, ὡς τῆς οὐσίας ἐνδελεχῶς ῥεούσης, λόγῳ ἡμῶν ἕκαστον ποιοῦσι ἄλλον ἑαυτοῦ καὶ ἄλλον.* Feſtiviſſima comparatione illuſtravit in Theſeo p. 10. C. *τὸ δὲ πλοῖον, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἡιθέων ἔπλευσε* (ſc. Theſeus in Cretam) *καὶ πάλιν ἐσώθη, τὴν τριακόντορον ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι· τὰ μὲν παλαῖα τῶν ξύλων ὑφαιροῦντες, ἄλλα δὲ ἐμβαλόντες ἰσχυρὰ καὶ συμπηγνύντες οὕτως, ὥστε καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἰς τὸν αὐξόμενον λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι, τῶν μὲν ὡς τὸ αὐτὸ, τῶν δὲ ὡς οὐ τὸ αὐτὸ μένει λεγόντων.* Ex his puto clarum eſſe, quid ſit *αὐξόμενος λόγος*; ut errare fine dubio videatur Iſ. Caſaubonus ad Athen. II. 2. qui eum accepit pro *gradatione, cum aliud ex alio nectitur, et quaſi per gradus a primo ad ultimum venitur:* nam id quidem in omni ineſt diſputatione, in qua apte et ordine concluditur.—Harl. *αὐξανόμενος λόγος.* et mox *χθὲς—σήμερον.*

559. B. *Μείζονας τε παραλλαγὰς*] Pro *τε* legendum *γε* cum Voſſ. illud conſtructionis ratio reſpuit, hoc vim et elegantiam addit orationi.

559. C. *Ἐνέχεσθαι τοῖς ὀνείδεσι τῶν προγόνων ἀξιοῦμεν*] *Ἐνέχεσθαι* pro *ἔχεσθαι* Xylander ex ſuo Codice recepit. Loco *ἀξιοῦμεν* Harl. *ἀξιοῦτε.*

559. C. *Εἰς τὸν Ἡρακλείτειον ἅπαντα πράγματα ποταμὸν ἐμβαλόντες, εἰς ὃν οὔ φησιν δὶς ἐμβῆναι.*] Heraclitus princeps, ut cum Platone loquar, *τῶν ῥεόντων φιλοσόφων*, ſeu eorum qui nihil certam atque definitam exiſtentiam habere, ſed omnia continua mutatione agitari dicerent; hic itaque rerum naturam cum *fluvio* comparabat, *in quem idem homo non bis poſſet deſcendere, quod nunquam eadem, ſemper alia ejus eſſet aqua.* Quod dictum adeo eſt celebre, ut fere

[t] Conf. Logica III. 9, 4. Plut. II. 786. F. Chryſippus de hoc *περὶ αὐξανομένου* Philo Jud. 951. B.

Digitized by Google

proverbii vim acceperit. Plato Theætet. p. 118. F. Cratyl. p. 265. A. λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα ῥεῖ, καὶ οὐδὲν μένει· καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει, ὡς δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. Plutarch. EI ap. Delph. p. 392. B. ποταμῷ γὰρ οὐκ ἐστὶν ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ, καθ' Ἡράκλειτον. [u] Neque displicebat hæc ratio ipsis Stoicis, in qua cum mire argutarentur, non effugerunt Plutarchi censuram: vid. Adv. Stoic. p. 1083. et sequentibus. Sic certe Seneca Epist. LVIII. p. 483. *Quæcunque videmus Plato in illis non numerat quæ esse proprie putat. Fluunt enim et in assidua diminutione atque adjectione sunt. Nemo nostrûm idem est in senectute, qui fuit juvenis: nemo est mane qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more. Quidquid video currit cum tempore: nihil ex bis, quæ videmus, manet. Ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est quod ait Heraclitus: "In idem flumen bis non descendimus." Manet idem fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est, quam in homine.* Adde Numenium ap. Euseb. P. E. L. XI. p. 528. B. Stobæum Phys. p. 40., et quos Reiskius laudat, A. Menagium ad Diog. Laërt. Vit. Heraclit. p. 579. et Th. Gatakerum ad M. Antonin. L. IV. p. 43.

559. C. Πόλις ἓν πρᾶγμα] ἓν abest a Voss. male!

559. D. Ἐξ αὐτοῦ γὰρ οὐχ ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν] Sic eadem distinguit Plutarchus Quæst. Plat. p. 1001. C. ἡ δὲ ψυχὴ— οὐκ ἔργόν ἐστι τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος· οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονε.

559. D. Εἰ δὲ μὴ δόξαιμι [x] παίζειν ἐγὼ, φαίην ἂν ἀνδριάντα Καισάνδρου καταχαλκευόμενον ὑπ' Ἀθηναίων πάσχειν ἀδικώτερα— ἢ τοὺς ἐκγόνους κ. τ. λ.] Καταχαλκευόμενον, cum potius *ex aere fabricatum*, quam *conflatum* notet, huic loco non est aptum, ut vidit etiam Reiskius, qui καταχωνευόμενον corrigit. Quid si ἀνδριάντα χαλκοῦν καταχωνευόμενον dedit Plutarchus? Certe, utramque vocem facile in hanc unam conflare potuit librariorum incuria. Pro ἀδικώτερα Ald. et Bas. male ἀδι-

[u] Areus Didym. ex Cleanthe adfert ipsius verba Heracliti Eus. P. E. XV. 821. D.

[x] Εἰ δὲ μὴ δόξαιμι] Platonica formula Leg. VII. 629. C.

Digitized by Google

κάτατα. Ceterum forma, qua periodum orditur noſter, forte a Platone fluxit, qui ita Leg. L. VII. p. 629. C. Εἰ μὴ μέλλοιμι δόξειν παίζειν, φαίην ἄν. . .

559. Ε. Προλέλοιπε.] In Voſſ. eſt πολέλοιπε, unde quidam correxit ἀπολέλοιπε. Sed vulgata elegans eſt.

559. Ε. Νυσαίῳ δὲ καὶ Ἀπολλοκράτει, καὶ Ἀντιπάτρῳ καὶ Φιλίππῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως παισὶ τῶν τοιῶν.] Nyſæus et Apollocrates filii fuerunt Dionyſii ſenioris: vid. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 41. Antipater et Philippus filii Caſſandri: quorum hic brevi poſt extinctum patrem tabe interiit, ille Philippo ſucceſſit, matrem Theſſalonicen interemit, et ipſe tandem ſive ab [y] Alexandro fratre, ſive Demetrio, ſive Lyſimacho, diſſentiunt enim auctores, ſublatus eſt. Vid. qui a Reiſkio laudatur, Simſon Chron. A. M. 3707.—Pro παισὶ Harl. Coll. Schott. M. Ald. πᾶσι 78

p. 560. A. Ἀνέστρεψε.] Voſſ. ἀνέτρεψε, quod Reiſkio quoque in mentem venerat, qui tamen recte vulgatam germanam judicat et ita explicat, *reduxit eos in rectam viam.*

560. A. Μέρει διὰ μέρους.] Equidem probe ſcio, μέρος nonnunquam corporis membrum notare, et μέρη καὶ μέλη ſæpiſſime conjungi: quæ tamen ratio, neſcio quo modo, mihi ſemper ab hoc loco aliena viſa eſt. Malim itaque μέλει διὰ μέλους. Sic in Æliano H. A. IV. 33. ὁ βοῦς—τῷ συέλει παίσας, συνέτριψε μέρος τι βουπόλου: eadem forte correctione legendum, μέλος.

560. A. Διαγίγνεσθαι] Coll. Schott. T. V. B. διαγίνεσθαι.

560. A. Ὑπολαβὼν ὁ Ὀλυμπιακὸς.] M. Ald. ὑποβαλὼν. Harl. Ὀλυμπικός. De hac confuſione, vide quæ notavimus p. 549. B.

560. B. Νομίζεις ἔπεσθαι τῷ τοὺς θεοὺς ἐπιβλέπειν ἕκαστα, τὸ τὰς ψυχὰς ὑπάρχειν ἢ πάμπαν ἀφθάρτους ἢ χρόνον τινὰ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐπιμενούσας.] Sive ut Pythagorei et Platonici, qui animas in æternum duraturas ſtatuebant: ſive ut Stoici, qui eas diu quidem permanere at aliquando interire putabant. Cicero Tuſc. I. 31. *Stoici autem uſuram nobis largiuntur tamquam cornicibus: diu manſuros aiunt animos; ſemper negant.* Vid. J. Daviſ.—Voſſ. μενούσας.

[y] Pauſan. p. 725.

Digitized by Google

560. B. Οὐκ ὦ 'γαθὲ, εἶπον, ἀλλὰ μικρὸς οὕτω καὶ κενόσπουδος ὁ θεός ἐστιν, ὥστε μηδὲν ἡμῶν ἐχόντων θεῖον ἐν αὐτοῖς—ποιεῖσθαι λόγον τοσοῦτον.] Cum multa ſint pro animæ immortalitate argumenta, tum hoc in primis pulcrum atque evidens eſt, quod a virtutibus Divinis ducitur. Si enim rerum hæc univerſitas a Deo procreata eſt, ut eſt profecto; ejus certe ſapientiam non decet animam in eaſdem cum corpore ſpatii includere anguſtias: quin ut ipſa corpore præſtantior eſt, ita ejus curriculum ultra hujus vitæ fines extenſum debet eſſe. [z] Simili ratione uſus eſt Cicero Tuſc. I. 49.—*Non enim temere, nec fortuito ſati et creati ſumus: ſed profecto fuit quædam vis, quæ generi conſuleret humano; nec id gigneret aut aleret, quod, cum exanclaviſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum*—. Ceterum, ne quem forte offendat forma, qua uſus eſt Plutarchus, Οὐκ ὦ 'γαθὲ ἀλλὰ μικρὸς cet. eſt hæc elegans, ſed raro ea 79
obvia ironia, cujus forte exemplum [a] deſumſit a Platone ſuo, qui ita in Alcibiad. I. p. 32. A. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν, εἴπερ ἐν νῷ ἔχεις ἡγεμὼν εἶναι τῇδε τῇ πόλεως, ὡς πρὸς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς καὶ τοὺς Περσῶν τὸν ἀγῶνα σοι ἡγούμενος εἶναι, ὀρθῶς ἂν ἡγοῖο. ΑΛΚΙΒ. Κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν. ΣΩΚΡ. Οὐκ ὦ 'γαθὲ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σε δεῖ τὸν ὀρτυγοτρόφον ἀποβλέπειν, καὶ ἄλλους τοιούτους, οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἐπιχειροῦσιν. κ. τ. λ.

560. B. Φύλλοις, ὡς Ὅμηρος ἔφη, παραπλησίως ἀπομαραινομένῳν παντάπασι.] Homerus Il. Z. vſ. 146 [a].

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν·
Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χάμαδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη·
Ὣς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.

560. C. Αἱ τοὺς Ἀδωνίδος κήπους ἐπ' ὀστράκοις τισὶ τιθηνούμεναι γυναῖκες [b].] Horti Adonidis proverbii vim habent, et de rebus immaturis ac brevi perituris dicuntur. Sic Plato Phædr. p. 357. A. ὁ νοῦν ἔχων γεωργὸς, ὧν σπερμάτων κήδοιτο, καὶ ἔγκαρπα βούλοιτο γενέσθαι, πότερα σπουδῇ ἂν θέρους εἰς Ἀδωνίδος κήπους ἀρῶν χαίροι, θεωρῶν καλοὺς ἐν ὀκτω ἡμέραισιν γενο-

[z] Simile Leg. VII. 627. D.
[a] Utitur hoc loco Attic. Euſ. P. E. XV. 796. C. Ariſtid. II. 46.
[b] Theophr. H. Pl. VI. 7.

Digitized by Google

μένους c. Epictetus Arriani L. IV. D. VIII. p. 642. ἀτελές ἐστι ἐκ κηπίου Ἀδωνιακοῦ. Philoſtratus Vit. Apollon. L. VII. p. 311. Julianus Cæſar. p. 329. C. Simplicius ad Ariſtotel. de Cœlo p. 6. B.—d Vid. Diogenian. I. 4. et Eraſmus Adag. p. 1047. et J. Meurſ. Græc. Fer. V. Ἀδώνια. Uſus eſt eodem proverbio Euripides in Melanippe, ut Cel. Ruhnkenius ad Platonis Scholiaſten docebit. Quod egregium munus eo vehementius deſideramus, quo magis et ipſi Platoni novam lucem affuſum iri novimus, et a ſummo Viri Cel. ingenio et eruditione omnia præclara exſpectamus.

560. C. Ἐφημέρους ψυχὰς—ἀποσβεννυμένας εὐθὺς.] Sine dubio legendum, ἐφημέρων ψυχῶν—βλαστανουσῶν, εἶτα ἀποσβεννυμένων: pertinent enim ad φθινόντων et ἀπομαραινομένων, cum quibus a communi verbo λόγον ποιεῖσθαι pendent. Pro εὐθὺς Harl. Aldi et Baſ. ἀεί.

560. C. Σκόπει τοῦτον τὸν ἐνταυθοῖ (θεὸν)—εἴ σοι δοκεῖ, τὰς ψυχὰς τῶν τελευτώντων ἀπολλυμένας ἐπιστάμενος εὐθὺς, ὥσπερ ὁμίχλας ἢ καπνοὺς ἀποπνεούσας τῶν σωμάτων—τιμὰς ἀπαιτεῖν τοῖς τεθνηκόσιν.] Levis ſane eſt ratio, et quæ ad hominum tantum valeat ſuperſtitionem. Similiter fere Cicero Amicit. C. 4. *Plus apud me antiquorum auctoritas valet, vel noſtro-*
80 *rum majorum, qui mortuis tam religioſa jura tribuerunt: quod non feciſſent profecto, ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur.*— Quod vero ait Plutarchus, ψυχὰς ὥσπερ ὁμίχλας ἢ καπνοὺς ἀποπνεούσας τῶν σωμάτων, reſpicit ad Epicureos, qui ita et ſentiebant et loquebantur. Sextus Empiricus L. IX. Adv. Phyſ. p. 568. καὶ οὐχ, e ὡς ἔλεγεν ὁ Ἐπίκουρος, καπνοῦ δίκην σκίδνανται. Lucretius L. III. v. 437.

Et nebula ac fumus quoniam diſcedit in auras:
Crede animam quoque diffundi, multoque perire
Ocius, et citius diſſolvi corpora prima,
Cum ſemel omnibus e membris ablata receſſit.

VI. 456.

Ergo diſſolvi quoque convenit omnem animai

c Reſpicit Stob. Phyſ. p. 103, 159. Schottus.

d Suid. At nec Zenob., nec Pauſanias ut in nota ad Diogen. vult

e Epicur. Epiſt. ad Herodot. Diog. L. X. 65.

Digitized by Google

Naturam, ceu fumus in altas aëris auras.

Hanc dicendi formam ipſe frequentavit Plato Phædon. p. 381. A. τὰ δὲ περὶ τῆς ψυχῆς πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, μὴ ἐπειδὰν ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος, οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ, ἀλλ' ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διαφθείρηταί τε καὶ ἀπολλύηται, ᾗ ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, εὐθὺς ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος, ἅσπερ πνεῦμα ἢ καπνὸς διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπταμένη, καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ.—feſtive 348. C. ὅμως δὲ μοὶ δοκεῖς . . . . . δεδιέναι τὸ τῶν παίδων, μὴ ὡς ἀληθῶς ὁ ἄνεμος αὐτὴν ἐκβαίνουσαν ἐκ τοῦ σώματος διαφυσᾷ καὶ διασκεδάννυσιν· ἄλλως τε καὶ ὅταν τύχῃ τις μὴ ἐν νηνεμίᾳ ἀλλ' ἐν μεγάλῳ τινὶ πνεύματι ἀποθνήσκων.—p. 385. G. et p. 387. C. μὴ φοβηθῇ ὅπως μὴ ὑπὸ τινῶν ἀνέμων διαφυσηθεῖσα καὶ διαπταμένη οἴχηται.—Olympiodorus MSt. ad hunc locum p. 28. Homerum hujus ſententiæ auctorem facit: ἧς δόξης ἦν καὶ ὁ ποιητὴς,

Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη αἰδόσδε βεβήκει

καὶ

Ὤιχετο τετριγυῖα κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνός.

In eandem rem verſus legitur apud Plutarchum Iſid. et Oſir. p. 360. C[f].

Ὠκύμοροι καπνοῖο δίκην ἀρθέντες ἀπέπταν.

560. D. Ἡρακλῆς ὑφελὰν τὸν τρίποδα.] Vide quæ p. 557. C. notavimus.

560. D. Ἕως τοῦ πολλὰ τοιαῦτα προθεσπίζεσθαι καὶ καθ' ἡμᾶς, οἷα καὶ Κόραξι τῷ Ναξίῳ χρησθῆναι λέγουσιν.] In Edd. temere ac magno ſententiæ detrimento hæc cum antecedentibus conjunguntur. Porro ipſa conſtructionis ratio 81
poſtulat Ἄχρι γὰρ cet.—Ceterum quid cauſſæ eſſe dicamus, quod non recens exemplum adferat Plutarchus, qualia multa ſuo tempore extitiſſe ait, ſed ad remotam antiquitatem confugiat. Forte exempla hæc talia fuerunt quale illud Archilochi; quæ cum recenti eſſent memoria, et colloquentibus amicis, utpote Delphis, nota, Plutarchus ea reticere ſatius duxit. Sed ne hæc quidem ratio mihi ſatisfacit.

[f] Empedoclis. v. Sext. Emp. p. 160. D.

[g] Hæc ad hiſtorica argumenta immortalitatis pertinent, expertia ἀναλύσεως. Plotin. 467. A. D.

Digitized by Google

560. D. Τὸ ὀνομαζόμενον ξένον] Clarum eſt, ζόμενον a ſequenti ξένον perperam acceſſiſſe, et legendum eſſe ὄνομα ξένον, ut viderat jam Xylander. Ὄνομα et πρᾶγμα ſæpiſſime conjungi, neminem facile fugiat.

560. E. Ὁ γὰρ ἀποκτείνας ἐν τῇ μάχῃ τὸν Ἀρχίλοχον ἐκαλεῖτο [h] Καλάνδης—ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν.] [i] Hiſtoria eodem fere modo narratur ab Ælian apud Suidam V. Ἀρχίλοχος.—Ariſtides Or. Plat. II. p. 293. οὐδ' ἂν ὅ γ' Ἀπόλλων—τὸν ἀποκτείναντα Ἀρχίλοχον, ὃς τὸ πάντων ἔξοχον καὶ δυσχερέστερον εἶδος τῆς ποιήσεως μετεχειρίζετο τοὺς ἰάμβους, ἐξεῖργεν ἂν τοῦ νέω, φάσκων οὐκ εἶναι καθαρὸν, καὶ ταῦτ' ἐν πολέμῳ τοῦ φόνου συμβάντος· ἀλλ' ὅμως ἐτίμησε τὸν Ἀρχίλοχον, καὶ Μουσάων θεράποντα προσεῖπεν, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπων διάκονον οὐδενός. Dio Chryſoſtomus Orat. XXXIII. p. 397. C. τὸν μέν γε ἀποκτείναντα αὐτὸν (Ἀρχίλοχον) ὁ Ἀπόλλων ἐξελαύνων ἐκ τοῦ νέω, Μουσῶν αὐτὸν ἀνεῖπε (f. ἀνεῖλε) θεράποντα ἀνῃρηκέναι· καὶ τὸ δεύτερον, ὡς ἀπελογεῖτο ἐν πολέμῳ λέγων ἀποκτεῖναι, πάλιν Μουσῶν θεράποντα ἔφη τὸν Ἀρχίλοχον. Libanius Orat. de Vita ſua p. 27. B. Declam. XXIX. p. 687. ὁ δὲ ὑμᾶς ὥσπερ τὸν τοῦ Ἀρχιλόχου φονέα διαῤῥήδην ἐξελαύνει τοῦ νέω, Μουσῶν ὑμᾶς ἀπεκτονέναι καὶ αὐτοῦ θεράποντα ὑπειπών. Ab Œnomao tamen Archilochi interfector vocatur Archias, ap. Euſeb. P. E. L. V. p. 228. C. Οὔκουν ἄδικος ἡ πρὸς τὸν Ἀρχίαν ἀπειλὴ, οὐδ' ἄκαιρος ἡ Πυθία τιμωροῦσα τῷ Ἀρχιλόχῳ τῷ πάλαι νεκρῷ, καὶ κελεύσασα ἐξιέναι τοῦ ναοῦ τὸν ἐναγῆ· Μουσάων γὰρ ἀπέκτεινε θεράποντα. Origenes c. Celſ. L. III. p. 462. A. Ἀλλὰ καὶ Μουσῶν θεράποντα εἰπὼν τὸν Ἀρχίλοχον ἄνδρα ἐν κακίστῃ καὶ ἀσελγεστάτῃ ὑποθέσει ἐπιδειξάμενον τὴν ἑαυτοῦ ποιητικὴν, καὶ ἦθος ἀσελγὲς καὶ ἀκάθαρτον παραστήσαντα, ὅσον ἐπὶ τῷ θεράποντα εἶναι τῶν Μουσῶν, νομιζομένων εἶναι θεῶν, εὐσεβῆ τινα ἀνηγόρευσεν. Vid. ad h. l. Spencerum, T. Hemſterhuſ. ad Callimachi Fragm. p. 590. et quos Reiſkius laudat Menagium ad Diog. Laërt. L. IX. c. 56. et J. Fabric. B. G. T. I. p. 572. qui ſimul obſervat Coracem Archilochi percuſſorem et Coracem Protagoræ magiſtrum ab Abulpharagio fuiſſe con-

[h] Calondas frater Arati. Vid. Vit. Arati ab init.

[i] Plin. H. N. VII. 30.

Digitized by Google

fuſos.—Harl. ἐπώνυμον et ἐξιλάσασθαι. Denique cum omnium ſcriptorum, quos laudavimus, conſenſu conſtet, Ar- 82
chilochum a Pythia Muſarum θεράποντα vocatum fuiſſe, hoc ipſum pro ἱερὸν ἄνδρα ſubſtituere aliquando malui. Sed cum vulgata ſatis videatur bona, præſtat nil mutare[j].

560. E. Ταίναρος· ἐκεῖ γὰρ φασὶν—Τέττιγα τὸν Κρῆτα πόλιν κτίσαι—παρὰ τὸ ψυχοπομπεῖον.] Facit huc Heſychius Τέττιγος ἕδρανον· ἡ Ταίναρος· Τέττιξ γὰρ ὁ Κρὴς Ταίναρον ἔκτισεν.—Coll. Schott. M. Ald. T. V. B. περὶ τὸ ψυχ.[k]

p. 561. A. [l]Χάριτας ἢ τινὰς κολάσεις.] Conjeci χάριτας καὶ τιμὰς ἢ κολάσεις. Neque enim τινὰς ferri hic poteſt, et χάρις ſæpiſſime cum τιμῇ conjungitur.

561. B. [m]Παῖδας ἢ φίλους ἢ γένος ἢ οἰκεῖον αὐτῆς] Coll. Schott. et Harl. fine ἢ habent, γένος οἰκεῖον: quod melius, fine dubio, eſt quam vulgatum. Niſi forte quis malit, παῖδας ἢ γένος ἢ φίλους ἢ οἰκείους: ſolet enim hæc jungere Plutarchus, v. c. Theſ. p. 4. F. T. II. p. 143. A. καὶ φίλους καὶ οἰκείους. et alibi ſæpe.

561. B. Καὶ δίκην τίνοντας * * * οὐδεὶς ἂν ἀγαπήσειεν κ. τ. λ.] Locum ſtellis notavimus, quod pauca quædam excidiſſe videntur, ut vidit etiam interpres. Reiſkius quidem ſupplet, τίνοντας, χρὴ δάκνεσθαι (vel σφόδρα λυπεῖσθαι) καὶ ἐνθυμηθεὶς ταῦτα οὐδεὶς ἂν ἀγαπ. Sed ne ſic quidem omnia plana ſunt, nec integra oratio ab ἔχω μὲν pendere poteſt.

561. B. Ἐπὶ ταῖς τοῦ Διὸς τιμαῖς ἄδικον γενέσθαι καὶ ἀκόλαστον.] Sic in Amatorio p. 760. B. ἆρ' οὖν ἐραστῶν τοσούτων γεγονότων καὶ ὄντων οἶσθα ἐπὶ ταῖς τοῦ Διὸς τιμαῖς προαγαγὸν ἐρωμένου γενόμενον: quod perperam vertit interpres, —*ullum noſti, qui vel Jovis honorandi gratia amaſium proſtituiſſet?* Redde—*qui vel Jovis honores depactus eſſet, ut amaſium pro-*

[j] Conf. Æl. V. H. X. 13. Galen. Protrept. Cap. IX. Solin. p. 8. E. ibique Salmaſ.

[k] Meurſ. Cret. p. 223. nil præter duos hos locos habet.

[l] 561. A. Sic ἀγωνίζομαι et διαγωνίζ. opponit Junc. Stob. 588, 52—56. Res ipſa proverbialis Propert. II. 25. 25.

[m] 561. B. τιμὰς ἀναιρεισομένας.] Hoc damnatis erat ſuetum. Tacit. Ann. III. 14. Malefici in theatris antequam interficiuntur ſplendidis veſtibus ornantur, Salmaſ. ad Spartian. Hadrian. 17. Am. Marcellin. p. 370. ed. Pariſ. Simile ad explicationem Dio Chryſ. IV. 70. A, B.

Digitized by Google

ſtitueret. Sic fere Lucianus Amor. p. 886. *ἆρ' οὐκ ἂν ἡ μία νὺξ τῶν τοῦ Διὸς σκήπτρων ἐτιμᾶτο.* Ceterum Reiſkius corrigit: *ἀδικὸς—ἀκόλαστος*: quamquam vulgata vitioſa non eſt.

561. B. *Ἔχω μέν τινα καὶ λόγον εἰπεῖν, ἔναγχος ἀκηκοὼς, ὀκνῶ δὲ μὴ φανῇ μῦθος ὑμῖν.*] Imitatur Platonem, qui eadem verecundia præfatus eſt fabulæ de inferis in Gorgia p. 312. E. *Ἄκουε δὴ μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, μῦθον, ἐγὼ δὲ λόγον· ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοὶ λέξω, ἃ μέλλω λέγειν.* Sic ipſe Plutarchus, cum narrationem ſimilis fabulæ de Timarcho Chæronenſi orditur, in De Genio Socrat. p. 589. F. *Ἃ δὲ Τιμάρχου τοῦ Χαιρωνέως ἠκούσαμεν ὑπὲρ τούτου*
83 *διεξιόντος οὐκ οἶδα μὴ μύθους*[n] * * *λογίσωνται, σιωπᾷν ἄμεινον.* *Μηδαμῶς, εἶπεν ὁ Θεόκριτος, ἀλλὰ δίελθε αὐτά· καὶ γὰρ, εἰ μὴ λίαν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἔστιν ὅπη ψαύει τῆς ἀληθείας καὶ τὸ μυθῶδες*: lacunam ſorte ita ſuppleas,—*μύθους οἱ πολλοὶ ὑμῶν λογίσωνται καὶ σιωπᾷν ἄμεινον.* Sympoſiac. L. IX. p. 740. B. *ἔφη, πολλαχοῦ μὲν ἡμῖν τὸν Πλάτωνα προσκαίζειν διὰ τῶν ὀνομάτων, ὅπου δὲ μῦθόν τινα τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ μίγνυσι χρῆσθαι μάλιστα τῷ πῷ.* Porro Plato in Phædone p. 399. A. cum narrationem de conditione hominum poſt mortem orditur, fabulam ſe narrare profitetur, *εἰ γὰρ δεῖ καὶ μῦθον λέγειν καλὸν, ἄξιον ἀκοῦσαι.* Ad quem locum digna eſt quæ adferatur explicatio Olympiodori MSS. *Καλὸν ἔφη τὸν μῦθον, ὡς καὶ τὸ φαινόμενον κατὰ φύσιν ἔχοντα, καὶ οὐδὲν ἀπεμφαῖνον. Διὸ ἢ ταῦτα εἶναι τὰ πράγματα ὡς ἀληθῶς φαίη τις ἄν, ἢ τοιαῦτα καὶ οὐ πόῤῥωθεν τὸ μυθικὸν ἔχοντα· ἴσως δὲ ὅτι καὶ μῦθος καὶ λόγος ὁ αὐτὸς εἶναι δύναται· λόγος μὲν ὅτι καὶ τὰ πράγματα τοιαῦτα, μῦθος δὲ ὅτι αἰνίξασθαι δύναται καὶ βελτίονα ὑπερέχοντα.* l. *ὑπάρχοντα.* Tali modo ſemper *μῦθος* et *λόγος* diſtinguuntur. Plato Phædon. p. 376. H[o]. *ἐννοήσας ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους ἀλλ' οὐ λόγους.* Leg. L. IX. p. 659. G. *μῦθος ἢ λόγος, ἢ ὅ τι χρὴ προσαγορεύειν αὐτόν.* Ariſtides T. I. p. 25. *εἴτε καὶ λόγον εἴτε καὶ μῦθον χρὴ φάναι.* Sic p. 21. Libanius Declam. IX. p. 357. C. *μῦθον τὸν λόγον ἡγούμην*[p].

[n] Quare Plato fabulas de Inferis prodiderit Diog. L. III. 79, 80.

[o] Longus II. 48. ed. Jungerm.

[p] Heinſ. ad Max. Tyr. p. 113. ed. Heinſ. Dio Chryſ. Or. I. p. 10. D. XXXVIII. 457. D. corrige. Vid. Exc.

Digitized by Google

Λόγος in *μύθῳ* est veritas quæ in fabulæ involucro latet: sic Origenes c. Cels. L. I. p. 330. D. *ἰδιῶται μύθους ἀκούσαντες, ἂν τοὺς λόγους οὐκ ἐπίστανται, μέγα ἐπ' αὐτοῖς φρονοῦσι.*—

561. B. Ὀλυμπικὸς.] Coll. Schott. Ὀλυμπιακός.

561. B. Ἐάσατε—*ἀποδοῦναι μὲ τῷ λόγῳ τὰ εἰκὸς, ὕστερον δὲ τὸν μῦθον—κινήσομεν*] Εἰκὸς satis probabiliter vertit interpres, *id quod reliquum est*: notat enim, *id quod rei convenit*. Veruntamen hac me ratione offendit, quod de fabula, quam narraturus est, eodem verbo usus est, *μόνῳ οὖν χρῶμαι τῷ εἰκότι*. Cum enim *μῦθον* a *λόγῳ* diserte distinguat, utrique *τὰ εἰκὸς* minus bene tribuere videtur. Malim certe *τὰ συνεχὲς*, i. e. *reliquum, continuationem*. Hoc sensu dixit Julianus, Or. Π. p. 69. D. *τὰ συνεχὲς ἀποδοῦναι τῷ λόγῳ*.

561. B. Τὸν *μῦθον—κινήσομεν*] Elegans est locutio. Sic Euripides Electr. vs. 302. *κινεῖς μῦθον*. Plato Politico p. 176. E. *ἐγείρειν μῦθον*. p. 186. F. *κινεῖν λόγον*. Sext. Empir. c. Mathem. p. 16. D. Joh. Chrys. Hom. Antioch. XV. p. 168. D, E. XIX. p. 213. B.

561. C. Πῇ δὲ *ἐοικότα καὶ ὅμοια*.] Absunt hæc a Harl. In Voss. est *πῇ δὲ εἰκότως ὅμοια*. An forte *ἐπιεικῶς ὅμοια* scripsit?

561. C. Ὑπὸ τοῦ Βίωνος.] Inducenda hæc esse vel me ta- 84
cente quivis videat: etenim tam manifeste glossam sapiunt, quam quod maxime. Prius pro *αὐτὸν* corrigere tentabam *ἄν τινα*, ut sensus fit, *Qua vero ratione Bionis comparatio cum nostra quæstione conveniat, latere quem posset*[1].

561. E. Προσέχειν *ἀξιοῦντες ἑαυτούς*.] Legendum *ἑαυτοῖς*, ut vidit etiam Reiskius.

p. 562. A. Περιμένειν καὶ μέλλειν *ἄχρις ἂν ἐκχυθεῖσα τοῖς πάθεσιν ἐμφανὴς γένηται κακόφρονα τὸν ἀμφανῆ πραπίδων καρπὸν ὡς φησὶ Πίνδαρος*[2].] Reiskius corrigit—*κακόφρονα κεύθουσα τὸν ἀφανῆ π. κ.* quod tamen adeo necesse non videtur, quod

4. LIII. 554. A. LX. 580. D. Philo Jud. 1007. E. hinc expl. *φύσις* est allegoria.

[1] *εἰκὸς*.] f. *ἑξῆς*. Clem. Alex. Str. I. 591. A. Plut. II. 66. D. 546. B. Plat. Tim. 523. D. Liban. T. II. p. 58. C.

[2] At hæc videtur certa quædam constructionis forma esse. Veluti Cic. Tusc. III. 22. *Legimus Clitomachi librum quem ille misit*—Conf. Ind. Gr. Voc. *Αὐτὸς* et *Ἐκεῖνος*.

[3] Reprehendit hanc tarditatem infligendæ pœnæ. Iperat. Lochit. p. 683.

Digitized by Google

καρπὸν ab γίνηται pendere poteſt, ellipſi τῆς κατά. Magis arridet Ruhnkenii emendatio—καλόφρονα τ' ἀμφάνῃ πραπίδων καρπὸν, qua ἀμφάνῃ pro contracto ἀναφάνῃ, *proferat, edat,* accipit. Voſſ. ἄχρι. Harl. ἀφανῆ.

562. A. Ἡσιόδου—Μηδ' ἀπὸ δυστήνοιο τάφου — σπερμαίνειν γενεὴν κ. τ. λ.] Heſiodi verſus eſt Op. et D. vſ. 735. ubi pro δυστήνοιο legitur δυσφήμοιο.—Vetus eſt, eaque et noſtra ætate omnium fere conſenſu confirmata opinio, ſimiles fieri parentibus liberos, non domeſtica tantum diſciplina, quod diuturna conſuetudine, ſponte ſua ad eorum imitationem inducantur; ſed potius ipſa natura, qua ita comparatum ſit, ut quidquid naſcitur id ejus ſimilitudinem referat, e cujus ſemine ortum eſt. Stoici, qui abſtruſiſſimas res ſuis acuminibus perſequebantur, neque huic quæſtioni deeſſe voluerunt. Princeps ejus familiæ Zeno [t]aiebat, τὸ σπέρμα σύμμιγμα καὶ κέρασμα τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ὑπάρχειν ἀπεσπασμένον, ut refert Auct. Plac. Phil. V. 4. et Plutarch. de Cohib. Ira p. 462. F. Venit deinde maximo vir ingenio Chryſippus, qui ex hac ſimilitudine demonſtraret, naſci ſimul cum corpore animam. Sic noſter Adv. Stoic. p. 1053. D. [u]γίνεσθαι μὲν γὰρ φησὶ τὴν ψυχὴν ὅταν τὸ βρέφος ἀποτεχθῇ, καθάπερ στομώσει τῇ περιψύξει τοῦ πνεύματος μεταβαλόντος· ἀποδείξει δὲ χρῆται, τοῦ γεγονέναι τὴν ψυχὴν καὶ μεταγενεστέραν εἶναι, μάλιστα τῷ καὶ τὸν τρόπον καὶ τὸ ἦθος ἐξομοιοῦσθαι τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι. Conjecit ſe in eandem a Chryſippo extructam περίψυξιν Panætius, ut Ciceronis teſtimonio conſtat Tuſc. I. 32. *Volt enim* [x](*Panætius*) *quod nemo negat, quicquid natum ſit, interire;* [y]*naſci autem animos, quod declaret eorum* [z]*ſimilitudo qui procreentur: quæ etiam in ingeniis non ſolum in corporibus appareat.* Verecundius in hac re verſabantur Platonici, qui, experientiæ contenti evidentia, in exquirenda cauſa non argutabantur, ſed ſubinde

[t] Gatak. M. A. p. 38. a. Areus Didym. Euſ. P. E. XV. 821. C.

[u] Gatak. M. A. p. 107. A. 357, b. A, B. Porphyr. Adv. Boeth. Euſ. P. E. XV. 813. C, D.

[x] Cleanthi tribuit Nemeſius N. H. p. 49.

[y] De animi ortu Stoicorum appoſita Menag. De Laert. VII. 158.

[z] De ſimilitudine quid Plotin. p. 232. A.

Digitized by Google

commonebant, maximum esse momentum ad generosam stirpem procreandam, ut bene animo atque corpore affecti 85
ad generationem accedamus; quod vitia atque virtutes parentum in liberorum ingenia transirent. Vide Platonem Leg. L. II. p. 584. E. VI. p. 622. B—D. et 623. C. [a] Pertinet ad hanc rem locus [b] Aristoxeni ap. Stob. S. XCIX. p. 542 [c].—πολλὰ δὲ εἶναι ἐν οἷς ἡ ὀψιμαθία ἐστὶ βελτίων, οἷον καὶ τὸ τοῦ ἀφροδισιάζειν πρᾶγμα· δέον οὖν ἐστὶ παῖδας οὕτως ἄγεσθαι διὰ τῶν ἀσωμάτων ἀσχόλους, ὥστε μὴ μόνον μὴ ζητεῖν, ἀλλ' εἰ δυνατὸν μηδὲ εἶναι τὴν τοιαύτην συνουσίαν ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν· ὅταν δὲ καὶ εἰς τοῦτο ἀφίκηται, σπανίοις εἶναι χρηστέον τοῖς ἀφροδισίοις· τοῦτό γαρ πρός τε τὴν γεννώντων καὶ γεννησομένων εὐεξίαν πολὺ συμβάλλεσθαι· ἔλεγε δὲ καὶ μήτε τροφῆς μήτε μέθης πλήρη ταῖς γυναιξὶν εἰς τὸ γεννᾶν ὁμιλεῖν· οὐ γὰρ (οἱ ταῖς) ἐκ φαύλης καὶ ἀσυμφώνου καὶ ταραχώδους κράσεως εὔρυθμα καὶ καλὰ, ἀλλ' οὐδὲ ἀγαθὰ τὴν ἀρχὴν γίνεται. Verba corrupta ita restituas.—τὸ τοῦ ἀφροδισιάζειν πρᾶγμα· δεῖν οὖν ἔτι παῖδας ὄντας ἄγεσθαι διὰ τῶν ἀσκημάτων ἀσχόλους κ. τ. λ. Ἀσκημάτων ex Cod. Paris. ad marginem libri sui annotavit Grotius. Mox post μηδὲ εἶναι, inferendum ἡγεῖσθαι vel simile, ut vidit etiam Gesnerus: aut, pro εἶναι legendum εἰδέναι [d]. Denique pro οἱ ταῖς legendum οἷον τε, et in fine γίνεσθαι: quorum illud etiam viderat G. Koen. ad Corinth. Dial. p. 65. Porro, ut in rem præsentem veniamus, consentit cum Plutarcho ejus historio, recentior Græculus qui initio libri de Nobilitate ap. Stob. S. LXXXVI. docet λεληθυίας τινὰς ἀρχὰς καὶ σπέρματα ἀρετῆς συγκαταβάλλεσθαι τοῖς γεννωμένοις, ὥσπερ τῷ Τηλεμάχῳ τὸ Ὀδυσσέως, ἐφ' οὗ καὶ πάνυ (f. εὖ πάνυ, egregie) τῷ ὀνόματι (ὁ) ποιητὴς εἴρηκεν, Πατρὸς ἐνέστακται μένος ἠὺ, ὡς ἂν ἐν ταῖς σπερμάτων ὀλίγαις σταγόσι καὶ τῶν ἀρετῆς συῤῥεόντων ἀγαθῶν. Adde Jamblichum Vit. Pythag. c. 212, 213. Proclum ad Hesiod. l. c. p. 157 [e].

[a] Æneas Gaz. p. 39.

[b] Aristoxeni locum tentavit etiam cl. Eldikius Spec. Suspic. c. 2. p. 14. Aristoxeni locus ex Ocello Lucano desumtus. p. 534. ed. Gal.

[c] Atqui eadem ex Aristoxeno sumfit Jamblich. V. P. 209, 210. ubi pleniora sunt.

[d] εἶναι et εἰδέναι confus. in Diog. L. VIII. 23, et 30. utrobique alterum restituendum Dio Chr. VIII. 133. C. μηδὲν leg. μὴν.

[e] Philo Jud. 999. E.

Digitized by Google

562. A. Οὐκ ἔστι καθ' Ἡσίοδον.] Non cepit dictionis vim interpres cum vertit, *non a sententia Hesiodi proficiscitur.* Reddendum erat, *non est opus quod præceptis Hesiodeis perficiatur*, ut recte notavit Cel. Reiskius. Notissima est dicendi forma, quam illustravit J. D. Lennepius ad Phalarim p. 67. et 94.

562. B. Διορᾶν καὶ διαιτᾶσθαι τὰς ὁμοιοπαθείας—πρὶν εἰς μεγάλα τοῖς πάθεσιν ἐμπεσούσας ἀδικήματα γενέσθαι καταφανεῖς—] Contra, ob hanc ipsam rationem Dii differre vindictam putabantur, ut genio indulgeant mali, et effusâ malitia eo justius puniantur. Egregie Theodectes ap. Stob. Phys. p. 9.

Ὅστις δὲ θνητῶν μέμφεται τὰ θεῖ', ὅτι
Οὐκ εὐθύς, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ μετέρχεται
Τοὺς μὴ δικαίους, τρόφασιν εἰσακουσάτω.
Εἰ γὰρ παραυτίκ' ἦσαν αἱ τιμωρίαι,
86 Πολλοὶ διὰ φόβου, κ' οὐ δι' εὐσεβῆ τρόπον
Θεοὺς ἂν ἠὔξατο· νῦν δὲ τῆς τιμωρίας
Ἄπωθεν οὔσης, τῇ φύσει χρῶνται βροτοί.
Ὅταν δὲ φωραθῶσιν ὀφθέντες κακοί,
Τίνουσι ποινὰς ὑστέροισιν ἂν (l. ἐν) χρόνοις.

Versus sextus, qui manifesto vitio laborat, ita sanitati restituendus est:

Θεοῖς ἂν ἠὔξαντο· τῆς τιμωρίας δ'
Ἄπωθεν οὔσης. . . . . .

Vidit hoc elegantissimi ingenii juvenis, idemque mihi amicissimus, P. H. Koppiers, quem magnum olim litterarum nostrarum ornamentum futurum auguramur.—In eandem sententiam Gregor. Naz. Or. IV. p. 124. B. καὶ ὥσπερ τι νόσημα ὕπουλον καὶ κακοηθὲς, ἐκκαγῆναι πρῶτον ὅλον αὐτοῦ τὴν πονηρίαν ἀνέμενε, ὅσπερ δὴ θεοῦ κρίσεως νόμος, ἵν' ἡ σώσῃ μετανοίᾳ ἢ κολάσηται δικαιότερον. Or. XVI. p. 259. B. Καὶ τίς οἶδεν εἰ ὁ μὲν διὰ κακίαν κολάζεται, ὁ δὲ ὡς ἐπαινούμενος αἴρεται· ἀλλὰ μὴ τοὐναντίον, ὁ μὲν πλεῖον ἐπαιρόμενος ἵνα καὶ πέσῃ χαλεπώτερον, ὅλην ἐῶμενος πρότερον ὥσπέρ τινα νόσον ἐκρῆξαι τὴν ἑαυτοῦ κακίαν. Adde Simplicium ad Epictetum p. 186.

562. C. Ἀλλ' ὁ θεὸς.] Coll. Schott. M. A. ἀλλ' ὁ δὲ θεὸς. Unde suspicor legendum Ἀλλ' ὅ γε θεὸς.

Digitized by Google

562. D. Οὐ γὰρ ἀμύνεται τὸν ἀδικήσαντα κακῶς παθών.] Solonis, antiquiſſimi ſapientiæ magiſtri, elegiam ſervavit Stobæus S. IX. p. 102. in qua de Divina vindicta ita canit:

Τοιαύτη Ζηνὸς πέλεται τίσις, οὐδ' ἐφ' ἑκάστῳ
Ὥσπερ θνητὸς ἀνὴρ γίγνεται ὀξύχολος·
Ἀεὶ οὔτε λέληθε διαμπερὲς ὅστις ἀλιτρὸν
Θυμὸν ἔχει· πάντως δ' ἐς τέλος ἐξεφάνη.
Ἀλλ' ὁ μὲν αὐτίκ' ἔτισεν, ὁ δ' ὕστερον· εἰ δὲ φύγωσιν
Αὐτοὶ, μηδὲ θεῶν μοῖρ' ἐπιοῦσα κίχῃ,
Ἦλυθε πάντως, αὐτίκ' ἀναίτια ἔργα τίνουσιν
Ἢ παῖδες τούτων ἠγεμόνων ὀπίσω.

Verſu tertio legendum videtur: Ἀλλὰ ἢ οὔτε λέληθε, *Sed illum non latet.* Penultimus ita conſtituendus eſt:

Ἦλυθε πάντως αὖθις, ἀναίτιά τ' ἔργα τίνουσι.

In ultimo, fine dubio, ἠγεμόνων vitioſum eſt. Grotius eor- 87
rexit ἢ γε γόνων. J. Pierſonus Verifimil. p. 186. ἢ γένος ἐξοπίσω. Mihi veriſſimum videtur[f]:

Ἢ παῖδες τούτων ἢ 'πογόνων ὀπίσω.

i. e. *Aut illorum filii, aut nepotum.*

562. E. Ἐνίων, τὴν ἕξιν αὐτῶν κολούει.] Legendum ἐνίους, τ. ἕ. ἀ. κ. ut recte vidit Reiſkius.

562. E. Ὅθεν οὐδὲ πάντα τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐκγόνους οἱ θεοὶ τρέπουσιν.] Reſpicit ad Euripidis dictum, de quo ſupra monuimus ad p. 556. D.

Τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους
Θεοὶ τρέπουσι.

Egregie in hanc rem differit Julianus Or. II. p. 101. fin.[s]

562. F. Οἷον ἐκ ποιότητος τῆς κακίας γενόμενος.] Sic omnes Edd. et Harl. Manus recentior ad marginem Voſſ. adſcripſit, οἷον οὐκ ἐκ ποιότητος τ. κ. γ. Vulgatam lectionem ita cepit interpres, quaſi ſignificet, *eum qui ex malitia, tanquam qualitate, ortus ſit, non tanquam eſſentia, quam exuere nullo modo poſſit:* quæ tamen explicatio dura et contorta eſt. T. V. B. ἐκπονητὸς. Coll. Schott. ἐκπόντος; unde

[f] Conf. Markl. Lyſ. p. 217. Ed. R. In eadem re adhibet Homeri verſum Il. T. 308. Origenes contr. Celſ. V. p. 771. A, B.

[s] Hermias MS. Schol. Phædr. p. 171. ſeq. ſcita diſputatio. Plato Leg. IX. 652. E.

Digitized by Google

vera lectio emergit, quæ Reiskio etiam in mentem venit, ἐκπολίητος, eamque in verſione expreſſimus. Vocem docte illuſtravit Cel. Valckenarius ad Ammon. p. 27.

562. F. Νέῳ δὲ.] Ald. Baſ. Harl. νόσῳ δὲ. An forte legendum τέκνῳ, vel υἱῷ.

562. F. Οὐδὲ τῶν πονηρῶν Φυλεὺς δι' Αὐγίαν—δίκας ἔδωκαν.] Reiskius pro πονηρῶν corrigit πάλαι ἡρώων, quod ſpecie non caret. Sic Demetrius Schol. Orph. Lapid. p. 292. τοὺς πάλαι τῶν ἡρώων. Ruhnkenio vero tollenda videtur hæc vox, tanquam ex antecedenti τῆς πονηρίας orta.—Phyleus a patre Augia ejectus Dulichium conceſſit. Callimachus ap. Schol. Homer. inter fragm. Bentlei. p. 422. Ἡρακλῆς προστάξαντος Εὐρυσθέως ἀνεκάθηρε τὴν Αὐγίου κόπρον· ἀπαιτοῦντι δὲ αὐτῷ τὸν μισθὸν οὐκ ἀπεδίδου, λέγων ἐξ ἐπιταγῆς αὐτὸν πεποιηκέναι· Φυλεὺς δὲ ὁ τούτου παῖς κριτὴς γενόμενος κατέκρινε τὸν πατέρα. Ὁ δὲ ἀγανακτήσας ἐξέβαλεν αὐτὸν τῆς χώρας. Ἡρακλῆς
88 δὲ ἐπιστρατευσάμενος Ἦλιν ἐπόρθησε, καὶ μεταπεμψάμενος τὸν Φυλέα ἐκ Δουλιχίου παραδίδωσι αὐτῷ τὴν βασιλείαν. Adde Apollodorum Lib. I. p. 106. et Pauſaniam Eliac. V. 2, 3. p. 377. et 379. Socraticorum Epiſtolam XXVIII. p. 61. ubi vitioſe Δυλεὺς ſcribitur.—Neſtor quod cum patre et fratribus non in furtum boum Herculis conſenſiſſet, ſolus ab Hercule ſervatus et patrio regno donatus fuit, ut ex Philoſtrati Heroic. p. 696. patet. Antigonus ſignificatur Gonata, Demetrii Poliorcetæ filius; quod ad h. l. notavit Reiskius.

p. 563. A. Ἡ δίκη διώκουσα τὴν ὁμοιότητα τῆς κακίας διεξῆλθε.] Διεξῆλθε etſi tolerari poſſe videatur, ut v. c. ſimili ſenſu Plato Leg. L. IV. p. 600. F. ὁ θεὸς—εὐθείαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος, τῷ δ' ἕπεται δίκη: mallem tamen cum Cel. Reiskio ἐπεξῆλθε, *ulta eſt, punivit;* de qua ſignificatione vide T. Hemſterhuſ. ad Th. M. p. 337. Reſtituenda eſt iſta vox Muſonio ap. Stob. S. XX. p. 170. καὶ ἄλλους δὲ παλαιοὺς ἄνδρας ἔχοιμ' ἂν λέγειν, πειραθέντας ὕβρεως, τοὺς μὲν ἐκ τινῶν γλώσσῃ πλημμεληθέντας, τοὺς δὲ χερσὶν, ὥστε αἰκισθῆναι τὸ σῶμα· καὶ οὔτε ἄλλον τρόπον ἐξελθόντας, ἀλλὰ πάνυ πρᾴως ἐνεγκόντας τὴν ἀδικίαν. Etenim pleniorem melioremque lectionem ex Par. A. enotavit Grotius:—τὸ σῶμα, καὶ

Digitized by Google

οὔτε ἀμυναμένους φαίνονται τοὺς πλημμελήσαντας, οὔτε ἄλλον τρόπον ἐπεξελθόντας. Quamquam φαίνονται ex alia lectione receptum videtur, οἱ οὔτε ἀμυνάμενοι φαίνονται cet. Simili medicina corrigendus est Ælianus H. A. L. XI. 11. εἶτα ὑπὸ θυμοῦ φέρεται ἐμπεσεῖν τῷ ταύρῳ τῷ θεοφιλεῖ μὲν ὁ ξένος, ἐθέλων δὲ καὶ σφάλλεται. [h] Lege—θεοφιλεῖ ὁ ξένος, ἐπελθὼν δὲ σφάλλεται. In Xenophonte Exped. Cyr. L. III. 2, 2. pro ἐλθεῖν malim ἐπελθεῖν.

p. 563. A. [i] Πύθωνος τοῦ Νισιβέως—λεγομένου τοῖς Σπαρτοῖς προσήκειν] Cadmi socii, qui ex terra sati ac procreati traduntur, vocantur Σπαρτοὶ, i. e. *sati*. Horum posteri notam genitivam, hastæ signum, in humero habebant. Totam eorum historiam cum pulvisculo exhausit J. Jonsius Dissertat. de Spartis, in Syntagm. Græv. p. 210[k].—Pro λόγχης Harl. male λόχμης.

563. B. Ἀναδύσης τῆς πρὸς τὸ γένος ὁμοιότητος.] Pulchre in hanc rem suavissimus poëtarum Lucretius L. IV. vs. 1212.

Fit quoque ut interdum similes existere avorum
Possint et referant proavorum sæpe figuras:
Propterea quia multa modis primordia multis
Mista suo celant in corpore sæpe parentes,
Quæ Patribus patres tradunt a stirpe profecta.
Inde Venus varia producit sorte figuras,
Majorumque refert vultus vocesque comasque.

563. B. Ἀλλὰ—κἀκεῖνα ἀκούσωμεν.] Reiskius recte corri- 89
gere videtur κἀκεῖνον, sc. τὸν μῦθον. Hoc vero colon nescio quare in versione omiserit interpres[l].

563. B. [m] Οὕτως οὖν ἔφην, ὅτι Σολεὺς ὁ Θεσπέσιος.] Quod

[h] Similia Toup. Em. Suid. Ed. Nov. T. I. p. 333.

[i] 563. A. πατέρων ἐν παισὶν] Aristot. H. A. VII. 6. Plin. H. N. VII. 11. Salmas. ad Solin. p. 28.

563. A. ἀνέκυψαν] Plin. VII. 10. Simil. Aristot. Generat. Animal. I. 18. p. 176. ed. Sylburg. Solin. l. c. Antigon. Caryst. Hist. Mirab. c. CXXII. et ibi Meurs. et Beckm.

[k] Greg. Naz. Ep. ad Themist. Σπαρτιάτας legendum Σπαρτοὺς· quod non attendit Harduin. ad Plin. H. N. VII. 57. p. 284. ed. 8. Canterus Var. L. I. 5. citatus ad Plin. XXIV. 40. Dio Chr. IV. 62. C, D. XX. 273. B. Aristid. II. 48. ἀναβῆναι leg. ἀναφῦναι.

[l] Sed hanc ἀπόφασιν non dederunt auditores: an ergo finis libelli interiit? Non credo.

[m] Οὕτως ab init. fabulæ. Apposite Aristoph. Lysist. 785. Conf. Plut. II. 155. C.

Digitized by Google

si ea est horum verborum sententia, quam interpres expressit: *Tum ego narrationem sic sum prosecutus:* cet., certe nec concinne, nec ad linguæ ingenium suam mentem significavit Plutarchus. Itaque putem eum omisso ὅτι, conjunctione οὕτω narrationem exorsum fuisse, ut ea fabulam se narrare notaret. Solebant enim Græci fabularum narrationes hac particula ordiri. Sic Plato Phædro p. 340. G. ἦν οὕτω δὴ παῖς. Aristophan. Vesp. vs. 1177. οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ: ubi eundem usum notat Scholiastes, leviter ita corrigendus:—πρὸς τὴν συνήθειαν, ὅτι τῷ μύθῳ προέττατον Ὀττω. οἷον, ἦν οὕτω γέρων καὶ γραῦς. Hinc librarius, qui in hoc loco exquisitioris elegantiæ usum non perciperet, de suo addidit ὅτι, ut sententiæ scilicet claudicanti succurreret. Notum est in vulgus, ὅτι nonnunquam ab initio orationis poni. Verum in excerptis ac responsionibus hoc tantum fit; neque abutendum est ea observatione ad defendendos corruptos locos[n]. In Xenophonte v. c. Œcon. V. 18. ὅτι δὲ τῆς γεωργικῆς τὰ πλεῖστα ἐστὶν ἀνθρώπῳ ἀδύνατα προνοῆσαι, legendum τί δὲ ὅτι τῆς γ. Et I. 7. ὅτι τοι ἡμῖν ἐδόκει οἶκος ἀνδρὸς εἶναι ὅσπερ κτῆσις, legendum οὔτι τοι, an non?—

Deinde in Plutarcho scribendum Θεσπέσιος ὁ Σολεύς, ut vidit etiam Cel. Reiskius: patria enim, ut fingitur, ei Soli Ciliciæ urbs, nomen Thespesius, erat.

[o] Multi autem antiquitus, e morte in vitam rediisse, cum hominum rumore ferebantur, tum doctorum virorum scriptis celebrabantur. Quorum historiam jam vetustissimis temporibus et alii collegerunt, et [p] Democritus in libris περὶ ᾅδου[q]: longo intervallo post Plinius Hist. Nat. L. VII.

[n] ὅτι.] Sic in Synesii Dion. 39. B. leg. ἵνα.

[o] De redivivis multa scripsit Damascius: v. Phot. p. 166.

[p] Democriti περὶ τῶν ἐν Ἅιδου Diog. Laërt. IX. 46. Protagoræ ib. 55. Democritum credibile est fabulas confutasse, omnem istum locum ex naturæ ratione explicuisse, ut nil post hanc vitam superesse ostenderet. Huic opposita fuit disputatio Heraclidis Pontici περὶ τῶν ἐν Ἅιδου ap. Diog. L. V. 87. quod et Heraclidis ingenium et locus ipse Diogenis ubi libri adversus Democritum memorantur, et alius locus infra §. 88. significat eum fabulas revocasse. Περὶ τῶν ἐν Ἅιδου Antisthen. Diog. L. VI. 17. Beckman. ad Aristot. Mirab. Hist. CVII. Val. Max. I. 8. fin. Phlegon. Mirab. Damasc. Phot. p. 311. ed. Schott. Æn. Gaz. Theoph. p. 77.

[q] Tum Eudoxus ut colligimus ex Æneæ Gazæi Dial. Theophrast. p. 76 et 77.

Digitized by Google

c. 52: et recentiore ætate, is cui hanc de Democrito notitiam debemus, Proclus in commentario ad Platonis Reipublicæ librum decimum, plurima congeſſit exempla; complura porro e veterum ſcriptis annotaverunt F. Vigerus ad Euſebii P. E. p. 563. et Spencerus ad Origenem contr. Celſ. Lib. II. p. 402. B. et in primis ad verba illa p. 403. A. πολλοὶ δὲ ἱστόρηνται καὶ ἀπὸ τῶν μνημείων ἐπανελθόντες οὐ μόνον αὐτῆς ἡμέρας ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ ἑξῆς. Sed quod de Procli commentario dixi, hujus unicum quod reſtabat exemplar, ſeculo adhuc ſuperiori in Bibliotheca Nobilium Salviatorum Florentiæ aſſervabatur: ex eoque Alexander Morus, qui tum ibi degebat, nonnulla excerpſit, ac annotationibus ſuis in Nov. Teſt. inſerult; huculenta ſane, et quæ cuivis humanitatis ſtudioſo integri libri deſiderium injicerent. 90 Itaque egregius antiquitatis vindex Ruhnkenius operam dedit, ut hoc quoque monumentum ex tenebris in lucem aſſereret, litteraſque eo noſtras locupletaret; petiitque a Duce Salviato, hærede Bibliothecæ, ut exemplum ex Codice fideliter deſcriptum ad ſe mitteret. Cui Dux humaniſſimis reſpondit litteris, Proclum neque reperiri amplius in ſua Bibliotheca, neque quo pervenerit ſe exputare poſſe. Manet interim ſua laus Moro, etſi Κείνα μέν τ' ἐδίην ὑπεράνην δ' οὐκ ἐδίηνε. Sed, ut in viam redeamus, eſt egregius inter alios Procli locus apud Morum p. 341. qui exhibendus hic eſſe nobis videtur, et quod in primis ad rem noſtram pertinet, et ut lucis ei aliquid affundamus. Ait igitur τὴν μὲν περὶ τῶν ἀποθανεῖν δοξάντων ἔπειτα ἀναβιούντων ἱστορίαν ἄλλοι τε πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἤθροισαν, καὶ Δημόκριτος ὁ φυσικὸς ἐν τοῖς περὶ τοῦ ᾅδου γράμμασι· καὶ τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον, μονάστην τοῦ Πλάτωνος ἑταῖρον, Ἐπικούριον ὄντα πάντως * * * καθηγεμόνος * * * * * * * * * μὴ ἀγνοῆσαι μηδὲ ἀγνοήσαντα ζητεῖν, πῶς τὸν ἀποθανόντα πάλιν ἀναβιῶναι δυνατόν· οὐδὲ γὰρ ὁ θάνατος ἦν ἀποσάλευσις, ὡς ἔοικε, τῆς συμπάσης ζωῆς τοῦ σώματος, ἀλλ' ὑπὸ μὲν πληγῆς τινὸς ἴσως τοῦ τραύματος, παρεῖτο· τῆς δὲ ψυχῆς εἰ περὶ τὸν μυελὸν ἔμενον ἔτι δίνμοι κατερριζωμένη καὶ ἡ καρδία τὸ ἀμπύρευμα τῆς ζωῆς εἶχον ἐγκείμενον ἐν βάθει· καὶ τούτου μόνοντος εὐθὺς ἐνεκτήσατο τὴν ἀπεσβηκυῖαν ζωὴν ἐπιτηδείαν πρὸς τὴν ψύχωσιν γενομένην. Perſanare quidem integrumque hunc locum prae-

Digitized by Google

ſtare meum non eſt, at ſententiam tamen conjectura aſſequi licebit. Clarum enim eſt de Colote Epicureo hic ſermonem eſſe, qui cum pleroſque Philoſophos tum etiam Platonem et Democritum exagitavit, quod notum eſt ex Plutarchi libro contra hunc ipſum Coloten, et altero, qui inſcribitur *Non ſuaviter poſſe vivi ſecundum Epicurum.* Deinde ex Macrobio Somn. Scipion. L. I. c. 2. et altero loco Procli, quem exhibet Morus p. 387. conſtat, Coloten (legendum enim Κολώτου pro Κλώτου) Platonis fabulam de Here Armenio deridendam ſibi ſumſiſſe. Vox καθηγεμόνος autem de Democrito accipienda eſt, qui, cum ab eo Epicurus, quidquid in Phyſica valuit, deſumſit, Epicureorum magiſter vocatus eſt; et Plutarchus contra Colot. p. 1110. E. omne dubium tollit cum ait: *τὸν βόρβορον—ἑαυτοῦ κατασκεδάννυσι καὶ τοῦ καθηγεμόνος* (Δημοκρίτου) *ὁ Κολώτης.* Itaque, ne reliquas mendas tentem, corrigam—*γράμμασι· ὅθεν θαυμαστὸν, Κολώτην ἐκεῖνον Πλάτωνος ἐχθρὸν ὄντα, καὶ τοῦ Ἐπικουρείων πάντων καὶ ἑαυτοῦ καθηγεμόνος.—mirum itaque eſt, Coloten illum, et Platonis et Democriti, totius Epicureorum ſectæ patris, hoſtem hanc ſententiam de redivivis convellere voluiſſe; et ſive ignoraſſe, ſive ignorantem non quæſiviſſe, quomodo mortuus qui ſit reviviſcere poſſit; cum eum Democriti de hoc argu-*
91 *mento libri facile in viam reducere potuiſſent,*—Talia aut non multum diverſa videtur dixiſſe Proclus. Nam omnes, opinor, Epicurei, totam de redivivis hiſtoriam ad aniles fabulas referebant, et Celſus diſerte ita pronuntiavit apud Origen. L. II. p. 429. Ego vero etſi non vehementer laboro veræne an fictæ ſint hæ narratiunculæ, quærendum tamen videtur, hanc de Theſpeſio, ſive fabulam ſive hiſtoriam, utrum ipſe finxerit Plutarchus, an pro vera acceptam retulerit. At is quidem per totum hunc locum Platonis fabulam de Here Armenio imitatur, quem in pugna ſive interfectum ſive vulnere exanimem, divino conſilio, animo ad inferos raptum fuiſſe prodit; ut præmiorum et pœnarum teſtis, homines ad virtutem adhortaretur. Admiſcuit deinde complura cum ex ejuſdem Platonis fabulis de inferis in Gorgia et Phædone, tum ex Pythagoreorum doctrina et Poëtarum figmentis. Ergo, ſi vere hæc vidit

Digitized by Google

Theſpeſius, veriſſimi ſunt vates Pythagoras et Plato, quorum adeo fabulæ certiſſima experientia comprobentur: tum vero nos beati, qui jam non incertis opinionibus fluctuemus, ſed noſtram ſortem exploratam habeamus,

Nec tellus obſtat quin omnia diſpiciantur
Sub pedibus quæcunque infra per inane geruntur.

Sin ſomniavit, eleganter hercle et docte ſomniavit! At res ipſa, dicas, vera eſt, fuit Theſpeſius, ejuſque anima ſive ad inferos delapſa, ſive ad ſuperos elata, interjectis demum aliquot diebus in corpus rediit; verum Plutarchus, dum curioſius eam philoſophicis et poëticis ornamentis involvit, veritati offecit. At hoc tu ne dixeris! Quid enim, quæſo, eſt, quod, cum apud alios tum apud Plutarchum, qui non ſemel de redivivis loquitur, Theſpeſii ne veſtigium quidem occurrat? Scilicet Ariſteam potius Proconneſium, Hermotimum Clazomenium alioſque memoret; omiſſoque hoc recentiſſimæ memoriæ exemplo, ad fabuloſam antiquitatem confugiat! Denique nec ipſe Plutarchus narratiunculam iſtam pro vera hiſtoria nobis venditare auſus fuit, ſed diſerte ſignificat fabulam ſe narrare, cum ait *ὀκνῶ δὲ μὴ φανῇ μῦθος ὑμῖν*, et paulo poſt *τὸν μῦθον κινήσομεν*. Idem quoque de ſimili fabula valeat Plutarchi, quam in libro de Genio Socratis de Timarcho Chæronenſi narrat. Quod vel ideo monendum videbatur, quod viri quidam docti ad hiſtoriæ veritatem hæc a Plutarcho tradi putaverunt, et Theſpeſium Timarchumque inter eos referebant, qui vere ab antiquis e morte in vitam rediiſſe creditiſ fuerunt.

Ceterum haud vane ſuſpicor, cum Plutarchum in de- 92
